Nov. ed. 1822 V. 29
posteriore alle edd. ed.
Veron. e



[redacted]

SACROSANCTI CONCILII TRIDENTINI

Canones, & Decreta.

CVM CITATIONIBVS EX VTROQVE Testamento, & Iuris Pontificij Constitutionibus, alijsq. S. R. E. Concilijs,

AB HORATIO LVTIO CALLIENSI I. C. & Modoetiæ Archypresb. collectis.

His nouissimè præter Piorum IV. & V. Rom. Pont. Bullas; necnon Indicem Sess. Decr. Cap. Librorumq. prohibitorum illum postremò publicatum;

Accessit aurea Margarita materiarum, omnes gemmas in ipsius Concilij singulis contextibus abditas copiosè depromens.

CVM HIACYNTO


Omnium Conciliorum ex primo sub Diuo Petro, vsque ad Paulum Quintum.

PER MAG. MAVRITIVM DE GREGORIO, Ordinis Prædicatorum Siculum Camaratensem.

Quæ omnia hac postrema editione accuratissimè recognita, emendatiora, & vberiora prodeunt.

Cum Superiorum Licentia, & Priuilegio.





VENETIIS, M. DC. XXII.

APVD IOANNEM SALIS.



RIDENTI Ciuitas in finibus Venetæ Prouinciæ, inter montes, in planicie posita est; muris vallata lapideis, quam ex Septentrione abluit Athesis fluuius, ambitus, milliaris Itali. In ea vias latas, & lapidib. structas, domos verò ita honorificas cernas, vt nouam, nō veterem Ciuitatem præseferat, Templa satis pulchra conspicias, sed in omnibus ijs parum structuræ. Arcem habet cōspicuam, vt domum auream dicas potiùs, & quam possint & Imperatores, & Reges percommodè inhabitare, à Bernardo Clesio Trid. Præside auctam, & illustratam non multos ante hac annos. Influit placidè in vrbem per muros ab Oriente aquæ riuus, super quo ædificia sericea, & molæ frumentariæ multæ sunt, vnde item plurimi riuuli deducuntur per medias vias in vsum, & publicam cōmoditatem. Super Athesim, ad portam quæ dicitur S. Laurentij, Pontem habet magnificum, sed ligneum. 140. passuum longitudinis. Montes circum se habet niuib. continuè obsitos, scopulosos, inaccessos, præcipites, & ita præaltos, vt dicas cælum summa montium cacumina contingere. Fauces habet duas, quarum altera vergit ad Septentrionem, altera verò ducit Veronam. Planiciem admodum paruam, sed ridentem & arboribus, & vitib. mirum in modum consitam, quam Athesis circuit, & lambit vndequaque. Promiscua habitantibus lingua, s. Theutonica, & Itala, sed Itali omnes etiam cum placet, Theutonicè loquuntur. Tridentum Germanorum sentina, Italorum verò refugium est, cum quid infortunij, illis occurrit. Parum frumenti, sed plurimum vini, ac persuaue habent album, & subrubeum. Per æstatem cæ-

lum temperatum est; diebus autem canicularibus, Sol apprimè feruens. Hyberno verò tempore propter niuium, & glacierum ingentes horrores, vix huiusmodi regio habitari potest; neque satis sunt hominibus hypocausta ad depellenda frigora, quæ eo tempore tam magna sunt, vt non sinant aquas descendere in terram, sed statim venientes, conuertant in niues. Et quod datur miraculo, vt putei ipsius Ciuitatis per tempus id aquis omninò careant. Boues, & vaccas pro mulis asellis, & equis onerariis habent, cum eorum plaustris, tam ad res conuehendas facilibus, vt ad montium cacumina sic properent, ac si essent in planicie, à viarumq. publicarum curatoribus ita iuga aptata sunt, vt vsque ad culmen accessibile quorumcumque montium ab eisdem iri possit. Nunc demum Ciuitas ista & opulenta, & clara effecta est propter Concilium, quod in ea fuit per complurimos annos, & nunc viget maximè. Nam huc conuenere quinque primum Card. Præsidentes, & Legati Concilij pro S.D.N. D. Pio Quarto Pont. Opt. Maximo, Duo similiter Cardinales, Lotharingus, & Madrutius, Patriarchæ tres, Archiepiscopi 33. Episcopi 235. Abbates 7. Ordinum Generales 7. cum Theologis 146. & vltra, sæcularibus, & regularibus, Ferdinandiq. Cæsaris, Regis Galliæ, Hispaniarum, Portugalliæ, Hungariæ, Bohemiæ, Poloniæ, Venetiarum, Septem Cantonum Heluetiorum, Bauariæ, Sabaudiæ, Florentiæ, & aliorum Principum Ecclesiasticorum Oratores.



BVL-

BVLLA INDICTIONIS Sacri œcumenici, & generalis Concilij Tridentini, sub Paulo III. Pont. Max.

Paulus Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

INITIO nostri huius Pontificatus, quem non ob merita nostra, sed propter suam magnam bonitatem, Dei omnipotentis prouidentia nobis commisit, cernentes iam tum in quas perturbationes temporum, quotq. incommoda rerum ferè omnium nostra Pastoralis sollicitudo & vigilantia esset vocata, cupiebamus, quidem mederi Christianæ Reip. malis, quibus illa iam dudum vexata, & propemodum oppressa est; sed ipsi etiam, vt homines circumdati infirmitate, ad tantum onus tollendũ impares vires nostras esse sentiebamus. Nam cum pace opus esse intelligeremus ad liberandam, & conseruandã à plurimis impendentibus periculis Rempub. omnia inuenimus odiis, & dissensionibus plena, dissentiẽtibus præsertim Principibus iis, inter se, quibus summa rerũ penè omnis à Deo permissa est. Cum vnum Ouile, & vnum Pastorem Dominici esse gregis ad integritatem Christianæ religionis, & ad cælestium bonorum spem in nobis confirmandam, necessariũ duceremus; schismatis dissidiis, hæresibus erat Christiani nominis diuulsa iam penè, & lacerata vnitas. Cum tutam, atque munitam ab infidelium armis, atque insidijs Rempub. optaremus: nostris erratis, nostraq. cunctorum culpa, Dei videlicet ira, peccatis nostris imminente, Rhodus fuerat amissa; Hungaria

vexata, conceptum & meditatum contra Italiam, contraq. Austriam, & Illyricum terra, mariq. bellum: cum impius, & immitis hostis noster Turca nullo tempore requiesceret, nostrorumque inter se odia, & dissensiones suam bene gerendæ rei occasionem duceret. Igitur, vt dicebamus, in tanta hæresum, dissensionum, bellorumq. tempestate, tantisq. excitatis fluctibus cum essemus ad moderandam, & gubernandam Petri nauiculam vocati, nec viribus ipsi nostris satis fideremus: primum coniecimus in Domiuo cogitatus nostros, vt ipse nos nutriret, animumq. nostrum firmitate, & robore, mentem, consilio, sapientiaq. instrueret: deinde animo repetentes maiores nostros sapientia admirabili, & sanctitate præditos, sæpè in summis Christianæ Reip. periculis remedium optimum, atque opportunissimum, œcumenica Concilia, & Episcoporum generales Conuentus adhibuisse, ipsi quoque animum ad generale habendum Concilium adiecimus, exquisitisq. Principum sententiis, quorum nobis videbatur vtilis in primis, & opportuna ad hanc rem esse consensio: cum eos tunc non alienos ab hoc tam sancto opere inuenissemus: œcumenicum Concilium, & generalem eorum Episcoporum, aliorumq. Patrum, ad quos pertineret, Conuentum in ciuitate Mantuæ indiximus, anno Incarnat. Domini, (sicut litteris, & monumentis nostris testatum est) 1537. Pont. nostri III. ad X. Kal. Iun. inchoandum: spem prope certā habentes, fore, vt cum illic in nomine Domini essemus congregati, ipse sicuti promisit Dominus, *Matt. 18.* in medio nostrum affuturus, & bonitate, ac misericordia sua omnes temporum procellas, omniaq. pericula Spiritu oris sui facilè depulsurus esset. Sed, vt semper insidiatur piis actionibus humani generis hostis, primum contra omnem spem, & expectationem nostram denegata fuit nobis Mantuana

Ciuitas,

Ciuitas, nisi aliquas conditiones subiremus ab institu tis maiorum nostrorum, & conditione temporum, nostraq., ac huius S.Sedis, ac nominis Ecclesiastici dignitate, libertateq. prorsus alienas, quas in aliis nostris literis expressimus. Quapropter alium inuenire locum, aliamq. deligere Ciuitatem necesse habuimus, quæ cum non statim nobis occurreret idonea, & apta ad sequentes Kalend.Nouemb. propagare Concilij celebrationem fuimus coacti. Interim sæuus,& perpetuus hostis noster Turca, ingenti classe Italiam adortus, aliquot opida in litoribus Apuliæ cæpit, vastauit, diripuit, prædas hominum abegit.Nos in maximo timore,& periculo omnium muniendis litoribus nostris, finitimisq. auxilio iuuandis fuimus occupati: nec tamen interea destitimus consulere.& hortari Christianos Principes, vt, de idoneo habendi Concilium loco quid sentirent, nobis exponerent.quorum cum essent incertæ, variaq. sententiæ, tempusq. diutiùs, quàm erat opus, videretur extrahi; nos optimo animo, atque vt arbitramur etiam consilio; Vincentiam elegimus, vrbem copiosam, & Venetorum, qui eam nobis concedebant, virtute, auctoritate, potentia, cum aditum patentem; tum stationem omnibus liberam, atque tutam in primis in se habentem. Sed cum iam tempus longius progressum esset, nouæq. vrbis electionem omnibus significari conueniret, iamq. Kalend. Nouembr. appetentes facultatem huius diuulgationis excluderent, hiemsq. esset propinqua; rursus altera prorogatione tempus Concilij differre in proximum sequens Ver, Maijq. futuras Kalen. compulsi fuimus. Qua re firmiter constituta, atque decreta, cum & nos ipsos, & cetera omnia ad eum benè agendum Deo iuuante, celebrandumq. conuentum pararemus, plurimum reputantes interesse, cùm celebrationis Concilij, tum vniuer-

ſæ Chriſtianæ Reip. Chriſtianos Principes pace inter ſe,& concordia conſentire, chariſſimos in Chriſto filios noſtros, Carolum Rom. Imp. ſemper Auguſt. & Chriſtianiſſimum Regem Franciſcum, duo præcipua Chriſtiani nominis firmamenta, atque ſubſidia orare, atque obſecrare inſtitimus,vt ad colloquium inter ſe,& nobiſcum vnà conuenirent: quorum quidem apud vtrumque literis,Nunciis,& à latere noſtro miſſis,ex venerab. Fratrum noſtrorum numero Legatis, ſæpiſſimè egeramus, vt ex ſimultate,& diſſidiis ambo in vnum fædus,& piam amicitiam vellent conuenire, labentibuſq. ſuccurrere Chriſtianis rebus quarũ ſeruãdarum cum eſſet illis poteſtas à Deo præcipuè tributa, ſi id non agerent, & ad commune Chriſtianorum bonum ſua conſilia non dirigerent,acris,& ſeuera ratio eidem Deo ab ipſis reddenda eſſet. Qui aliquando precibus noſtris annuentes, Nicæam ſe contulere, quo nos quoque longum iter,& ſenili ætati noſtræ vehementer contrarium; Dei, & pacis conciliandæ cauſa ſuſcepimus. Neque prætermiſimus interea, cum tempus Concilij præſtitutum, Kal. videlicet Maiæ appropinquarẽt,tres Legatos ſummæ virtutis, ac auctoritatis à latere noſtro de numero eorundẽ fratrum noſtrorum S. R. E. Card. Vincentiam mittere, qui initium Concilij facerent; Prælatoſq. vndique venientes exciperent,& ea,quæ iudicarent eſſe opus, agerent, & tractarent, quo ad nos ab itinere, & negotio pacis reuerſi, omnia accuratiùs dirigere poſſemus. Interim verò in illud ſanctum opus, maximeq. neceſſarium, tractationem,videlicet: pacis inter Principes incubuimus, & quidem omni animi ſtudio, omni pietate, ac diligentia. Teſtis eſt nobis Deus,cuius freti clementia,noſmetipſos itineris, & vitæ periculo expoſuimus. Noſtra teſtis conſcientia, quæ nihil habet in hac re quidem, in quo nos arguat, aut prætermiſſæ, aut non quæſitæ ad paci-

pacificandum occasionis. Principes ipsi testes, quos tam sæpè, tamq. amanter Nuncijs, litteris, Legatis, monitis, hortatu, precibusq. omnibus obsecraueramus, vt simultates deponerent, vt societatē coirent, vt Christianæ Reip. in maximum, & propinquum iam adductæ discrimen, omnibus studijs, & subsidijs opitularentur. Iam verò testes illæ vigiliæ, atque curæ, illi diurni, nocturniq. animi nostri labores, grauesq. sollicitudines quas ob hāc rem, & causam, plurimas iam suscepimus, nec tamen ad optatum exitum nostra consilia, & acta adhuc perducta sunt. Ita.n. visum Domino Deo est: quem tamen non desperamus aliquando optata nostra benignius respecturum, ipsi quidem, quantum in nobis fuit, nihil, quod esset nostro Pastorali officio debitum, in hac re omisimus. Quod si qui sunt, qui actiones pacis nostras in aliam interpretentur partem, dolemus quidem, sed tamen in dolore nostro, gratias Deo Omnipotenti agimus, qui ad exemplum, & doctrinam patientiæ nostræ suos voluit Apostolos haberi dignos, qui pro nomine Iesu, qui pax nostra est, contumeliam paterentur. Verum in illo congressu, colloquioq. nostro, quòd Nicææ habitum est, etsi, peccatis nostris impedientibus inter duos Principes vera, & perpetua pax non potuit confici, induciæ tamen decennales factæ sunt, quarum opportunitate nos sperantes, & sacrum Concilium commodiùs celebratum iri, & deinde ex Concilij auctoritate perfici posse pacem: apud Principes institimus, vt & ipsi venirent ad Concilium, & Prælatos suos præsentes ducerēt, absentesq. accerserent: Qui cum de vtroque se excusassent, quod & ipsis redire in Regna sua tum necesse esset, & Prælatos, quos secū habuissent, itinere, atque impendiis fessos, atque exhaustos, recreari, & refici oporteret; nos hortati sunt, vt aliam quoque prorogationem temporis habendi Concilij decerneremus. Qua in re

conce-

concedenda cum essemus aliquantum difficiles, litteras interim à Legatis nostris, qui Vincentiæ erant, accepimus, trāsacto iam, & longius præterito Cōcilij ineundi die, vnum vix, aut alterum ex externis nationib. Prælatū Vincentiam se cōtulisse. Quo nuncio accepto, cum videremus eo tempore nullā ratiōne haberi Cōcilium posse, ipsis Principibus concessimus, vt differretur tp̄s agendi Concilij vsque ad sanctū Pascha, diemq. festum futuræ Dominicæ Resurrectionis. Cuius nostri præcepti expectationisq. decretæ litteræ Genuæ anno Incarnationis Domini 1538. 4. Kal. Iul. factæ, publicatæq. sunt, atque hanc dilationem eo propensius fecimus, ꝙ pollicitus est nobis vterque Princeps, Legatos suos Romam ad nos se missurum, vt ea, quæ ad perfectionem pacis reliqua essent, neque Nicææ ob breuitatē temporis potuerant omnia cōfici, Romæ cōmodiùs corā nobis agerentur, & tractarentur, & ob hanc rōnem etiam à nobis ambo petierunt, vt hæc pacificationis procuratio Concilij celebrationi præponeretur, cum ipsum Concilium, pace facta, multo deinde vtiliùs, & salutariùs Christianæ Reip. futurum esset: semper.n. hæc pacis spes nobis iniecta, Principum nos volūtatibus assentiri hortata est, quam spem vehementer auxit post discessum à Nicæa nostrum ipsorum duorum Principum inter se beneuola, amicaq. congressio, quæ maxima nostra cum lætitia, à nobis intellecta confirmauit nos in bona spe, vt tandem aliquando nostras preces apud Deum exauditas, & vota pacis accepta esse crederemus. Hanc igitur pacis conclusionem cùm & expeteremus, & vrgeremus, nec solùm duobus antedictis Principibus, verum etiam chariss. in Christo filio nostro Ferdinando Regi Romanorum, videretur, actionem Concilij, nisi pace facta, suscipi nō oportere, cunctiq. à nobis, per litteras, suosq. Oratores cōtenderēt, vt alias rursus temporis prorogationes

ctiones faceremus. præcipuè autem instaret Sereniss. Cæsar; promisisse se demonstrans iis; qui à Catholica vnitate dissentiunt, operam suam apud nos interpositurum, vt aliqua concordiæ ratio iniretur, quod ante suam in Germania, profectionē aptè nō posset fieri: Nos, eadem semper spe pacis, & tantorū Principum volūtate adducti, cum præsertim cerneremus, ne ad dictū quidem Resurrectionis festū alios Prælatos Vincentiam cōuenisse; prorogationis nomen iam fugientes, quod tam sępè frustra fuerat repetitū, celebrationē generalis Concilij, ad nostrum, & Sedis Apost. beneplacitum suspendere maluimus, itaque fecimus, & de suspensione huiusmodi litteras ad singulos supradictorum Principum 10. die Iun. 1539. dedimus, sicut ex illis perspicuè potest intelligi. Ea itaque suspensio necessariò per nos facta, dum tempus illud magis idoneū à nobis, pacisq. aliqua conclusio expectaretur, quæ & dignitatē postea, frequētiamq. Concilio, & Christianæ Reip. præsentiorem salutem erat allatura; Christianæ interea res in deterius quotidie prolapsæ sunt, Hungaris, Rege ipsorū mortuo, Turcam vocantib. Ferdinando Rege bellum in eos mouente: Belgis ad defectionem à Cæsare ex parte quadam incitatis, cuius defectionis cōprimendæ causa per Galliam amicissimè, & cū Rege Christianiss. cōcordissimè, magno beneuolæ inter eos voluntatis iudicio, transiens in Belgas Sereniss. Cæsar, & illic deinde in Germaniam profectus, Conuentus Germaniæ Principum, & ciuitatum, tractandæ eius, quā dixerat, cōcordiæ causa habere cępit. Sed cum spe pacis iam deficiente, ille quoque modus curādæ in Conuentibus, tractandæq. concordiæ ad maiores potiùs discordias concitandas aptus esse videretur: inducti fuimus ad pristinum Concilij generalis remedium reuerti, idq. per Legatos nostros S. R. E. Card. ipsi Cæsari obtulimus, quod etiam postremò, &

præ-

præcipuè in Ratiſponenſi conuentu egimus, cùm illic dilectus fil. noſter Gaſpar, tit. S. Praxedis Card. Contarenus, ſumma doctrina, & integritate Legatum noſtrum ageret. Nam cum id, quod ne accideret, antea veriti eramus, ex eius conuentus ſententia peteretur à nobis, vt ab Eccleſia diſſentientium quoſdam articulos tolerandos declararemus, quoad per œcumenicũ Concilium illi excuterentur, & deciderentur, idq. nobis, vt concederemus, neque Chriſtiana, & Catholica veritas, neque noſtra, & Sedis Apoſt. dignitas permitteret, palàm potiùs Concilium, vt quamprimùm fieret, proponi mandamus. Neque verò in alia vmquam ſententia, & voluntate fuimus, quã vt primo quoque tempore Concilium œcumenicum, & generale congregaretur. ſperabamus.n. ex eo & pacẽ populo Chriſtiano, & Chriſtianæ religionis integritatem poſſe recuperari: verumtamen id cum bona gratia, & voluntate Chriſtianorum Principum habere volebamus. Quam voluntatem dum expectamus, dum obſeruamus tempus abſconditum, tempus beneplaciti tui, ò Deus: aliquando tandem decernere compulſi ſumus, omne eſſe tempus beneplacitum Deo, cum de rebus ſanctis, & ad Chriſtianã pietatem pertinentibus cõſilia ineuntur. Quapropter videntes, maximo quidem animi noſtri cum dolore, rem Chriſtianam quotidie in peius ruere. Vngaria à Turcis oppreſſa, Germanis periclitantibus, ceteris oĩbus metu, mærorēq. afflictis, nullius iam Principis conſenſum expectare, ſed tantum Dei omnipotentis voluntatem, & Chriſtianæ Reip. vtilitatem attẽdere conſtituimus. Itaque cum Vincentiam amplius non haberemus, cupere-muſq. cum vniuerſæ Chriſtianorum ſaluti, tum Germanicæ nationis incommodis in eligendo per nos noui Concilij habendi loco conſulere, aliquotq. locis propoſitis, ipſam Tridentinã Ciuitatem ab ipſis deſiderari

vide-

videremus, nos etsi in citeriore Italia cõmodiùs omnia tractari posse iudicabamus, ad eorum tamen postulationes nostram voluntatem paterna charitate defleximus. Itaque Tridétinam Ciuitatem elegimus, qua in Ciuitate œcumenicum Concilium ad proximè venturas Kal: Nouemb. haberetur, idoneum locum illum statuentes, quo ex Germania quidem, alijsq. Germaniæ finitimis nationibus facillimè, ex Gallia, Hispania, ceterisq. Prouinciis remotioribus nõ difficiliter Episcopi, & Prælati conuenire possent. Dies autem Concilij ea à nobis spectata est, quæ spatium in se haberet, & publicandi per Christianas nationes nostri huius Decreti, & facultatis omnibus Prælatis ad veniendum tribuendæ. Quo minus autem annuum tempus præfiniremus mutãdo Concilij loco sicut quibusdam constitutionibus aliàs præscriptum est, ea res fuit in causa, ꝙ longius extrahi spem sanandæ aliqua in parte Christianæ Reip. quæ tot detrimẽtis, & calamitatib. affecta est, noluimus: & tamen videmus tempora, agnoscimus difficultates: quid sperari possit ex consilijs nostris, incertum esse intelligimus. Sed quia scriptum est: Reuela Domino viam tuam, & spera in eo: & ipse faciet: magis Dei clementiæ, & misericordiæ confidere, quàm nostræ imbecillitati diffidere, constituimus. Sæpè enim fit in bonis operibus incipiendis, vt, quod humana consilia non valent, diuina virtus efficiat. Huius igitur ipsius Dei omnipotentis Patris, & Filij, & Spiritussancti, ac Beatorum eius Apostolorum Petri, & Pauli auctoritate, qua nos quoque in terris fungimur, freti, atque subnixi, de venerabilium item fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium consilio, & assensu, sublata, amotaq. suspensione, de qua supra commemoratum est, quam per præsentes tollimus, & amouemus, sacrum œcumenicum, & generale Concilium in Ciuitate Tridentina, loco commodo, &

libero,

libero, omnibusq. rationibus opportuno, ad Kalendas proximas Nouembris, anni præsentis ab Incarnatione Domini M. D. XLII. incipiendum, prosequendum, & eodem Domino adiuuante, ad ipsius gloriam, atque laudem, & Christiani totius populi salutem absoluendum, perficiendumq. indicimus, annunciamus, conuocamus, statuimus, atque decernimus; omnes omnibus ex locis, tam venerabiles Fratres nostros Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, & dilectos filios Abbates, quàm alios quoscumque quibus iure, aut priuilegio in Conciliis generalibus residendi, & sententias in eis dicendi permissa potestas est, requirentes, hortantes, admonentes, ac nihilominus eis vi iurisiurandi, quod nobis, & huic S. Sedi præstiterunt, ac sanctæ virtute obedientiæ, aliisq. sub penis, iure, aut consuetudine in celebrationib. Conciliorum aduersus non accedentes ferri, & proponi solitis, mandantes, arcteq. præcipientes, vt ipsimet (nisi fortè iusto detineantur impedimento, de quo tamen fidem facere compellantur) aut certè per suos legitimos Procuratores, & Nuncios sacro huic Concilio omninò adesse, & interesse debeant. Supra autem dictos, Imperatorem, Regemq. Christianissimum, necnon ceteros Reges, Duces, Principes, quorum præsentia, si aliàs vmquam, hoc quidem tempore maximè Sanctissimæ Christi fidei, & Christianorum omnium futura est salutaris, rogantes, atque obsecrantes per viscera misericordiæ Dei, & D.N. Iesu Christi, cuius fidei veritas, & religio & intus, & extra grauiter iam oppugnatur, vt si saluam volunt Christianã esse Remp. si se Domino obstrictos, & obligatos pro maximis illius erga se beneficiis intelligunt, ne deserant ipsius Dei causam, & negotium, ipsimet ad sacri Concilij celebrationem veniant, in quo ipsorum pietas atque virtus communi vtilitati, salutiq. suæ, ac ceterorum, &

tempo-

temporali, & æternæ plurimũ est profutura. Sin autem (id quod nollemus) accedere ipsi non poterunt; at graues saltem viros Legatos cum auctoritate mittant, qui personã Principis sui quisque & cum prudentia, & cum dignitate possint in Concilio referre. In primis verò vt id curent, quod ipsis facillimum est, vt ex suis cuiusque Regnis, ac Prouinciis Episcopi, & Prælati sine tergiuersatione, & mora ad Cõcilium proficiscantur; quod maximè quidẽ a Prælatis, Principibusq. Germaniæ Deum ipsum, atque nos impetrare æquũ est, vt cum eorũ præcipuè causa, ipsisq. cupientibus Cõcilium indictum sit, & in ea Ciuitate indictũ, quæ ab eis est desiderata, non grauentur ipsi sua cunctorum præsentia id celebrare, & ornare; quo meliùs, atque commodiùs, quæ ad integritatem, & veritatẽ Christianæ religionis, quæ ad bonorum morum reductionem, emendationemq. malorum, quæ ad Christianorum inter se tam Principum, quam populorum pacem, vnitatem, concordiamq. pertineãt; & quæ ad repellẽdos impetus Barbarorũ, & infidelium, quibus illi vniuersam Christianitatem obruere moliuntur, sint necessaria, Deo nostris cõsultationibus præeunte, & lumen sapientiæ suæ, ac veritatis mentibus nostris præferente, agi in dicto sacro œcumenico Concilio, & conspirante omnium charitate, consuli, tractari, confici, ad optatosq. exitus deduci quamprimum, & quam optimè possint. Atque, vt nostræ hæ litteræ, & quæ in eis continentur, ad notitiam cunctorum, quorum oportet, perueniant, neve quis illorum ignorantiæ excusationem prætendat, cum præsertim etiam non ad omnes eos quibus nominatim illæ essent intimandæ, tutus forsitan pateat accessus, volumus, & mandamus, vt in Basilica Vaticana Principis Apostolorum, & in Ecclesia Lateranensi, cum ibi multitudo populi ad audiendam rem diuinam congregari solita est palàm clara voce per Cu-

riæ nostræ Cursores, aut Notarios aliquos publicos legantur, lectæq. in valuis dictarum Ecclesiarum, itemq. Cancellariæ Apostolicæ portis, & Campi Floræ solitò loco affigantur, vbi ad lectionem, & notitiam cunctorum aliquamdiu expositæ pendeant, cumq. inde amouebuntur, earum nihilominus exempla in eisdem locis remaneant affixa. Nos enim per lectionem, publicationem, affixionemq. huiusmodi, omnes, & quoscumque quos antedictæ nostræ litteræ comprehendunt, post spatium duorum mensium à die litterarum publicationis, & affixionis, ita volumus obligatos esse, atque astrictos, ac si ipsismet illæ coram lectæ, & intimatæ essent. transumptis quidem earum, quæ manu publici Notarij scripta, aut subscripta, & sigillo personæ alicuius Ecclesiasticæ in dignitate constitutæ, munita fuerint, vt fides certa, & indubitata habeatur; mandamus, atque decernimus. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostræ indictionis, annunciationis, conuocationis, statuti, decreti, mandati, præcepti, & obsecrationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli, Apostolorum eius se nouerit incursurum.

Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ 1542. xj. Kal. Iun. anno VIII.

Blasius.

Hier. Dand.

SES-

SESSIO PRIMA SACROSANCTI

Oecumenici, & Generalis Concilij Tridentini,

SVB PAVLO III. PONT. MAX.

Celebrata die 13. Mens. Dec. Anno Dom. 1545.

Decretum de inchoando Concilio.



LACETNE vobis, ad laudẽ, & gloriam Sanctæ, & indiuiduæ Trinitatis, Patris, et Filij, & Spiritus sancti, ad incremẽtum, & exaltationem fidei, & religionis Christianæ, ad extirpationem hæresum, ad pacem, & vnionem Ecclesiæ, ad reformationem Cleri, & populi Christiani, ad depressionem, & extinctionem hostium Christiani nominis, decernere, & declarare, sacrum Tridentinum, & generale Concilium incipere, & inceptum esse? Responderunt, Placet.

Indictio futuræ Sessionis.

Et cum proxima sit celebritas Natiuitatis D. N. I. C. & subsequantur aliæ festiuitates labentis, & incipientis anni, placetne vobis primam futuram Sessionem habendam esse die Iouis post Epiphaniam, quæ erit septima mensis Ian. anno Dom. 1546? Responderunt, Placet.

SESSIO II.

Celebrata die VII. Mensis Ianuar. 1546.

Decretum de modo viuendi, & alijs in Concilio seruandis.

SACROSANCTA *Tridentina Synodus, in Spiritu sancto legitimè congregata, in ea Præsidentibus eisdem trib. Apostolicæ Sedis Legatis; agnoscens cum B. Iacobo Apostolo, quòd omne datum optimum, & omne donũ perfectum desursum est, descendens à Patre luminum, qui ijs, qui postulãt à se sapientiam, dat omnibus affluenter, & non improperat eis, & simul sciens, quòd initium sapientiæ est timor Domini; statuit, & decreuit, omnes, & singulos Christi fideles in ciuitate Tridentina congregatos, exhortãdos esse, prout exhortatur, vt se à malis, & peccatis hactenus commissis emendare, ac de cetero in timore Domini ambulare, & desideria carnis non perficere, orationibus instare, sæpius cõfiteri, Eucharistiæ sacramẽtum sumere, ecclesias frequentare, præcepta denique Dominica, quantum quisque poterit, adimplere, necnon quotidie pro pace Principum Christianorum, & vnitate Ecclesiæ priuatim orare velint: Episcopos verò, & quoscum-*

Iac. 1. Psalm. 110. Eccl. 11. Prou. 1. & 9.

cumque alios in ordine ſacerdotali conſtitutos, œcumenicũ Cõcilium in ea ciuitate concelebrantes, vt aſſiduè in Dei laudibus incũbere, hoſtias, laudes, & preces offerre, ſacrificium Miſſæ quolibet ſaltem die Dominico, in quo Deus lucẽ condidit, & à mortuis reſurrexit, ac Spritum Sanctũ in Diſcipulos infudit, peragere ſatagant, faciẽtes, ſicut idẽ Spiritus Sanctus per Apoſtolum præcipit, obſecrationes, orationes, poſtulationes, gratiarum actiones pro SS. D. N. Papa, pro Imperatore, pro Regibus, & ceteris, qui in ſublimitate conſtituti ſunt, & pro omnibus hominibus: vt quietam, et tranquillam vitam agamus, pace fruamur, & fidei incrementum videamus. Præterea hortatur, vt ieiunent ſaltem ſingulis ſextis ferijs in memoriam Paſſionis Domini, & eleemoſynas pauperibus erogent; in Eccleſia aũt cathedrali ſingulis quintis ferijs celebretur Miſſa de Spiritu ſancto cum Letanijs, & alijs orationibus ad hoc inſtitutis; in alijs verò Ecclesijs, eadem die dicantur ad minus Letaniæ, & orationes; tempore autem, quo ſacra peraguntur, collocutiones, & confabulationes non fiant; ſed ore, & animo celebranti aſſiſtatur. Et quoniam oportet Epiſcopos eſſe irreprehenſibiles, ſobrios, caſtos, domui ſuæ benè præpoſitos, hortatur ẽt, vt ante omnia quilibet in mẽſa ſeruet ſobrietatem, moderationemq. ciborum, deinde cum in eo loco ſæpè otioſi ſermones oriri ſoleant, vt in ipſorum

Act. 1. c. qd die. diſt. 75.

1. Tim. 2.

Conc. Tol. 2. c. 1. cap. ie iunia. de conſec. diſt. 3. c. de illis. 11. q. 5.

Inf. Seſ. 22. in decr. de obſeruãdis in cel. Miſ.

Tit. 3.

1. Tim. 3. ca. ſi. 2. q. 7. cum ſim.

Conc. Tol. 3. ca. 3.

Conc. Rhemenſe.

Clem. ca. 17. Euseb. 14. decr.& inf. Sess.21.ca.1. de ref.ca.in omnib. de consecr. d. 5. c.pro re-uer.44.dis.

Episcoporum mensis, diuinarũ Scripturarum lectio admisceatur, familiares verò suos vnusquisque instruat, et erudiat, ne sint rixosi, vinosi, impudici, cupidi, elati, blasphemi, & voluptatum amatores, vitia demũ fugiant, & virtutes amplectantur, & in vestitu, & cultu, & omnibus actibus honestatẽ præseferant, sicut decet ministros ministrorũ Dei. Ad hæc, cũ huius sacrosancti Concilij præcipua cura, sollicitudo, & intẽtio sit, vt propulsatis hæresum tenebris, quæ per tot annos operuerũt terram, catholicæ ueritatis lux, Iesu Christo, qui vera lux est annuẽte, cãdor, puritasq. refulgeat, & ea, quę reformatione egent, reformentur, ipsa Synodus hortatur oẽs catholicos hic cõgregatos, et cõgregãdos, atque eos pręsertim, qui sacrarũ litterarũ peritiã habẽt, vt sedula meditatione diligenter secum ipsi cogitent, quib. potissimum vijs, et modis ipsius Synodi intentio dirigi, & optatum effectum sortiri possit, quò maturiùs, & cõsultiùs damnari damnanda, & probanda probari queãt: vt per totum orbem omnes vno ore, & eadem fidei cõfessione glorificẽt Deum, & Patrem Domini nostri Iesu Christi.

1.Tim.3.

Io.1.c.cum ex iniũcto. ex. de hær.

Conc. Tol. 11. c.1. Cõc. Constan.Sess.1. in princ. ca.in loco. 5.q.4.

In sententijs verò dicẽdis, iuxta Toletani Cõcilij statutũ, in loco benedictionis cõsidẽtib. Domini sacerdotibus, nullus debeat, aut immodestis vocib. perstrepere, aut tumultibus perturbare, nullis ẽt falsis, vanisvè, aut obstinatis disceptationibus contendere, sed quidquid dicetur sic mitissima

tissima verborum prolatione temperetur, vt nec audientes offendantur, nec recti iudicij acies perturbato animo inflectatur.

Insuper ipsa sacra Synodus statuit, ac decreuit, quod, si fortè contigerit, aliquos debito in loco non sedere, & sententiam etiam sub verbo Placet proferre, congregationibus interesse, & alios quoscumque actus facere Concilio durante; nulli propterea praeiudicium generetur, nulliq. nouum ius acquiratur.

Deinde indicta fuit futura Sessio ad diem Iouis, quartam mensis Feb. proximè venturi.

SESSIO III.

Celebrata die 4. mensis Febr. proximè venturi. M. D. XLVI.

Decretum de Symbolo Fidei.

IN nomine Sanctae, & indiuiduae Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus sancti.

Haec sacrosancta, oecumenica, & generalis Tridétina Synodus in Spiritusancto legitimè congregata, in ea praesidentibus eisdem tribus Apo-

stolicæ Sedis Legatis, magnitudinem rerum tractandarum considerans, præsertim earum, quæ duobus illis capitibus de extirpandis hæresibus, & moribus reformandis cõtinentur, quorũ causa præcipuè est congregata; agnoscens aũt cũ Apostolo, nõ esse sibi colluctationẽ aduersus carnem, & sanguinem, sed aduersus spirituales nequitias in cælestibus, cum eodem omnes, & singulos in primis hortatur, vt confortentur in Domino, & in potentia virtutis eius, in omnibus sumentes scutum fidei, in quo possint omnia tela nequissimi ignea extinguere, atque galeam spei salutis accipiant, cum gladio spiritus, quod est verbum Dei. Itaque, vt hæc pia eius sollicitudo principium, & progressum suum per Dei gratiam habeat: ante omnia statuit, & decernit, premittendam esse Confessionem fidei, Patrũ exẽpla in hoc secuta, qui sacratioribus Cõcilijs hoc scutum contra omnes hæreses in principio suarum actionum apponere consueuere: quo solo aliquando, & infideles ad fidẽ traxerũt, & hæreticos expugnarũt, & fideles confirmarunt. Quare Symbolum fidei, quo sancta Romana Ecclesia vtitur, tãquã principiũ illud, in quo oẽs, qui fidẽ Christi profitẽtur, necessariò cõueniũt: ac fundamẽtũ firmũ, & unicũ, cõtra quod portæ inferi nunquam præualebũt totidẽ verbis quib. in omnibus Ecclesijs legitur exprimendũ esse censuit, quid quidẽ eiusmodi est.

Credo in vnum Deum patrem omnipotẽtem,

Eph. 6.

cap. qui resistit. 11. q. 3.

Aug. ser. de Verb. Dom.

Conc. Nicenum. Cõc. Rom. sub Innocen. I. Conc. Hisp. in princ. Cõc. Const. 6. actione 17. cum si. Conc. Magun. c. 1. Clem. epis. 1. vers. ergo cunctis. c. 1. dis. 15. ca. baptizãdos, cum seq. de consecr. dist. 4. ca. 1. de sũ. Trinit. & Cõc. Cõs. 6. Act. 17. Matt. 16. c. I nouo. 21. dist. ca. Saluator. q. 3.

facto-

factorem cæli, & terræ, visibilium omnium, & inuisibilium; & in vnum Dominum Iesum Christum, filium Dei vnigenitũ, & ex Patre natum ante omnia sęcula: Deũ de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero; genitum non factum, consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt; qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de cælis, & incarnatus est de Spiritu sancto, ex Maria Virgine, & homo factus est, Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, passus, & sepultus est, & resurrexit tertia die secundùm Scripturas: & ascendit in cælum, sedet ad dexteram Patris: & iterum venturus est cum gloria iudicare viuos, & mortuos: cuius regni non erit finis: & in Spiritum sanctum Dominum, & viuificantem, qui ex Patre, Filioq. procedit; qui cum Patre, & Filio simul adoratur, & conglorificatur, qui locutus est per Prophetas; & vnam sanctam Catholicam, & Apostolicam Ecclesiam: Confiteor vnum Baptisma in remissionem peccatorum, & expecto resurrectionem mortuorum; & vitam venturi sæculi. Amen.

Conc. Nic. in fin. & Conc. Car. 6. ca. 10. Conc. Bra. 3. ca. 6. in princ. Conc. Constan. c. 7. Ep. in prin. Cõc. Chal. ĩ med Syn. Ro. sub Iul. I. in princ.

Indictio futuræ Sessionis.

EAdem sacrosancta œcumenica, & generalis Tridẽtina Synodus, in Spiritu sancto legitimè congregata, in ea præsidentibus eisdem tribus Apost. Sedis Legatis, intelligẽs multos Prælatos ex diuersis partibus accinctos esse itineri, nõnul-

los etiam in via esse, quo huc veniāt, cogit ansq; omnia ab ipsa sacra Synodo decernenda eo maioris apud omnes existimationis, & honoris videri posse, quò maiori fuerint, & pleniori Patrum consilio, & præsentia sancita, & corroborata, statuit; & decreuit futuram Sessionem post præsentem celebrandam esse die Iouis, quæ subsequetur Dominicam, Lætare, proximè futuram: interim tamen non differri discussionem, & examinationem eorum, quæ ipsi Synodo discutienda, & examinanda videbuntur.

SESSIO IV.

Celebrata die 8. mensis Aprilis. M.D.XLVI.

Decretum de Canonicis Scripturis.



SACROSANCTA, Oecumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritusancto legitimè congregata, Præsidentibus in ea eisdem tribus Apostolicæ Sedis Legatis, hoc sibi perpetuò ante oculos proponens, vt sublatis erroribus, puritas ipsa Euāgelij in ecclesia cōseruetur, quod promissū ante per Prophetas in Scripturis sanctis, Dominus noster Iesus Christus, Dei

Ioan.13. Psalm.109. vt intelligit. Aug. li.16

Dei filius, proprio ore primũ promulgauit, deinde per suos Apostolos tamquã fontẽ omnis, et salutaris veritatis, & morũ disciplinæ omni creaturæ prædicari iussit, perspiciensq. hanc veritatem, & disciplinam cõtineri in libris scriptis, & sine scripto traditionib. quæ ab ipsius Christi ore ab Apostolis acceptæ, aut ab ipsis Apostolis Spiritusancto dictante, quasi per manus traditæ, ad nos vsque peruenerũt, orthodoxorũ Patrũ exempla secuta, oẽs libros tã veteris, quã noui Testamẽti, cũ vtriusque vnus Deus sit auctor, necnon traditiones ipsas, tũ ad fidem, tum ad mores pertinentes, tamquam vel oretenus à Christo, vel à Spiritusancto dictatas, et continua successione in Ecclesia Catholica conseruatas, pari pietatis affectu, ac reuerẽtia suscipit, & veneratur. Sacrorum verò librorũ Indicem huic decreto ad scribendum censuit, ne cui dubitatio suboriri possit, quinam sint, qui ab ipsa Synodo suscipiuntur. Sũt verò infrascripti Testamenti veteris, quinque Moysi, id est, Genesis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomiũ, Iosue, Iudicũ, Ruth: quatuor Regũ: duo Paralipomenon: Esdræ primus, & secundus, qui dicitur Nehemias, Tobias, Iudith, Hester, Iob, Psalterium Dauidicũ centum quinquaginta Psalmorũ, Parabolæ, Ecclesiastes; Canticũ Canticorum, Sapientia, Ecclesiasticus, Isaias, Ieremias cum Baruch, Ezechiel, Daniel, duodecim Prophetæ minores, id est, Osea, Ioel, Amos,

de Ciuit. Dei. c. 17. To.8. Mar.vlt. Matth.28. c.in nouo, dist.21.

2.Thess.2. 1.Cor.11. 2.Timo.1. c. ecclesiasticarũ. 11. dis. cap.illa autem 12. dis. ca.cum Mar.de celeb.miss.

In cã.Apostolo. ca. 84. Inn.I. epis. 3. c.7. Gel. 1. in fi. ep. Conc. Lao. 1.c.59. Conc. Car. 3.ca.47. & c.Sãcta Romana, dist. 15. Conc.Plac. ad fin.

Amos, Abdias, Ionas, Micheas, Nahum, Habacuch, Sophonias, Aggæus, Zacharias, Malachias, duo Machabæorum, primus, & secundus. Testamenti noui, quattuor Euangelia, secundùm Matthæum, Marcũ, Lucam, & Ioannem. Actus Apostolorum à Luca Euangelista conscripti: quattuordecim Epistolæ Pauli Apostoli, scilicet ad Romanos, duæ ad Corinthios, ad Galatas, ad Ephesios, ad Philippenses, ad Collossenses, duæ ad Thessalonicẽses, duæ ad Timotheum, ad Titum, ad Philemonẽ, ad Hebræos. Petri Apostoli duæ; Ioannis Apostoli tres; Iacobi Apostoli vna; Iudæ Apostoli vna; & Apocalypsis Ioannis Apostoli. Si quis autem libros ipsis integros cum omnibus suis partibus, prout in Ecclesia Cath. legi consueuerunt, & in veteri vulgata Latina editione habentur, pro Sacris, & Canonicis non susceperit, & traditiones prædictas sciens, & prudens contempserit: anathema sit. Omnes itaque intelligant quo ordine, & via, ipsa Synodus, post iactum fidei confessionis fundamentum, sit progressura, & quibus potissimum testimonijs, ac præsidijs in confirmandis dogmatibus, & instaurandis in Ecclesia moribus sit vsura.

Decretum de editione, & vsu sacrorum librorum.

INsuper eadem sacrosancta Synodus considerãs non parum vtilitatis accedere posse Ecclesiæ Dei, si ex omnib. Latinis editionib. quæ circumferun-

feruntur, sacrorum librorum, quænam pro authentica habenda sit, innotescat; statuit, & declarat, vt hęc ipsa vetus, & vulgata editio, quę longo tot sæculorum vsu in ipsa Ecclesia probata est, in publicis lectionibus, disputationibus, prædicationibus, & expositionibus pro authentica habeatur: & vt nemo illam reijcere quouis prætextu audeat, vel præsumat.

Præterea, ad coercēda petulātia ingenia, decernit, vt nemo suæ prudentiæ innixus, in rebus fidei, & morū, ad ædificationē doctrinæ Christianæ pertinentium, sacram Scripturam ad suos sensus contorquens, cōtra eum sensum, quem tenuit, & tenet Sancta Mater Ecclesia, cuius est iudicare de vero sensu, & interpretatione Scripturarum sanctarum, aut etiam cōtra vnanimem consensum Patrum ipsam Scripturam sacram interpretari audeat, etiā si huiusmodi interpretationes nullo vmquam tempore in lucem edendæ forent. Qui contrauenerit, per Ordinarios declarentur, & pœnis à iure statutis puniantur.

c. hæres. 24. q. 3. & infr. Ses. 13. c. 2. de Euc. Sac. Leo Papa epi. ad Syn. Theol. c. 6. c. exiit. circa fin. qui verb. sig. in 6. c. palàm. 11. dis. cap. de libellis. 20. dis. cap. omnes. 22. dist. ca. relatum, 37. d. ca. hæresis. 24. q. 3. d. c. hæresis. & tot. tit. de hære.

Sed & impressoribus modum in hac parte, vt par est, imponere volens, qui iam sine modo, hoc est, putantes sibi licere quidquid libet, sine licentia Superiorum ecclesiasticorū, ipsos sacræ Scripturæ libros, & super illis annotationes, & expositiones quorumlibet indifferenter, sæpè tacito, sæpè etiam ementito prælo; & quod grauiùs est, sine nomine auctoris imprimunt; alibi etiam impres-

impressos libros huiusmodi temerè venales habent, decernit, & statuit, vt post hac sacra Scriptura, potissimũ verò hæc ipsa vetus, & vulgata editio, quã emẽdatissimè imprimatur, nulliq. liceat imprimere, vel imprimi facere quosuis libros de reb. sacris sine nomine auctoris, neque illos in futurum vendere, aut et apud se retinere, nisi primum examinati, probatiq. fuerint ab Ordinario: sub pęna anathematis, & pecuniæ in Canone Concilij nouissimi Lateranensis apposita. Et si regulares fuerint, vltra examinationẽ, et probationem huiusmodi, licentiam quoque à suis superioribus impetrare teneãtur, recognitis per eos libris iuxta formam suarũ ordinationũ. Qui aũt scripto eos communicãt, vel euulgant, nisi anteà examinati, probatiq. fuerint, eisdem pęnis subiaceant quibus impressores. Et qui eos habuerint, vel legerint, nisi prodiderit auctores, pro auctoribus habeantur. Ipsa verò huiusmodi librorum probatio in scriptis detur, atque ideò in fronte libri vel scripti, vel impressi authenticè appareat, idq. totum, hoc est & probatio, & examen gratis fiat, vt probanda probentur, & reprobentur improbanda. Post hæc, temeritatem illam reprimere volens, qua ad profana quæq. conuertuntur, & torquẽtur verba, & sentẽtiæ Sacræ Scripturæ ad scurrilia. s. fabulosa, vana, adulationes, detractiones, superstitiones impias, & diabolicas incantationes, diuinationes, sortes, libellos

Sess. 10. de impressione lib.

etiam

etiam famosos, mandat, & præcipit, ad tollendam huiusmodi irreuerentiam, & contemptum, ne de cetero quisquā quomodolibet verba Scripturæ Sacræ ad hæc, & similia audeat vsurpare, vt omnes huius generis homines temeratores, & violatores verbi Dei, iuris, & arbitrij pœnis per Episcopos coerceantur.


Indictio futuræ sessionis.

Item hæc sacrosancta Synodus statuit, & decreuit, proximam futuram Sessionem tenendam, & celebrandam esse feria quinta post sacratissimum festum proximum Pentecostes.

SESSIO V.

Celebrata die 17. mensis Iunij. M.D.XLVI.

Decretum de peccato originali.



T fides nostra Catholica, sine qua impossibile est placere Deo, purgatis errorib. in sua sinceritate integra, & illibata permaneat, & ne populus Christianus omni vēto doctrinæ circumferatur: cum Serpens ille antiquus, humani generis perpetuus hostis, inter plurima mala, quibus Ecclesia Dei his nostris temporibus perturbatur, et de peccato originali, eiusq. remedio non solum

Heb. 11. Conc. Magun. can. 1.

Gen. 3. c. vi sis. 16. q. 1.

solum noua, sed vetera et dissidia excitauerit: sacrosancta, œcumenica, & generalis Trid. Synodus, in Spiritu Sancto legitimè congregata, præsidentibus in ea eisdem tribus Apostolicæ Sedis Legatis, iam ad reuocandos errantes, & nutantes confirmandos accedere volens, Sacrarũ Scripturarum, & Sanctorum Patrum, ac probatissimorum Conciliorum testimonia, & ipsius Ecclesiæ iudicium, & consensum secuta, hæc de ipso peccato originali statuit, fatetur, ac declarat.

Cęlestinus II. epist. 1. c. 4.

Genes. 3.

Si quis non cõfitetur, primũ hominem Adam, cum mandatũ Dei in Paradiso fuisset transgressus, statim sanctitatem, & iustitiam, in qua constitutus fuerat, amisisse, incurrisseq. per offensam præuaricationis huiusmodi, irã, & indignationẽ Dei; atque ideò mortẽ, quã anteà illi cõminatus fuerat Deus, & cũ morte captiuitatem sub eius potestate, qui mortis deinde habuit imperiũ, hoc est Diaboli, totumq. Adam per illam præuaricatiotionis offensam, secundùm corpus, & animam in deterius cõmutatũ fuisse: anathema sit.

Conc. Arausi. c. 1.

Roman. 5, 1. Cor. 15. & Conc. Arausi. c. 5. c. quõ. de pęn. dist. 2. c pla cuit il 2. de consecr. d. 4. infr. Sess. 6. ca. 1. & 7. de iustific.

Si quis Adæ præuaricationem sibi soli, & non eius propagini asserit nocuisse, & acceptã à Deo sanctitatem, & iustitiam quã perdidit, sibi soli, & nõ nobis etiam eũ perdidisse, aut inquinatum illum per inobedientiæ peccatũ, mortem, & pœnas corporis tantum in omne genus humanum transfudisse; non autem, & peccatum ꝙ mors est animæ: anathema sit, cum contradicat Apostolo

lo dicenti: Per vnum hoiem peccatũ intrauit in mundũ, & per peccatũ mors, & ita in oẽs homines mors pertransijt, in quo omnes peccauerunt. Rom.5.d.c. placuit, c. regenerante, & c quæris. in fi. de consecr. distinct.4.

Si quis hoc Adæ peccatũ, quòd origine vnum est, & propagatione, non imitatione transfusum omnibus, inest vnicuique proprium, vel per humanæ naturæ vires, vel per aliud remedium asserit tolli, quàm per meritum vnius mediatoris Domini nostri Iesu Christi, qui nos Deo reconciliauit in sanguine suo, factus nobis iustitia, sanctificatio, & redemptio: aut negat ipsum Christi Iesu meritum per Baptismi sacramentum in forma ecclesiæ ritè collatum, tam adultis, quã paruulis applicari: anathema sit: quia non est aliud nomen sub cęlo, datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Vnde illa vox: Ecce agnus Dei: Ecce qui tollit peccata mundi. Et illa: Quicumque baptizati estis, Christum induistis. Conc. Mileuit.c.2. 1.Tim.2. cap. multiplex, de pę. dist. 1. & inf. Ses 21. de inuo. Sãcto. post pr. Act.4. Io.1.ca.nemo, de consecr. dist.4. Gal.3.

Si quis paruulos recẽtes ab vteris matrũ baptizandos negat, ẽt si fuerint à baptizatis parentib. orti: aut dicit in remissionem quidem peccatorum eos baptizari, sed nihil ex Adam trahere originalis peccati, ꝙ regenerationis lauacro necesse sit expiari ad vitã æternam consequẽdam; vnde fit consequens, vt in eis forma Baptismatis in remissionẽ peccatorũ non vera, sed falsa intelligatur: anathema sit; quoniam non aliter intelligendum est id, quod dixit Apostolus: Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per Conc. Mileuit. ca.2. Conc. Aph. c.77. & d.c. placuit. de consecr. distin.4. Cle. vni. de sum. Trin. c.2. in fi. eo. tit. ex c.3. vers. cũ ergo. de bapt. inf sess. 7. c.13. de bapt. Rom.5. ca. placuit.

pecca-

cap. quęris. in fin. & c. regenerante. de consecr. dist. 4.

peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransijt, in quo omnes peccauerunt: nisi quemadmodum Ecclesia Catholica, vbiq. diffusa, semper intellexit. Propter hanc enim regulam fidei ex traditione Apostolorū, etiam paruuli, qui nihil peccatorum in semetipsis adhuc committere potuerunt, ideò in remissionem peccatorum veraciter baptizantur, vt in eis regeneratione mūdetur, quod generatione cōtraxerunt. Nisi enim quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritusancto, non potest introire in regnum Dei.

Io. 3. cap. filius. & c. nō dubito. de consec. dis. 4. c. debitū. cum seq. de bapt.

Inf. Sess. 7. c. 6. cū seq. de Sacram.

Si quis per Iesu Christi Domini nostri gratiā, quæ in Baptismate confertur, reatum originalis peccati remitti negat, aut etiam asserit non tolli totum id, quod veram, & propriam peccati rationē habet: sed illud dicit tantū radi, aut non imputari: anathema sit. In renatis enim nihil odit Deus, quia nihil est damnationis ijs, qui verè consepulti sunt cum Christo per Baptisma in mortem: qui non secundùm carnem ambulant, sed veterē hominem exeuntes, & nouū, qui secundùm Deum creatus est, induentes, innocentes, immaculati, puri, innoxij, ac Deo dilecti effecti sunt, hæredes quidē Dei, cohæredes autem Christi, ita vt nihil prorsus eos ab ingressu cæli remoretur. Manere autem in baptizatis concupiscentiam, vel fomitem, hæc sancta Synodus fatetur, & sentit: quæ cum ad agonem relicta sit, nocere non consentientibus, sed viriliter per CHRISTI IESV,

Ro. 6. & c. propriè, de consec. dis. 4. d. c. regenerante. Rom. 8.

Col. 3. Eph. 4. c. quō renouari. de pę. dist. 2. Rom. 8. Gal. 3. c. non omnis. 32. q. 2. Aug. l. 6. cōtra, vl. Pel. c. 6. Tom. 7. &c.

gra-

gratiam repugnantibus non valet: quinimò, qui legitimè certauerit, coronabitur. Hanc concupiscentiam, quā aliquādo Apostolus peccatum appellat, S. Synodus declarat, Ecclesiā catholicam nūquam intellexisse peccatum appellari, quod verè, et propriè in renatis peccatum sit, sed quia ex peccato est, & ad peccatum inclinat. Si quis autem contrarium senserit, anathema sit.

2. de consecrat. dist. 4. 2. Tim. 2. Colos. 3. Rom. 7. c. nā concupiscētiam. ext. de constit.

Declarat tamen hæc ipsa S. Synodus, non esse suæ intentionis comprehendere in hoc decreto, vbi de peccato originali agitur, beatā, & immaculatam Virg. Mariam, Dei genitricem; sed obseruandas esse constitut. fel. rec. Xysti Papæ IV. sub pęnis in eis Constit. contentis, quas innouat.

In extrau. cō. lib. 3. de reliq. & venerat. sāct. cap. 2.

Decretum de reformatione.

Cap. I.

EAdē sacrosancta Synodus, pijs summorum Pontificum, et probatorum Cōciliorum constitutionib. inhærens, vsque amplectens, & illis adyciens: ne cœlestis ille sacrorum librorum thesaurus, quē Spiritus sanctus summa liberalitate hoībus tradidit, neglectus iaceat: statuit, & decreuit, quòd in illis ecclesijs, in quib. præbēdæ, aut præstimonium, seu aliud quouis noīe nuncupatum stipendium pro lectorib. sacræ Theologiæ deputatum reperitur, Epi, Archiepi, Primates, & alij locorum Ordinarij, eos qui præbendā, aut præstimonium, seu stipendium hmōi obtinent, ad ipsius sacræ Scripturæ expositionem, & inter-

pretationem per seipsos, si idonei fuerint, alioquin per idoneum substitutum ab ipsis Episcopis, Archiepiscopis, Primatibus, & alijs locorũ Ordinarijs eligendũ, ẽt per subtractionẽ fructuum cogant, & compellant. De cætero verò præbẽda, præstimoniũ, aut stipendium hmõi non nisi personis idoneis, & quæ per seipsos id munus explicare possint, cõferãtur, & aliter facta prouisio nulla sit, & inualida. In ecclesijs aũt Metropolitanis, vel cathedralib. si ciuitas insignis, vel populosa fuerit, ac ẽt in collegiatis, existẽtib. in aliquo insigni oppido, ẽt nullius diœcesis si ibi clerus numerosus fuerit, vbi nulla præbẽda, aut pręstimonium, seu stipendiũ hmõi deputatum reperitur, prębenda quõcunque, pręterquam ex causa resignationis, primo uacatura, cui aliud onus incompatibile iniunctum non sit, ad eum vsum ipso facto perpetuò cõstituta, & deputato intelligatur. Et quatenus in ipsis ecclesijs nulla, vel non sufficiens præbẽda foret. Metropolitanus, vel Eps ipse per assignationem fructuum alicuius simplicis beneficij, eiusdem tamẽ debitis supportatis oneribus, vel per contributionem beneficiatorũ suæ ciuitatis, & diœcesis, vel aliàs, prout commodiùs fieri poterit, de capituli cõsilio ita prouideat vt ipsa sacræ Scripturæ lectio habeatur, ita tñ, vt quæcũq; aliæ lectiones vel cõsuetudines, vel quauis alia rõne institutæ pp id minimè prætermittãtur: Ecclesiæ verò, quarũ, annui prouentus tenues

Ca. quia, & c si d mag. & Inf. Ses. 23. de ref. c. 18.

Inf. Ses. 24. c. 15. de reform.

tenues fuerint, et vbi tã exigua est clerici, et populi multitudo, vt Theologiæ lectio in eis cõmodè haberi non possit: saltem magistrum habeant, ab Epõ cum consilio Capituli eligendum, qui clericos, aliosq. scholares pauperes: Grãmaticã gratis doceat, vt deinceps ad ipsa sacræ Scripturæ studia, annuẽte Deo, transire possint. Ideoque illi magistro Grãmatices, vel alicuius simplicis beneficij fructus, quos tandiu percipiat, quãdiu in docendo perstiterit; assignentur; dum tamen beneficiũ ipsum suo debito non fraudetur obsequio, vel ex Capitulari, uel Episcopali mensa condigna aliqua merces persoluatur; vel aliàs Episcopus ipse aliquam rationem ineat suæ Ecclesiæ, et diœcesi accommodam; ne pia hæc, vtilis, atque fructuosa prouisio quouis quæsito colore negligatur. In Monasterijs quoque Monachorum, vbi commodè fieri queat, etiã lectio sacræ Scripturæ habeatur. Qua in re si Abbates negligentes fuerint, Episcopi locorum, in hoc, vt Sedis Apostolicæ delegati, eos ad id opportunis remedijs cõpellant. In cõuentib. verò aliorum Regularium, in quibus studia commodè vigere possunt, sacræ Scripturæ lectio similiter habeatur; quæ lectio à Capitulis generalibus, vel prouincialibus assignetur dignioribus magistris. In Gymnasijs etiã publicis, vbi tam honorifica, & cæterorum omnium maximè necessaria lectio hactenus instituta non fuerit, religiosissimorum Principum,

Cõc. Cõst. 6. ca. 5. cum alleg. à me. in tract. de prisch. pri. 88. c. 1. & ca. quia de Mag. Cõc. Later. sub Alexã. III. c. 18. & sub Inn. III. ca. 11. & infr. Sess. 23. ca. 18. de ref. Cle. de in agro de statu Monac. cap. 1. de Mag.

Abbatis officiũ in lectore eligendo.

c. 2. de Mag.

ac Rerum publicarũ pietate, & charitate ad catholicæ fidei defensionem, & incrementum, sanæq. doctrinæ conseruationẽ, & propagationem instituatur: & vbi instituta foret, & negligeretur, restituatur. Et, ne sub specie pietatis impietas disseminetur, statuit eadẽ S. Synodus neminẽ ad huiusmodi lectionis officium tam publicè, quã priuatim admittendum esse, qui prius ab Episcopo loci de vita, moribus, et scientia examinatus, & approbatus non fuerit: quòd tamen de Lectoribus in claustris Monachorum non intelligatur. Docentes verò ipsam sacram Scripturam, dum publicè in scholis docuerunt, & scholares, qui in ipsis scholis studẽt, priuilegijs omnibus de perceptione fructuum, prębendarum, & beneficiorum suorum, in absentia, à iure communi cõcessis, plenè gaudeant, & fruantur.

c. fi. de ma. cõ. alleg. in meo tract. de priuil. sch. priuil. 98.

Inf. Ses. 24. c. 4. de ref.


Cap. II.

QVia verò Christianæ Reipublicæ non minus necessaria est prędicatio Euangelij, quàm lectio, & hoc est, præcipuũ Episcoporum munus; statuit, et decreuit eadẽ sancta Synodus, oẽs Episcopos, Archiepiscopos, Primates, & omnes alios Ecclesiarum Prælatos teneri per seipsos, si legitimè impediti non fuerint, ad prędicãdũ sancti Iesu Christi Euangeliũ. Si verò contigerit Episcopos, & alios prędictos legitimo detineri impedimẽto, iuxta formã generalis Concilij, viros idoneos assumere teneantur ad huius-

Cõc. Car. 4. c. 20. Conc. Magun. ca. 25. Concil. Rhemen. c. 14. & 15. c. Episc. li. 3. 88. dis. inf. Ses. 24. ca. 4. de refor. Conc. Lat. sub Innoc. III. ca. 10. c. inter cætera, de off. ord.

modi ꝓdicationis officiũ salubriter exequendum.
Si quis autem hoc adimplere cõtempserit, distri-
ctè subiaceat vltioni. Archipresbyteri quoque,
Plebani, & quicũque Parochiales; vel aliàs cu-
rã animarũ habẽtes, ecclesias quocũq; modo ob-
tinẽt, ꝑ se, vel alios idoneos, si legitimè impediti Conc. Con-
fuerint, dieb. saltẽ Dominicis, & festis solẽnibus stan. 6. c. 8. c. exiit. §. ha
plebes sibi commissas pro sua, & earũ capacitate betur etiã,
pascãt salutarib. uerbis, docẽdo ea, quæ scire oĩb. de verb. sign. Concil.
necessariũ est ad salutem: annunciandoq. eis cum Later. vlt.
breuitate, & facilitate sermonis vitia, quæ eos Sess. 15.
declinare, & virtutes, quas sectari oporteat, vt
pœnã æternã euadere, & cœlestẽ gloriam cõsequi
valeant. Id verò si quis eorũ præstare negligat,
etiam si ab Episcopi iurisdictione quauis ratione
exẽptũ se esse prætenderet, etiam si ecclesiæ quo-
uis modo exemptæ dicerentur, aut alicui mona-
sterio, ẽt extra diœcesim existenti forsan annexæ,
vel vnitæ, modo re ipsa in diœcesi sint; ꝓuida pa-
storalis Epõrum sollicitudo non desit, ne illud im- Ier. Tren.
pleatur. Paruuli petierũt panẽ, & nõ erat q̃ fran 4.
geret eis. Itaq; vbi ab Episcopo moniti triũ men-
siũ spatio muneri suo defuerint, per cẽsuras Eccle
siasticas, seu aliàs ad ipsius Episcopi arbitriũ co-
gãtur, ita vt etiam, si ei sic expedire visũ fuerit
ex beneficiorum fructibus alteri, qui id præstet,
honesta aliqua merces persoluatur, donec princi-
palis ipse resipiscens officium suum impleat.

Si qua verò parochiales Ecclesiæ reperiantur



subiectæ monasterijs in nulla diœcesi existẽtib. si Abbates, & regulares Prælati in prædictis negligẽtes fuerint, à Metropolitanis, in quorũ prouincijs diœceses ipsæ sitæ sunt, tãquã, quo ad hoc Sedis Apostolicæ delegatis, compellatur. Neque huius decreti executionẽ, consuetudo, vel exemptio, aut appellatio, aut reclamatio, siue recursus impedire valeat, quousque desuper à competenti iudice, qui summariè, & sola facti veritate inspecta, procedat, cognitũ, et decisum fuerit. Regulares verò cuiuscũque Ordinis, nisi à suis Superioribus de vita, moribus, & sciẽtia examinati, & approbati fuerint, ac de eorum licentia, etiam in Ecclesijs suorũ Ordinum prædicare non possint, tũ qua licẽtia personaliter se corã Episcopis præsentare, & ab eis benedictionẽ petere teneantur, antequam prædicare incipiãt. In Ecclesijs verò, quæ suorum Ordinum non sunt, vltra licentiam suorũ Superiorum, etiam Episcopi licentiam habere teneantur, sine qua in ipsis Ecclesijs nõ suorum Ordinum nullo modo prædicare possint; ipsam autem licentiam gratis Episcopi concedant.

Conc. Lat. vlt. Sess. 11. de mon. p.

Si verò (quod absit) Prædicator errores, aut scandala disseminauerit in populum, et si in monasterio sui, vel alterius Ordinis prædicet, Episcopus ei prædicationem interdicat. Quòd si hæreses prędicauerit, contra eum secundùm iuris dispositionem, aut loci consuetudinẽ procedat, et si prędicator ipse generali, vel speciali priuilegio exemptum

Ca. excõicamus. §. quia verò de hære. inf. Sess. 24. cap. 4. de ref. & c. non liceat. 92. dist. ad Rom. 10.

ptum

ptum se esse prætenderet; quo casu Episcopus authoritate Apostolica, & tanquam Sedis Apostolicæ delegatus procedat. Curent autem Episcopi, ne quis prędicator uel ex falsis informationibus, vel aliàs calumniosè vexetur; iustamve de eis conquerendi occasionem habeat.

Caueāt pterea Epi, ne aliquē, vel eorū qui cū sint nomine Regulares extra claustra tamen, & obediētiam religionū suarum viuunt, vel Presbyterorū sæcularium, nisi ipsi noti sint, & moribus, atque doctrina probati ēt quorūlibet priuilegiorum prætextu, in sua ciuitate, vel diœcesi prędicare permittāt, donec ab ipsis Episcopis super ea re sancta Sedes Apost. consulatur: à quo priuilegia huiusmodi nisi tacita veritate, & expresso mēdacio ab indignis extorqueri uerisimile nō est.

Quęstores verò eleemosynarij, qui etiam, quęstuarij vulgo dicūtur cuiusq. cōditionis existant, nullo modo nec per se, nec per aliū prędicare pręsumant, & contra facientes ab Episcopis, & Ordinarijs locorū, priuilegijs quibuscumque nō obstantibus, opportunis remedijs omninò arceātur. Conc. Lat. sub Innoc. III. c.62. c. cum ex eo. de pęnit. & remiss. Clem. abusionib. eo. tit. inf. Ses. 21. qui ref. c. 9. cap. vt officium. §. compescendi. de hæret. in 6.

Indictio futuræ Sessionis.

ITem hæc sacrosancta Synodus statuit, & decernit primam futuram Sessionem tenēdam, & celebrandam esse die Iouis, feria quinta post festum Beati Iacobi Apostoli.

Prorogata deinde fuit Sessio ad diem 13. mensis Ian. 1547.

SESSIO VI.

Celebrata die XIII. Mensis Ianuar. 1547.

Decretum de iustificatione.
Procemium.



VM hoc tempore non sine multarum animarum iactura, & graui Ecclesiasticæ vnitatis detrimento, erronea quædam disseminata sit de iustificatione doctrina ad laudem, & gloriam omnipotentis Dei, Ecclesiæ tranquillitatē, & animarum salutem, sacrosancta, œcumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu sancto legitimè congregata, præsidētibus in ea nomine Sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri, Domini Pauli, diuina prouidentia Papæ III. Reuerendissimis Dominis, Dominis Io. Maria Episcopo Prænestino de Monte, & Marcello titul. S. Crucis in Hierusalem Presbytero, sanctæ Romanæ Eccl. Cardinalibus, & Apostolicis de latere Legatis: Exponere intendit omnibus Christi fidelibus veram, sanamq. doctrinam ipsius iustificationis, quam Sol iustitiæ Christus Iesus, fidei nostræ auctor, & consummator docuit, Apostoli tradiderunt, & Catholica Ecclesia, Spiritu sancto suggerente, perpetuò retinuit: districtius inhibendo, ne dein-

deinceps audeat quisquam aliter credere, prædicare, aut docere, quam præsenti decreto statuitur, ac declaratur.

De naturæ, & legis ad iustificandos homines imbecillitate. Cap. I.

PRimũ declarat S. Synodus, ad iustificationis doctrinam probè, & sincerè intelligendam, oportere, vt vnusquiq; agnoscat, & fateatur, quod cum omnes homines in præuaricatione Adæ innocentiam perdidissent, facti immũdi, & vt Apostolus inquit, natura filij iræ, quemadmodũ in decreto de peccato originali exposuit, vsque adeò serui erant peccati, & sub potestate Diaboli, ac mortis, vt non modò Gentes per viam naturæ, sed ne Iudæi quidẽ per ipsam etiam litteram legis Moysi inde liberari, aut surgere possent: tametsi in eis liberum arbitriũ minimè extinctum esse, viribus licèt attenuatum, & inclinatum.

Aug. To. 1. lib. 5. Confess. c. 9. 1. Cor. 15. Rom. 5. Eph. 3. sup. Sess. 5. in pr. Rom. 8. & 9.

De dispensatione, & mysterio aduentus Christi. Cap. II.

QVo factũ est, vt cœlestis Pater, Pater misericordiarũ, & Deus totius consolationis, Christum Iesum filium suum, & ante legem, & legis tempore multis Sanctis Patribus declaratum, ac promissum, cum venit beata illa plenitudo temporis, ad homines miserit;

2. Cor. 1. Gen. 49. cũ si. Gal. 4. Psal. 1. 88. & 109. Isa. 7. 11. & 45. Ier. 23. Abacuc. 3.

vt

Oseæ 6. Baruch.3. 1.Reg.2. Dan.9. Aug. lib 7. de Ciuit. Dei, c.31. Tom.5. Eph. 1. Rom.3. Coloss.1. 1.Tim.2.& 2.Tim.1. c. multiplex. de pœn.d.1. 1.Ioan.2. Eccl.17. & c. si enim. de pœnit. dist.2. Psal.102.& 129. 2.Cor.5.& 2.

vt & Iudæos, qui sub lege erant, redimeret, & Gentes, quæ non sectabantur iustitiam, iustitiam apprehenderent, atque omnes adoptionē filiorum reciperent. Hunc proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius pro peccatis nostris, non solum autem pro nostris, sed etiam pro totius Mundi.

Qui per Christum iustificantur. Cap. III.

Inf.can.1. Coloss.1.

VErum, & si ille pro omnib. mortuus est, non omnes tamen mortis eius beneficium recipiunt: sed ij duntaxat, quibus meritum passionis eius communicatur. Nam sicut re vera homines nisi ex semine Adæ propagati nascerentur, non nascerentur iniusti, cum ea propagatione per ipsum dum cōcipiuntur, propriam iniustitiam contrahant: ita, nisi in Christo renascerentur, nunquam iustificarētur: cum ea renascentia per meritum passionis eius gratia, qua iusti fiunt, illis tribuatur. Pro hoc beneficio Apostolus gratias nos semper agere hortatur Patri, qui dignos nos fecit in partes sortis Sanctorum in lumine, & eripuit de potestate tenebrarum, transtulitq. in regnum filij dilectionis suæ; in quo habemus redemptionem, & remissionem peccatorum.

Insinuatur descriptio iustificationis impij, & modus eius in statu gratiæ. Cap. IV.

QVibus verbis iustificationis impij descriptio insinuatur, vt sit translatio ab eo statu in quo homo nascitur filius primi Adæ, in statum gratiæ, & adoptionis filiorum Dei per secundum Adam Iesum Christũ Saluatorem nostrũ; quæ quidem translatio post Euang. promulgatum, sine lauacro regenerationis, aut eius voto fieri non potest, sicut scriptum est: Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei.

Gal.4. Tit.3. Cl. de summ Trin. 1.Cor.15. Ioan.3. Ca. filius & ca. non dubito, de cõsecr. dis. 4. c. debitũ, cũ seq. extra de Bapt.

De necessitate præparationis ad iustificationem in adultis, & vnde sit. Cap. V.

DEclarat præterea ipsius iustificationis exordium in adultis à Dei per Christum Iesum præueniente gratia sumendũ esse, hoc est, ab eius vocatione, qua nullis eorũ existentibus meritis, vocantur; vt, qui per peccata à Deo auersi erãt, per eius excitantẽ, atque adiuuãtem gratiam ad cõuertendum se ad suã ipsorum iustificationem, eidẽ gratię liberè assentiẽdo, & cooperãdo disponantur: ita vt, tangẽte Deo cor hominis per Spiritus sancti illuminationem, neque homo ipse nihil omninò agat, inspirationem illam recipiens: quippe qui illam, & abijcere potest: neque tamen sine

Infra can.

sine gratia Dei mouere se ad iustitiam coram illo libera sua voluntate possit. Unde in sacris litteris cum dicitur; Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos; libertatis nostræ admonemur. Cum respondemus: Conuerte nos, Domine, ad te, & conuertemur; Dei nos gratia præueniri confitemur.

Zac.1. Ioel.2. c. cōuertimini. de pœn. dis. 1. Iere. in fin. orationis.

Modus præparationis. Cap. VI.

D*Isponuntur autem ad ipsam iustitiam, dum excitati diuina gratia, & adiuti, fidem ex auditu concipientes, liberè mouentur in Deum, credētes uera esse, quæ diuinitus reuelata, et promissa sunt: atque illud in primis, à Deo iustificari impiū per gratiā eius, per redemptionem, quæ est in Christo Iesu, & dū peccatores se esse intelligētes, à diuinę iustitię timore, quo utiliter cōcutiūtur, ad considerandā Dei misericordiam se conuertendo, in spem eriguntur: fidentes Deum sibi propter Christum propitium fore: illumq. tanquam omnis iustitiæ fontem diligere incipiunt: ac propterea mouentur aduersus peccata, per odium aliquod, & detestationem, hoc est, per eā pęnitentiam, quam ante Baptismum agi oportet; denique dum proponūt suscipere Baptismum, inchoare nouā vitam, & seruare diuina mandata. De hac dispositione scriptum est. Accedētem ad Deum oportet credere quia est, & quòd inquirentibus se remunerator sit. Et, confide fili, remittuntur tibi peccata tua. Et, Timor Domini ex-*

Inf. c. 14. & Ses. 24. ca. 4. de contritione.

Heb. 11. Mal. 2. Matth. 9. Eccl. 1.

expellit peccatũ. Et, Pœnitentiã agite, & baptizetur vnusquisque vestrũ in nomine Iesu Christi; in remissionem peccatorum vestrorum, & accipietis donum Spiritus sancti. Et, Euntes ergo docete omnes Gentes, baptizantes eos, In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, docentes eos seruare quæcumque mandaui vobis. Denique, Præparate corda vestra Domino.

Acto. 2. c. agunt. & c. propriè. de cons. dis. 4. Matt. vlt. Luc. 24. c. 1. c. si qua, & c. pprie, de cõsec. d. 4. 1. Reg. 7.

Quid sit iustificatio impij, & quæ eius causæ. Caput VII.

HAnc dispositionem, seu præparationẽ, iustificatio ipsa consequitur, quæ non est sola peccatorum remissio, sed & sanctificatio, & renouatio interioris hominis per volũtariam susceptionem gratiæ, & donorum. Vnde homo ex iniusto fit iustus, & ex inimico amicus, vt sit hæres secundùm spem vitæ æternæ. Huius iustificationis causæ sunt finalis quidem gloria Dei, & Christi, ac vita æterna: efficiens verò, misericors Deus, qui gratuitò abluit, & sanctificat, signãs, & ungens Spiritu promissiones sancto; qui est pignus hæreditatis nostræ; meritoria aũt, dilectissimus vnigenit⁹ suus, Dominus noster Iesus Christus, qui cum essemus inimici, propter nimiam charitatem, qua dilexit nos, sua sanctissima passione in ligno crucis nobis iustificationẽ meruit, & pro nobis Deo Patri satisfecit: instrumentalis item, Sacramentũ Baptismi, quod est Sacramentum

Tit. 3. Eph. 2. Eph. 1.

e. nihil est. de cōs. dis. 4. c. hoc est. de consecr. dist. 2.

mentum fidei, sine qua nulli vnquā contigit iustificato: demū vnica formalis causa est iustitia Dei; non qua ipse iustus est, sed qua nos iustos facit; qua videlicet ab eo donati, renouamur spiritu mētis nostræ, & nō modo reputamur, sed verè iusti nominamur, & sumus, iustitiam in nobis recipientes, vnusquisque suā secundū mensuram, quam Spiritus sanctus partitur singulis, prout vult, secundùm propriam cuiusq. dispositionem, & cooperationem. Quamquam.n. nemo possit esse iustus, nisi cui merita passionis D. N. Iesu Christi cōicantur: id tamē in hac impij iustificatione fit, dum eiusdem S. passionis meritò per Spiritū sanctum charitas Dei diffunditur in cordib. eorum, qui iustificantur, atq; ipsis inhæret. Vnde in ipsa iustificatione cum remissione peccatorum hæc oīa simul infusa accipit homo per Iesum Christū, cui inseritur; fidem, spem, & charitatem. Nā fides nisi ad eam spes accedat, & charitas, neque vnit perfectè cum Christo, neque corporis eius viuum membrum efficit; qua rōne verissimè dicitur: Fidem sine operib. mortuam, & otiosam esse. Et, In Christo Iesu, neq; circūcisionem aliquid valere, neq; præputium; sed fidem, quæ per charitatem operatur. Hanc fidem ante Baptismi Sacramentū ex Apostolorum traditione Cathecumeni ab ecclesia petunt cū petunt fidem, vitam æternā præstātem: q̄ sine spe, & charitate fides præstare nō pōt. Vnde & statim verbū Christi audiunt. Si vis

cap. multiplex. de pe. distinc. 1. c. nec quemquam post prin. de cō-secr. dis. 4.

Philip. 3.

Rom. 5.

Inf. can. 10. Conc. Magun. c. 1. c. fertur, & c. sicut vrgēti, 1 q. 1. & sac. 2. in fi.

Gal. 5. c. circuncisio, & c. firmum, de pen. d. 2. c. 1. § quia verò, de sac. vnct.

Matth. 19. Luc. 15. quo c. re-

ad

ad vitā ingredi: serua mandata. Itaque verā, & Christianā iustitiā accipiētes, eā ceu primam stolam pro illa, quam Adam sua inobedientia sibi, et nobis perdidit per Christū Iesū illis donatam, candidam, & immaculatā iubētur statim renati conseruare, vt eā perferāt ante tribunal Domini nostri Iesu Christi, & habeant vitam æternam.

nouari. de pæn. dist. 2. Cel. 1. epist. 1. ca. 4. Rom. 5. supr. Sess. 5. de pœn. ca. ori. post princ.

Quomodo intelligatur, impium per fidem, & gratis iustificari. Cap. VIII.

CVm verò Apostolus dicit iustificari hoīem per fidē, & gratis; ea verba in eo sensu intelligenda sunt, quem perpetuus Ecclesiæ Cath. consensus tenuit, & expressit, vt scilicet per fidē ideo iustificari dicamur, quia fides est humanæ salutis initium, fundamentū, & radix oīs iustificationis; sine qua impossibile est placere Deo, & ad filiorum eius consortium peruenire; gratis autem iustificari ideò dicamur, quia nihil eorum, quæ iustificationē precedunt siue fides, siue opera, ipsam iustificationis gratiam promeretur: si enim gratia est, iam nō ex operibus: alioquin, vt idem Apostolus inquit, gratia iam nō est gratia.

Rom. 5. Heb. 11. Inf. can. 9. Rom. 10. Eph. 2. Tit. 3.

Contra inanem hæreticorum fiduciam. Caput IX.

QVamuis autem necessarium sit credere, neque remitti, neque remissa vmquā fuisse peccata, nisi gratis, diuina misericordia propter

Chri-

Christum: nemini tamen fiduciam, et certitudinem remissionis peccatorum suorum iactanti, et in ea sola quiescenti peccata dimitti, vel dimissa esse; dicendum est, cum apud hæreticos, et schismaticos possit esse, imò nostra tempestate sit, & magna contra ecclesiam catholicam contentione prædicetur vana hęc, & ab omni pietate remota fiducia. Sed neq; illud asserendũ est, oportere eos q verè iustificati sunt, absq; vlla oĩno dubitatione apud semetipsos statuere se esse iustificatos, neminemq. à peccatis absolui, ac iustificari, nisi eum, qui certò credat se absolutum, & iustificatum esse; atque hac sola fide absolutionem, et iustificationem perfici: quasi qui hoc non credit, de Dei promissis, deq. mortis, et resurrectionis Christi efficacia dubitet. Nam sicut nemo pius de Dei misericordia, de Christi merito, deque Sacramentorum virtute, & efficacia dubitare debet: sit quilibet, dum seipsum, suamq. propriam infirmitatem, & indispositionem respicit, de sua gratia formidare & timere potest: cum nullus scire valeat certitudine fidei, cui non potest subesse falsum, se gratiam Dei esse consecutum.

Inf. can. 12. & 13.

Inf. ca. 14. Psal. 83.

De acceptæ iustificationis incremento.

Cap. X.

Psalm. 88. Inf. c. 24. 2. Cor. 4. in fin. Colos. 1. ca. cum sãcta. de penit. di. stin. 2.

SIc ergo iustificati, & amici Dei, ac domestici facti, euntes de virtute in virtutem, renouantur, vt Apostolus inquit, de die in diem, hoc est, mortificando membra carnis suæ, & ex-

exhibendo ea arma iustitiæ in sanctificationem, per obseruationem mandatorum Dei, & Ecclesiæ in ipsa iustitia per Christi gratiā accepta, cooperāte fide, bonis operibus, crescunt atque magis iustificantur, sicut scriptum est; Qui iustus est iustificetur adhuc. Et iterum. Ne uerearis vsque ad mortē iustificari. Et rursus: Videtis, quoniam ex operibus iustificatur homo, et non ex fide tantum. Hoc verò iustitiæ incrementum petit sancta Ecclesia cum orat. Da nobis, Domine fidei, spei, & charitatis augmentum. Apoc. vlt. Eccl.18. Iacob.3.

De obseruatione mandatorum, deq. illius necessitate, & possibilitate. Cap. XI.

NEmo autem, quantumuis iustificatus, liberum se esse ab obseruatione mandatorum putare debet; nemo temeraria illa, & à Patribus sub anathema prohibita voce uti; Dei pcepta homini iustificato ad obseruandum esse impossibilia. Nam Deus impossibilia nō iubet, sed iubēdo monet, & facere ꝙ possis, & petere quod non possis, & adiuuat, vt possis. Cuius mandata grauia non sunt, cuius iugum suaue est, & onus leue. Qui enim sunt filij Dei, Christum diligunt; qui autem diligunt eum, vt ipsemet testatur, seruant sermones eius; quod vtique cum diuino auxilio præstare possunt. Licet enim in hac mortali vita, quantumuis sancti, & iusti in leuia saltem, & quo- 1.Ioan.5. Inf.ca.18. Matt.2. in fin. Io.14. Conc.Aph. c.81.82.88.

Cõc. Mile. c.7.8. &9. *tidiana, quæ etiam venialia dicuntur, peccata, quandoque cadant non propterea desinũt esse iusti. Nam iustorũ illa vox est: & humilis, & verax.* Matt.6. Luc.11. ca. vnũ.25.dis. c.adhuc, & ca. de quotidianis. de pœn.dis. 3. *Dimitte nobis debita nostra. Quo fit, vt iusti ipsi eò magis se obligatos ad ambulandum in via iustitiæ sentire debẽt, quo liberati iã à peccato; serui aũt facti Deo, sobriè, iustè, & piè viuentes proficere possunt per Christum Iesum, per quẽ* Tit.2. *accessum habuerunt in gratiã istã: Deus namque sua gratia semel iustificatos nõ deserit, nisi ab eis* Inf.ca.10. *prius deseratur. Itaq; nemo sibi in sola fide blandiri dẽt putãs fide sola se hæredem esse constitutum, hæreditatemq. consecuturum, ẽt si Christo non compatiatur, vt & conglorificetur. Nam et Christus ipse, vt inquit Apostolus, cum esset filius Dei, didicit ex ijs, q̃ passus est, obedientiam,* Philip. 2. Heb.5. *& consummatus factus est omnibus obtẽperãtibus sibi, cã salutis æternæ. Propterea Apost. ipse* 1. Cor.9. *monet iustificatos, dicens. Nescitis, ꝙ ij, qui in stadio currunt, oẽs quidem currunt, sed vnus accipit brauium? sic currite, vt cõpræhendatis. Ego igitur sic curro, nõ quasi in incertũ: sic pugno non* Ibidem. 2. Pet.1. *quasi aerem verberãs: sed castigo corpus meum, & in seruitutem redigo: ne fortè, cũ alijs prædicauerim, ipse reprobus efficiar. Itẽ princeps Apostolorum Petrus; Satagite, vt per bona opera certam vestram vocationem, & electionem facia-* Inf.ca.21. *tis: hæc.n. facientes, nõ peccabitis aliquando. Vnde constat, eos orthodoxæ religionis doctrinæ ad-*

uersari, qui dicũt, iustũ in omni bono opere saltem venialiter peccare, aut (quod intolerabiliùs est) pœnas æternas mereri, atq; ẽt eos, qui statuunt, in oĩbus operib. iustos peccare, si in illis suã ipsorum socordiã excitando, & sese ad currendum in stadio cohortãdo, cum hoc, vt in primis glorificetur Deus, mercedẽ quoque intuẽtur æternã: cum scriptũ sit, Inclinaui cor meum ad faciẽdas iustificationes tuas pp retributionẽ, & de Moyse dicat Apostolus, ꝙ respiciebat in remuneratione. Inf. ca. 31. Psal. 118. Heb. 11.

Prædestinationis temerariam presumptionem cauendam esse. Cap. XII.

N*Emo quoque, quamdiu in hac mortalitate viuitur, de arcano diuinæ prædestinationis mysterio vsq; adeò præsumere debet, vt certò statuat, se omninò esse in numero prædestinatorum, quasi verum esset, quod iustificatus, aut amplius peccare non possit, aut si peccauerit, certam sibi resipiscentiam promittere debeat. Nam, nisi ex speciali reuelatione sciri non potest, quos Deus sibi elegerit.* Inf. ca. 15. & 6. c. corripiãtur, in fin. 24. q. 3. Prou. 29. Ezech. 18. Galat. 3.

De perseuerantiæ munere. Cap. XIII.

S*Imiliter de perseuerantiæ munere, de quo scriptum est: Qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit: quod quidẽ aliunde haberi non potest, nisi ab eo, qui potest est eum, qui* Mat. 16. 24. c. suggestũ, 7. q. 1. & ca. non reuertebantur. de pœnit. dist. 2. inf. cano. 6. & 22. Ezech. 33.

ſtat, ſtatuere, vt perſeueranter ſtet, & eum, qui cadit, reſtituere: nemo ſibi certi aliquid abſoluta certitudine polliceatur: tametſi in Dei auxilio firmiſſimam ſpē collocare, et reportare omnes debent: Deus enim, niſi ipſi illius gratiæ defuerint, ſicut cœpit opus bonū, ita perficiet, operans velle & perficere. Verumtamē, qui ſe exiſtimāt ſtare, videant ne cadāt; & cū timore, ac tremore ſalutē ſuā operentur in laboribus, in vigilijs, in eleemoſynis, in orationibus, & oblationibus, in ieiunijs, & caſtitate. Formidare.n.dēnt, ſcientes, ꝙ in ſpem gloriæ, & nondū in gloriā renati ſunt, de pugna, q̄ ſupereſt, cū carne, cū mūdo, cum diabolo; in qua victores eſſe nō poſsūt, niſi cū Dei gratia Apoſtolo obtēperēt, dicenti. Debitores ſumus nō carni, vt ſecundùm carnem viuamus: ſi enim ſecundū carnem vixeritis, moriemini; ſi autem ſpiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis.

Philip. 2. 1. Cor. 10. Roman 6.

De lapſis, & eorum reparatione. Caput XIV.

QVi verò ab accepta iuſtificationis gratia per peccatum exciderunt, rurſus iuſtificari poterūt, cū excitante Deo per Pœnitentiæ Sacramentū, meritò Chriſti amiſſam gratia recuperare procurauerint. Hic.n. iuſtificationis modus eſt lapſis reparatio, quam ſecundam poſt naufragium deperditæ gratiæ tabulam, Sancti Patres aptè nuncuparūt. Etenim pro ijs, qui poſt Baptiſmum

Inf. ca. 23. & 10. ca. firmiter. in fin. ext. de sū. Trin. ca. ſecunda poſt naufra. de pœn. diſt. 1.

mum in peccata labuntur, Christus Iesus Sacramentum instituit Pœnitentiæ, cum dixit: Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt. Vnde docendum est, Christiani hominis pœnitentiam post lapsum multò aliam esse à baptismali, eaq. contineri non modò cessationem à peccatis, & eorum detestationem, aut cor cõtritum, & humiliatum, verum etiam eorundem sacramentalem Confessionem, saltem in voto et suo tempore faciendam, & sacerdotalem Absolutionem, itemq. Satisfactione per ieiunia, eleemosynas, orationes, & alia pia spiritualis vitæ exercitia, non quidem pro pœna æterna, quæ vel Sacramento, vel Sacramenti voto vnà cum culpa remittitur, sed pro pœna temporali, quæ, vt sacræ litteræ docent, non tota semper, vt in Baptismo fit, dimittitur illis, qui gratiæ Dei, quam acceperunt, ingrati Spiritum sanctum contristauerũt, & templum Dei violare non sunt veriti. De qua pœnitentia scriptum est. Memor esto vnde excideris; age pœnitentiam, & prima opera fac. Et iterum. Quæ secundùm Deum tristitia est pœnitentiam in salutem stabilem operatur. Et rursus. Pœnitentiam agite, & facite fructus dignos Pœnitentiæ.

Ioan.10. c.vt constitueretur. 50.dis. c.vt euidẽter.1. q.1.cum si. infra Sess. 14. de pœn. c.1.3. & 4. Psalm. 50. c. sacrificiũ.de pœn. dist.1.

Eph.4. 1.Cor.3.

Apoc.2. ca. quia sanctus.50.dist. & c.miror. dist.1. 2.Cor.7. Matt.3. & 4. Luc.3.

Quolibet mortali peccato amitti gratiam, sed non fidem. Cap. XV.

Inf. ca. 15. Rom. 16.

ADuersus etiam hominum quorūdam callida ingenia, qui per dulces sermones, et benedictiones seducūt corda innocentium, asserendum est, non modò infidelitate, per quam & ipsa fides amittitur, sed etiam quocūque alio mortali peccato, quamuis non amittatur fides, acceptam iustificationis gratiā amitti, diuinæ legis doctrinam defendendo, quæ à regno Dei non solùm infideles excludit, sed, & fideles quoque fornicarios, adulteros, molles, masculorum cōcubitores, fures, auaros, ebriosos, maledicos, rapaces, cæterosque omnes, qui lætalia committunt peccata, à quibus cum diuinæ gratiæ adiumento abstinere possunt, & pro quibus à Christi gratia separātur.

1. Tim. 1.

De fructu iustificationis, hoc est, de merito bonorum operum, deque ipsius meriti ratione. Cap. XVI.

1. Cor. 15. in fine.

HAc igitur ratione iustificatis hominibus, siue acceptam gratiam perpetuò conseruauerint, siue amissam recuperauerint, proponenda sunt Apostoli verba: Abundante in omni opere bono: scientes, quòd labor vester non est inanis in Domino. Non enim iniustus est Deus, vt obliuiscatur operibus vestris, et dilectionis quam ostēdistis in nomine ipsius. Et, Nolite amittere confidentiam vestram, quæ magnam habet remune-

ratio-

rationem. Atque ideò bene operātibus vsque in finem, & in Deo sperantibus proponenda est vita æterna, & tanquā gratia filijs Dei per Christum Iesum misericorditer promissa: & tanquam merces, ex ipsius Dei promissione bonis ipsorum operibus, & meritis fideliter reddenda. Hæc est enim illa corona iustitiæ, quam post suum certamen, & cursum, repositam sibi esse, aiebat Apostolus, à iusto iudice sibi reddendam: non solùm autem sibi, sed et omnibus, qui diligunt aduētum eius. Cum enim ille ipse Christus Iesus, tanquam caput in membra, & tanquam uitis in palmites, in ipsos iustificatos iugiter virtutem influat: quæ virtus bona, eorum opera semper antecedit, & comitatur, & subsequitur, & sine qua nullo pacto Deo grata, & meritoria esse possent; nihil ipsis iustificatis amplius deesse credendum est, quo minus plenè illis quidem operibus, quæ in Deo sunt facta, & diuinæ legi pro huius vitæ statu satisfecisse, & vitam æternam suo etiam tempore (si tamen gratia decesserint) consequendam, verè promeruisse censeantur. cum Christus Saluator noster dicat: Si quis biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum: sed fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. Ita neque propria nostra iustitia, tanquam ex nobis propria statuitur, neque ignoratur, aut repudiatur, iustitia Dei; quæ enim iustitia nostra dicitur, quia per eam nobis inhærentem iustifica-

Hebr. 6. cũ nō est tam iniustus. de pœn. dis. 2. Heb. 10. in fi. inf. can. 26.

1. Tim. 4.

Ioan. 15. 1. Cor. 11. & Aug. super Hom. Ioan. 15.

Ioan. 4.

mur, illa eadem Dei eſt, quia à Deo nobis infunditur per Chriſti meritum. Neque verò illud omittēdum eſt, quòd licèt bonis operibus in ſacris litteris vſque adeò tribuatur, vt etiam qui vni ex minimis ſuis potum aquæ frigidæ dederit, promittat Chriſtus, eum nō eſſe ſua mercede cariturum; & Apoſtolus teſtetur, id quod in præſenti eſt momentaneum, & leue tribulationis noſtræ, ſupra modum in ſublimitate æternū gloriæ pondus operari in nobis: abſit tamen, vt Chriſtianus homo in ſe ipſo vel cōfidat, vel glorietur, & non in Domino, cuius tanta eſt erga omnes homines bonitas, vt eorum velit eſſe merita, quæ ſunt ipſius dona. Et quia in multis offendimus omnes, vnuſquiſque ſicut miſericordiam, & bonitatem, ita ſeueritatem, & iudicium ante oculos habere debet, neque ſeipſum aliquis, etiāſi nihil ſibi conſcius fuerit, iudicare, quoniam omnis hominum vita non humano iudicio examinanda, & iudicanda eſt, ſed Dei; qui illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium, & tunc laus erit vnicuique à Deo; qui vt ſcriptum eſt, reddet vnicuique ſecundùm opera ſua. Poſt hanc catholicam de iuſtificatione doctrinam, quam niſi quiſquam fideliter, firmiterq. receperit, iuſtificari non poterit: placuit ſanctæ Synodo hos Canones ſubiungere, vt omnes ſciant, non ſolùm quid tenere, & ſequi, ſed etiam quid vitare, & fugere debeant.

Matt. 10. in fin. & Mar. 9. circa fin.
2. Cor. 4.
1. Cor. 4. in fin.
2. Cor. in fi.
Gal. 6.
Ierem. 6.
Iac. 3.
1. Cor. 4.
Matt. 16.

DE IVSTIFICATIONE.

CANON I.

SI quis dixerit, hominem suis operib. quæ vel per humanæ naturæ vires, vel per legis doctrinam fiant, absque diuina per Iesum Christum gratia posse iustificari coram Deo: anathema sit. Sup.ca.1.& Rom.3. 1.Cor.10.

CANON II.

Si quis dixerit, ad hoc solum diuinã gratiam per Christum Iesum dari, vt faciliùs homo iustè viuere, ac vitam æternam promereri possit, quasi per liberum arbitrium sine gratia vtrumque, sed ægre tamen, & difficulter possit: anathema sit. Conc. Mileuit.c.5.Cõcil. Aph. c. 80 & c.vlt. de cõs. dis. 4.infr. can. 4.

CANON III.

Si quis dixerit, sine præueniente Spiritus sancti inspiratione, atque eius adiutorio hominem credere, sperare, diligere, aut pœnitere posse, sicut oportet, vt ei iustificationis gratia conferatur: anathema sit. Sup.c.5. Rom.5.

CANON IV.

Si quis dixerit, liberum hominis arbitrium, à Deo motum, & excitatum nihil cooperari, assentiendo Deo excitanti, atque vocanti, quò ad obtinendam iustificationis gratiam se disponat, ac præparet, neque posse dissentire, si velit, sed veluti inanime quoddam nihil omninò agere, mereq. passiuè se habere: anathema sit. Supra can. 2. & c.5.

CANON V.

Si quis liberum hominis arbitrium post Adæ peccatum amissum, & extinctum esse dixerit, aut

aut rem esse de solo titulo, imò titulum sine re; figmentum denique à Satana inuectum in Ecclesiam: anathema sit.

CANON VI.

Ioan. 1. Cō. Arauſic. circa fi. Si quis dixerit, non esse in potestate hominis, vias suas malas facere, sed mala opera, ita vt bona Deum operari, non permissiuè solùm, sed etiam propriè & per se, adeò vt sit proprium eius opus non minus proditio Iudæ, quàm vocatio Pauli: anathema sit.

CANON VII.

Psal. 17. Luc. 11. & Mat. 4. in fi. Si quis dixerit, opera omnia, quæ ante iustificationem fiũt, quacunque ratione facta sint, verè esse peccata, vel odium Dei mereri, aut quantò vehementiùs, quis nititur se disponere ad gratiam, tantò eum grauiùs peccare: anathema sit.

CANON VIII.

Sup. c. 7. & 8. Si quis dixerit, gehennæ metum, per quem ad misericordiam Dei de peccatis dolendo confugimus, vel à peccando abstinemus peccatum esse, aut peccatores peiores facere: anathema sit.

CANON IX.

Si quis dixerit, sola fide impiũ iustificari, ita vt intelligat, nihil aliud requiri, quod ad iustificationis gratiam consequendam cooperetur, & nulla ex parte necesse esse, eum suæ voluntatis motu præparari, atque disponi: anathema sit.

CANON X.

Si quis dixerit, hoĩes sine Christi iustitia, per quam

quam nobis meruit, iustificari, aut per eam ipsam formaliter iustos esse: anathema sit. Gal. 2 & 3. Eph. 1. & 4.

CANON XI.

Si quis dixerit, homines iustificari, vel sola imputatione iustitiæ Christi, vel sola peccatorũ remissione, exclusa gratia, et charitate, quæ in cordibus eorum per Spiritum sanctum diffundatur, atque illis inhæreat: aut etiam gratiam, qua iustificamur, esse tãtum fauorẽ Dei: anathema sit. Sup. c. 8.

CANON XII.

Si quis dixerit, fidem iustificantem nihil aliud esse, quam fiduciam diuinæ misericordiæ peccata remittentis propter Christum, vel eam fiduciam solam esse, qua iustificamur: anathema sit. Sup. c. 9.

CANON XIII.

Si quis dixerit, omni homini ad remissionem peccatorum assequendam necessarium esse, vt credat certò, & absque vlla hæsitatione propriæ infirmitatis, & dispositionis peccata sibi esse remissa: anathema sit. Sup. c. 10.

CANON XIV.

Si quis dixerit, hominem à peccatis absolui, ac iustificari ex eo, quòd se absolui, ac iustificari certò credat, aut neminem verè esse iustificatum, nisi qui credat se esse iustificatum, & hac sola fide absolutionem, & iustificationem perfici: anathema sit. Sup. ca. 9.

CANON XV.

Si quis dixerit, hominem renatum, & iustifi- Sup. ca. 12.

catum

catum teneri ex fide ad credendum, se certò esse in numero prędestinatorum: anathema sit.

CANON XVI.

Sup. c. 12. & 13. Gal. 3. Ezec. 18. Prouer. 26. *Si quis magnum illud vsque in finem perseuerantiæ donum se certò habiturum absoluta, & infallibili certitudine dixerit, nisi hoc speciali reuelatione didicerit: anathema sit.*

CANON XVII.

Sup. c. 21. 2. Ioan. 3. Rom. 11. *Si quis iustificationis gratiam, non nisi prædestinatis ad vitam cõtingere dixerit, reliquos verò omnes, qui vocantur, vocari quidem, sed gratiam non accipere, vtpotè diuina potestate prædestinatos ad malum: anathema sit.*

CANON XVIII.

Si quis dixerit, Dei præcepta homini, etiam iustificato, & sub gratia constituto, esse ad obseruandum impossibilia: anathema sit.

CANON XIX.

Si quis dixerit, nihil præceptum esse in Euangelio præter fidē, cætera esse indifferentia, neque pręcepta, neq; prohibita, sed libera; aut decē pręcepta nihil ptinere ad Christianos: anathema sit.

CANON XX.

Sup. c. 11. *Si quis hominem iustificatum, & quantumlibet perfectū dixerit non teneri ad obseruantiam mandatorum Dei & Ecclesię, sed tãtum ad credendum, quasi verò Euangelium sit nuda, & absoluta promissio vitę æternæ sine conditione obseruationis mandatorum: anathema sit.*

CA-

CANON XXI.

Si quis dixerit, Christum Iesum à Deo hominibus datum fuisse, vt redemptorem, cui fidant, non ẽt vt Legislatorẽ, cui obediãt: anathema sit.

CANON XXII.

Si quis dixerit, iustificatum, vel sine speciali auxilio Dei in accepta iustitia perseuerare posse, vel cum eo non posse: anathema sit. Sup. c.15.

CANON XXIII.

Si quis hominẽ semel iustificatum dixerit, amplius peccare non posse, neque gratiam amittere; atque ideò eum qui labitur, & peccat, nunquam verè fuisse iustificatum; aut contra, posse in tota vita peccata omnia etiam venialia vitare; nisi ex speciali Dei priuilegio, quemadmodum de Beata Virgine tenet Ecclesia: anathema sit. Sup. c.14.

CANON XXIV.

Si quis dixerit, iustitiã acceptã non cõseruari, atq; ẽt nõ augeri corã Deo ꝑ bona opera, sed opera ipsa fructus solũ modò, et signa esse iustificationis adeptę; nõ aũt ipsius augẽdę causã: anath. sit. Sup. c.10.

CANON XXV.

Si quis in quolibet bono opere iustum saltem venialiter peccare dixerit, aut (ꝙ intolerabiliùs est) mortaliter, atque ideò pœnas ęternas mereri; tantũq. ob id non damnari, quia Deus ea opera non imputet ad damnationem: anathema sit. Sup. c.11. in fin.

CANON XXVI.

Si quis dixerit, iustos, nõ debere pro bonis operibus Sup. c.16.

ribus, quę in Deo fuerint facta, expectare, et sperare æternã retributionem à Deo per eius misericordiam, et Iesu Christi meritum, si bene agendo, & diuina mandata custodiendo vsque in finem perseuerauerit: anathema sit.

Mat. 19. & 24.

CANON XXVII.

Sup. c. 15.

Si quis dixerit, nullum esse mortale peccatũ, nisi infidelitatis: aut nullo alio, quantũuis graui, & enormi, præterquam infidelitatis peccato, semel acceptam gratiam amitti: anathema sit.

CANON XXVIII.

Sup. c. 14.

Si quis dixerit, amissa p peccatũ gratia simul & fidẽ sẽper amitti, aut fidẽ, q̃ remanet, non esse verã fidẽ, licet nõ sit viua; aut eum, qui fidẽ sine charitate habet, nõ esse Christianũ: anathema sit.

CANON XXIX.

Inf. Sess. 14. cano. 15. de pœn.

Si quis dixerit, eum, qui post Baptismũ lapsus est, non posse per Dei gratiam resurgere: aut posse quidem, sed sola fide amissam iustitiam recuperare sine Sacramento Pœnitentiæ, prout sancta Romana, & vniuersalis Ecclesia, à Christo Domino, & eius Apostolis edocta, hucusque professa est seruauit, & docuit: anathema sit.

CANON XXX.

Inf. Sess. 25. in princ.

Si quis post acceptam iustificationis gratiam cuilibet peccatori pœnitenti ita culpã remitti, & reatum æternę pœnæ deleri dixerit, vt nullus remaneat reatus pœnæ temporalis exoluendæ, vel in hoc sæculo, vel in futuro in Purgatorio, antequam

quam ad regna cęlorum aditus patere possit; anathema sit. Sup. ca. 11. in fine.

CANON XXXI.

Si quis dixerit, iustificatum peccare, dum intuitu æternæ mercedis benè operatur: anath. sit.

CANON XXXII.

Si quis dixerit, hominis iustificati bona opera ita esse dona Dei, vt nō sint etiam bona ipsius iustificati merita, aut ipsum iustificatum bonis operibus, quæ ab eo per Dei gratiam, & Iesu Christi meritum, cuius viuum membrum est, fiunt, non verè mereri augmētum gratiæ, vitam æternam, & ipsius vitæ æternæ (si tamen in gratia decesserit) consecutionem, atque etiam gloriæ augmentum: anathema sit.

CANON XXXIII.

Si quis dixerit, per hanc doctrinam catholicā de iusticatione à S. Synodo hoc præsenti decreto expressam, aliqua ex parte gloriæ Dei, vel meritis Iesu Christi D. N. derogari, & nō potius, veritatem fidei nostræ, Dei denique, ac Christi Iesu gloriam illustrari: anathema sit.

Decretum de reformatione. Cap. I.

EAdem sacrosancta Synodus, eisdem Præsidētibus, & Apostolicæ Sedis Legatis, ad restituendam collapsam admodum Ecclesiasticam disciplinam, deprauatosq. in Clero, & populo

Chri-

Christiano mores emendandos se accingere volẽs, ab ijs, qui maiorib. ecclesijs præsunt, initium censuit esse sumendũ. Integritas.n. præsidentium salus est subditorum. Confidens itaq; per Dñi, ac Dei nostri misericordiã, prouidamq. ipsius Dei in terris Vicarij solertiã oĩno futurum, vt ad ecclesiarum regimen (onus quippè angelicis humeris formidandũ) qui maximè digni fuerint, quorũq. prior vita, ac oĩs ætas, à puerilib. exordijs vsque ad perfectiores annos per disciplinæ stipendia ecclesiasticæ laudabiliter acta testimoniũ præbeat, secundùm venerabiles beatorum Patrum sanctiones assumãtur: omnes Patriarchalibus, Primatialibus, Metropolitanis, & Cathedralibus ecclesijs, quibuscũq; quouis nomine, ac titulo præfectos monet, ac monitos esse vult, vt attẽdẽtes sibi, & vniuerso gregi, et in quo Spiritus sanctus posuit eos regere Ecclesiã Dei, quã acquisiuit sanguine suo, vigilent, sicut Apostolus præcipit, in oĩbus laborent, & ministeriũ suum impleãt; implere autem illud se nequaquam posse sciant, si greges sibi commissos mercenariorum more deserant, atque ouium suarũ, quarum sanguis de eorum est manibus à supremo Iudice requirẽdus custodiæ minimè incumbant; cum certissimum sit, non admitti pastoris excusationem, si lupus oues comedit, & pastor nescit. Ac nihilominus, quia nonnulli (quod vehemẽter dolendũ est) hoc tempore reperiũtur, qui propriè etiam salutis immemores,

c. inter corporalia. extra de trãslat. Episc.

ca. in sacerdotib. & c. Episcopũ. 61. dis. c. 6. 59. dist. & inf. Ses. 24. de ref. c. 1.

Act. 20. 2. Timot. 4. Ioã. 10. ca. sit rector. 43. d. c. aduersitas. 17. q. 1. nisi. de renunc.

Ezech. 3. Acto. 10. c. Ephesijs. 41. dist. c. 1. 13. q. 1. & inf. Ses. 24. ca. 1. in fin. de reform.

mores, terrenaq. cœlestibus, ac diuinis humana præferẽtes, in diuersis curijs vagãtur, aut in negotiorũ tẽporaliũ sollicitudine, ouili derelicto, atque ouium sibi commissarũ cura neglecta, se detinẽt occupatos: placuit sacrosanctæ Synodo, antiquos Canones, q tẽporũ, atque hoĩum iniuria penè in desuetudinẽ abierũt, aduersus nõ residentes promulgatos innouare: quemadmodum virtute præsentis decreti innouat, ac vlterius pro firmiori eorundẽ residentia, & reformandi in Ecclesia morib. in hũc qui sequitur, modũ statuere, atque sancire. Si quis à Patriarchali, Primatiali, Metropolitana, seu Cathedrali Ecclesia, sibi quocũq; titulo, causa, noĩe, seu iure commissa, quacunque illa dignitate, gradu, & præeminẽtia præfulgeat legitimo impedimento, seu iustis, & rationabilibus causis cessantibus, sex mensib. continuis extra suã diœcesim morando absfuerit: quartæ partis fructuũ vnius anni, fabricæ Ecclesiæ, & pauperib. loci per Superiorẽ Ecclesiasticũ applicandorũ, pœnã ipso iure incurrat. Qđ si per alios sex mẽses in hmõi absẽtia perseuerauerit, aliã quartã partẽ fructuũ, similiter applicandã eo ipso amittat. Crescente verò cõtumacia, vt seueriori sacrorum Canonum censuræ subijciatur, Metropolitanus suffraganeos Episcopos absentes, Metropolitanum verò absentẽ suffraganeus Episcopus antiquior residẽs, sub pœna interdicti ingressus Ecclesiæ eo ipso incurrẽda, infra tres mẽses per litteras,

c. peruenit. cum multis seq. c 7. q. 1. đ cler. non resid. per totũ, & c. cũ ex eo. de elec. in 6.

c. ex tua. de cle. nõ resi. c. quoniã, §. porrò, vt lit. nõ contest.

Inf. Ses. 23. de ref. ca. 1. & 2. Ses. 24. ca. 12. de refor. & Sess. 22. ca. 3. de reform.

teras, seu nuncium Romano Pontifici denũciare teneatur, qui in ipsos absẽtes, prout cuiusque maior, aut minor contumacia exegerit, suæ supremæ Sedis auctoritate animaduertere, et Ecclesijs ipsis de Pastoribus vtilioribus prouidere poterit, sicut in domino nouerit salubriter expedire.

c. ex parte. de cler. non resid.

Caput II.

c. si. de resi. in 6.

EPiscopis inferiores, quæuis beneficia Ecclesiastica, personalem residentiam de iure, siue consuetudine exigentia, in titulũ, siue cõmendam obtinentes, ab eorum Ordinarijs, quemadmodum eis pro bono ecclesiarum regimine, et diuini cultus augmento, locorum, & personarum qualitate pẽsata, expediens videbitur, opportunis iuris remedijs residere cogantur, nulliq. priuilegia, seu indulta perpetua de nõ residendo, aut de fructib. in absentia percipiendis, suffragẽtur. Indulgentijs verò, & dispẽsationib. temporalibus ex veris, et rationabilib. causis tantum cõcessis, & coram Ordinario legitimè probandis, in suo robore permãsuris; quib. casib. nihilominus officium sit Episcoporũ, tanquã in hac parte à Sede Apostolica delegatorum prouidere, vt per deputationẽ idoneorum Vicariorum, & congruæ portionis fructuum assignationem, cura animarum nullatenus negligatur; nemini, quoad hoc, priuilegio, seu exemptione quacunque suffragante.

c. cũ ex eo. de elect. in 6. c. beneficium, de regu. eo. lib. & inf. Sess. 7. c. 5. & 1. de ref. c. 1.

Cap.

Cap. III.

ECclesiarum Prælati ad corrigendum subditorum excessus prudenter, ut diligenter intendant; & nemo sæcularis Clericus, cuiusuis personalis, vel regularis, extra monasterium degens, etiam sui ordinis priuilegijs prætextu tutus cēseatur, quominus, si deliquerit, ab Ordinario loci, tanquam super hoc à Sede Apostolica delegato, secundum canonicas sanctiones visitari, puniri, & corrigi valeat.

c. qualiter, & quando. il 2. de accus.

Inf. Ses. 14. de ref. ca. 1. & 4. & Ses. fi. ca. 14. de reg.

Cap. IV.

CApitula Cathedralium, & aliarum maiorum ecclesiarum, illorumq. personæ, nullis exemptionibus, consuetudinibus, sentētijs, iuramentis, concordijs, quæ tantum suos obligent auctores, nō etiam successores, tueri se possint, quominus à suis Episcopis, & alijs maiorib. Prælatis per seipsos solos, vel illis, quibus sibi videbitur, adiunctis iuxta canonicas sanctiones, toties, quoties opus fueris, visitari, corrigi, & emendari etiam auctoritate Apostolica, possint, & valeāt.

Inf. Ses. vlt. de ref. ca. 6.

Caput V.

NVlli Episcopo liceat, cuiusuis priuilegij prætextu, Pōtificalia in alterius diœcesi exercere, nisi de Ordinarij loci expressa licentia, & in personas eidem Ordinario subiectas tantùm; si secus factum fuerit, Episcopus ab exercitio

Inf. Ses. 14. c. 2. de ref. c. omnia vtriusque. de pęnit. & remis. cap. sacerdos, de pęn. dist. 6.

Pontificalium, & sic ordinati ab executione Ordinum, sint ipso iure suspensi.

ca. placuit cum seq. 7. q. 1. Conc. Carth. in 3. c. 20. Conc. Aur. 3. cap. 15. & inf. Sess. 14. de ref. cap. 2. & 3.

Indictio futuræ Sessionis.


PLacetne vobis, proximam futurã Sessionem celebrari die Iouis feria quinta post primam Dominicam subsequẽtis Quadragesimæ, quæ erit die tertia mensis Martij? Respõderunt, Placet.

SESSIO VII.

Celebrata Die III. mensis Martij. M. D. XLVII.

Decretum de Sacramentis.

Prooemium.



D consummationẽ salutaris de iustificatione doctrinæ, quæ in præcedenti proxima Sessione vno omniũ Patrum consensu promulgata fuit, consentaneum visum est de sanctissimis Ecclesiæ Sacramentis agere, per quæ omnis vera iustitia, vel incipit, vel cœpta augetur, vel amissa reparatur. propterea sacrosancta œcumenica, & generalis Trident. Synodus, in Spiritu sancto legitimè congregata, præsidentibus in ea eisdem Apostol. Sedis Legatis, ad errores eliminandos,

&

& extirpandas hæreses, quæ circa sanctissima ipsa Sacramenta hac nostra tempestate, tum de damnatis olim à Patribus nostris hæresibus suscitatæ, tum etiã de nouo adinuentæ sunt, quæ Catholicæ Ecclesiæ puritati, & animarum saluti magnopere officiũt: sanctarum Scripturarum doctrinæ, Apostolicis traditionibus, atque aliorum Conciliorum, & Patrum consensu inhærẽdo, hoc præsentes canones statuẽdos, & decernẽdos censuit: reliquos, qui supersunt ad cępti operis perfectionẽ, deinceps, diuino spiritu adiuuãte editura.

De SACRAMENTIS.

CANON I.

SI quis dixerit, Sacramẽta nouę legis nõ fuisse omnia à Iesu Christo, Domino nostro instituta, aut esse plura, vel pauciora quàm septem, videlicet, Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Pœnitentiam, Extremam Vnctionem, Ordinem, & Matrimonium, aut etiam aliquod horum septem non esse verè, & propriè Sacramentum: anathema sit. c. ad abolendam. de hær.

CANON II.

Si quis dixerit, ea ipsa nouæ legis Sacramenta à Sacramentis antiquæ legis non differre, nisi quia cærimoniæ sunt aliæ, & alij ritus externi: anathema sit.

CANON III.

Si quis dixerit, hæc septem Sacramenta ita ca. nihil. de consecr.

dist.2.cum sim. *esse inter se paria, ut nulla ratione aliud sit alio dignius: anathema sit.*

CANON IV.

Sup. Sess.6. de iust. ca. 7. & can.5. *Si quis dixerit, Sacramenta nouę legis non esse ad salutem necessaria, sed superflua, et sine eis, aut eorum voto, per solam fidem homines à Deo gratiam iustificationis adipisci, licet omnia singulis necessaria non sint: anathema sit.*

CANON V.

Si quis dixerit, hęc Sacramēta propter solam fidem nutriendam instituta fuisse: ananhema sit.

CANON VI.

Conc. Flor. sub Eug. IV. ver. hoc docet eccles. *Si quis dixerit, Sacramenta nouę legis non cōtinere gratiam, quam significant; aut gratiam ipsam, non ponentibus obicem, nō conferre, quasi signa tātum externa sint accepta per fidem gratię, vel iustitię, & notę quędam Chbristianę professionis, quibus apud homines discernuntur fideles ab infidelibus: anathema sit.*

CANON VII.

Si quis dixerit, nō dari gratiam per huiusmodi Sacramenta semper, & omnibus, quantum est ex parte Dei, etiam si ritè ea suscipiant, sed aliquando, & aliquibus: anathema sit.

CANON VIII.

Sup. Sess.5. de pe. orig. Cathec. 6. & 9. *Si quis dixerit, per ipsa nouę legis Sacramenta ex opere operato non conferri gratiam, sed solam fidem diuinę promissionis ad gratiam consequendam sufficere: anathema sit.*

CA-

CANON IX.

Si quis dixerit, in tribus Sacramentis, Baptismo scilicet, Confirmatione, et Ordine, non imprimi Characterem in anima, hoc est signum quoddam spirituale, & indelebile; unde ea iterari non possint: anathema sit.

c. consultationi. de tẽpor. ord. & c. displicet. 23. q. 4. & c. licitè. 32. q. 7. c. quo ante med. de consecr. dist. 4. Inf. Sess. 14. de pœn. c. 6.

CANON X.

Si quis dixerit, Christianos omnes in verbo, & omnibus Sacramentis administrandis habere potestatem: anathema sit.

CANON XI.

Si quis dixerit, in ministris dum Sacramenta conficiunt, & conferunt; non requiri intentionem saltem faciendi, quòd facit Ecclesia: anathema sit.

CANON XII.

Si quis dixerit, ministrum in peccato mortali existentem, modò omnia essentialia, quæ ad Sacramentum conficiendum, aut conferendum pertinent, seruauerit, non conficere, aut conferre Sacramentum: anathema sit.

c. multæ. c. remissionẽ. ca. Christus cum plur. seq. 1. q. 1. & vlt. 15. q. vlt. c. ad abolendam. de hæret. inf. sess. 22. de obser. in celeb. miss. c. omnes. d. 22. c. quis nesciat. 11. dist. cũ præce. & c. non decet, cùm mult. seq. dist. 12. c. alienus. & c. quia, 24. q. 1.

CANON XIII.

Si quis dixerit, receptos, & approbatos Ecclesiæ Catholicæ ritus, in solemni Sacramentorum administratione adhiberi consuetos, aut contemni, aut sine peccato à ministris pro libito omitti, aut in nouos alios per quemcunque Ecclesiarum Pastorem mutari posse: anathema sit.

DE BAPTISMO.

CANON I.

ca aliud. & c. non regenerabatur. de cons. d. 4. ca. pen. de baptis. Io. 3. c. filii & ca. non dubito. de consec. dis. 4.

SI quis dixerit, Baptismũ Ioãnis habuisse eandem vim cũ Baptismo Christi: anathema sit.

CANON II.

Si quis dixerit, aquam veram, & naturalem non esse de necessitate Baptismi; atque ideò uerba illa Domini nostri Iesu Christi: Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, ad metaphoram aliquam detorserit: anathema sit.

CANON III.

c. nõ decet. 12. d. ca. ad abolẽdam. de hær. cap. 1. de sum. Trin. ca. 1. eo. tit. in 6. Conc. Flor. de vnion. Ar. c. 5. ca. dictũ, §. ꝑ verò cũ 2. c. seq. 1. q. 1. c. Roman⁹. cũ seq. & c. siue hæreti. de cons. d. 4. ca. nulla. præter de cons. dis. 4. Io. 3. ca. maiores. de bapt.

Si quis dixerit, in Ecclesia Rom. quæ omnium ecclesiarũ mater est, & magistra, non esse veram de Baptismi Sacramento doctrinã: anathema sit.

CANON IV.

Si quis dixerit, Baptismũ, qui etiam datur ab hæreticis in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, cũ intentione faciendi, quod facit Ecclesia, non esse verum Baptismum: anathema sit.

CANON V.

Si quis dixerit, Baptismum liberum esse; hoc est, non necessarium ad salutem: anathema sit.

CANON VI.

Si quis dixerit, Baptizatum non posse, etiam si velit, gratiam amittere, quantumcunque peccet, nisi nolit credere; anathema sit.

CANON VII.

Si quis dixerit, baptizatos per Baptismum ipsum solius tantum fidei debitores fieri, nõ autem

vni-

vniuersæ legis Christi seruandæ: anathema sit.

CANON VIII.

Si quis dixerit, baptizatos liberos esse ab omnibus sanctæ Ecclesiæ præceptis, quæ vel scripta, vel tradita sunt, ita vt ea obseruare non teneantur, nisi se sua sponte illius submittere voluerint: anathema sit.

CANON IX.

Si quis dixerit, ita reuocandos esse homines ad Baptismi suscepti memoriam, ut vota omnia, quæ post Baptismum fiunt, vi promissionis in Baptismo ipso iam factæ, irrita esse intelligāt, quasi per ea, & fidei quam professi sunt, detrahatur, & ipsi Baptismo: anathema sit.

CANON X.

Si quis dixerit, peccata omnia, quæ post Baptismum fiunt sola recordatione, & fide suscepti Baptismi, vel dimitti, vel venialia fieri: anathe. sit.

CANON XI.

Si quis dixerit, uerū, & ritè collatū Baptismū iterandū esse illi, q apud infideles fidē Christi negauerit, cū ad pœnitētiā cōuertitur: anathe. sit.

CANON XII.

Si quis dixerit, neminem esse baptizandum, nisi ea ætate qua Christus baptizatus est, vel in ipso mortis articulo: anathema sit.

CANON XIII.

Si quis dixerit, paruulos, eo quòd actū credendi nō habēt, suscepto baptismo inter fideles computan-

c. qđ quidam, 1. q. 1. & c. fi. extr. de Sacr. nō itera. ca. hi. de quib. c. rebapt za re. & c. cū ita. de cōs. dist. 4. & ca. dictum est. de consecr. dist. 5. c. fin. de bapt. & toto tit. de Sac. nō itera. ca. 1. ad fi de sum. Tri. & Cle. vni. § fi. eo. tit. c. maiores. de hæ. sup. Sess. 5. de pec. origin.

putandos non esse, ac propterea, cum ad annos discretionis peruenerint, esse rebaptizandos; aut præstare omitti eorum Baptisma, quam eos non actu proprio credentes baptizari in sola fide Ecclesiæ: anathema sit.

Sup. Sess. 5. de pec. orig. in me.

CANON XIV.

Si quis dixerit, huiusmodi paruulos baptizatos, cũ adoleuerint, interrogãdos esse, an ratum habere velint, quod Patrini eorum nomine, dum baptizarentur, polliciti sunt; & vbi se nolle responderint, suo esse arbitrio relinquendos, nec alia interim pœna ad Christianam vitam cogendos, nisi vt ab Eucharistiæ, aliorumque Sacramentorum perceptione arceantur, donec resipiscant: anathema sit.

DE CONFIRMATIONE.

CANON I.

SI quis dixerit, Cõfirmationem baptizatorum otiosam cæremoniam esse & non potiùs verum, & proprium Sacramentum, aut olim nihil aliud fuisse, quam Cathechesim quandam, qua adolescentiæ proximi fidei suæ rationem coram Ecclesia exponebant: anathema sit.

c. nullus ministrorũ. de consec. d. 4. c. 1. cũ seq. de consecr. dist. 5. c. manus de cõs. dist. 5. Conc. Tol. 1. c. 10. Conc. Car. 2. ca. 3. Conc. Brac. ca. 37. c. omni tempore. de cons. dist. 4. c. si iubet, 26. q. 6. c. quãto. de consuetud.

CANON II.

Si quis dixerit, iniurios esse Spiritui sancto eos qui sacro Confirmationis chrismati virtutem aliquam tribuunt: anathema sit.

CANON III.

Si quis dixerit, sanctæ Confirmationis Ordinarium

rium ministrum non esse solum Episcopum, sed quemuis simplicem sacerdotem: anathema sit. Inf. Sess. 23. c. 4. de sacr. ord.

Decretum de reformatione.

EAdem sacrosancta Synodus, eisdem præsidentibus, & legatis, inceptũ residentiæ, & reformationis negotiũ ad Dei laudem, & Christianæ religionis incrementum prosequi intendens, vt sequitur, statuendum censuit, salua semper in omnibus Sedis Apostolicæ auctoritate. Sup. Sess. 6. c. 2. de ref. & inf. Sess. 23. c. 1. Inf. Sess. vlt. de refor. c. 21.

Caput I.

AD Cathedralium ecclesiarum regimẽ nullus nisi ex legitimo matrimonio natus, et ætate matura, grauitate morum, litterarumq. scientia, iuxta constitutionem Alexandri III. quæ incipit; Cum in cunctis, in Concilio Lateranensi promulgatam, præditus assumatur. Inf. Sess. 22. c. 2. & Sess. 24. c. 1. de ref. c. cum in cunctis. de elect.

Caput II.

NEmo, quacumque etiam dignitate, gradu, aut præeminentia præfulgens, plures Metropolitanas, seu cathedrales Ecclesias, in titulum, siue commẽdã, aut alio quouis nomine, contra sacrorum Canonum instituta recipere, & simul retinere præsumat: cum valdè felix sit ille censendus, cui vnam Ecclesiam benè, ac fructuosè, & cum animarum sibi commissarum salute, regere cõtigerit. Qui autem plures ecclesias contra præsentis decreti tenorẽ nunc detinent, vna, d. c. cum in cunctis, §. cum verò, c. sicut, de excess. prælat. Cõc. Chalced. c. 10. c. 1. & 2. & 21. q. 1. c. Sanctorum 70. dist. c. vnio. 10. q. 3. c. quia in quantum. c. ad hæc & c. de multa. de præb.

quam

quam maluerint, retenta, reliquas infra sex menses, si ad liberam Sedis Apostolicæ dispositionem pertineant, aliàs infra annum dimittere teneantur: alioquin ecclesiæ ipsæ, ultima obtenta duntaxat excepta, eo ipso vacare censeantur.

quia nõnul li. de mag. c. cum singul. de præben. in 6. Cl. gratiæ, de ref. ca. execrabilis. §. qui verò. in extrauag. cõ. de præb. & inf. Ses. 24. ca. 17. de reformat. Clem. quia regulares, de suppl. negl. prælat. c. quia nõnulli. de cl. non resi. c. licet canon, de elect. i 6. c. graue nimis. de præbend.

Cap. III.

INferiora beneficia ecclesiastica, præsertim curam animarum habentia, personis dignis, & habilib. et quæ in loco residere, ac per se ipsos curam ipsam exercere valeant, iuxta constitutionem Alexan. III. in Lateranensi, quę incip. Quia nonnulli, & aliam Gregorij X. in generalis Lugdunensi Concilio, quæ incip. Licet canon, editam, conferantur: aliter autem facta collatio, siue prouisio, omninò irritetur: & Ordinarius collator pęnas constitutionis Concilij generalis, quę incipit; Graue nimis, se nouerit incursurum.

Caput IV.

Sup. c. 2. ca. demissa. de præben.

QVicumque de cætero plura curata, aut aliàs incompatibilia beneficia ecclesiastica, siue per viam unionis ad vitam, seu commendæ perpetuæ, aut alio quocũque nomine, & titulo, contra formam sacrorum canonũ, & præsertim constitutionis Innocentij III. quæ incipit; De multa, recipere, ac simul retinere præsumpserit: beneficijs ipsis, iuxta ipsius constitutionis dispositionem, ipso iure, etiam præsentis canonis uigore, priuatus existat.

Ca-

Caput V.

ORdinarij locorum quoscumque plura curata, aut aliàs incõpatibilia beneficia ecclesiastica obtinentes; dispensationes suas exhibere districtè compellant, & aliàs procedant, iuxta constitutionem Greg. X. in Generali Lugdunense Concilio editam, quæ incipit; Ordinarij; quam eadem S. Synodus innouandam censet, & innouat: addens insuper, ꝙ ipsi Ordinarij, etiam per idoneorum Vicariorum deputationem, & congruæ portionis fructuum assignationem omninò prouideãt, vt animarum cura nullatenus negligatur, et beneficia ipsa debitis obsequijs minimè defraudentur: appellationibus, priuilegijs, exemptionibus, quibuscũque etiam cum iudicum specialium deputatione, & illorum inhibitionibus in præmissis nemini suffragantibus.

Inf. Ses. 24. c. 17.

c. ordinarij. de off. ord. in 6.

Inf. ca. 7. & sup. Ses. 6. de refor. c. 2. in fin.

Caput VI.

VNiones perpetuæ, à xl. annis citra factæ, examinari ab Ordinarijs, tanquam à Sede Apostolica delegatis, possint: & quæ per subreptionem; vel obreptionem obtentæ fuerint, irritæ declarentur. Illæ verò, quæ à dicto tempore citra cõcessæ nondum in toto, vel in parte sortitæ sunt effectum, & quæ deinceps ad cuiusuis instantiam, fient nisi eas ex legitimis, aut alias rationabilibus causis, coram loci Ordinario, vocatis, quorum interest, verificandis; factas fuisse constiterit: per subreptionem obtentæ

Inf. Ses. 24. de refor. c. 13. & Sess. 25. de ref. ca. 9. & inf. Ses. 14. c. 9.

præ-

præsumantur: ac ppterea, nisi aliter à Sede Apostolica declaratũ fuerit, viribus omninò careant.

Caput VII.

Inf. Sef. 14. de ref. c. 9.

Sup. can. 5.

Inf Sef vlt. de ref. c. 16. Pius V. in Bulla, quæ incip. Ad exequendum.

BEneficia Ecclesiastica curata, quæ cathedralibus collegiatis, seu alijs ecclesijs, vel monasterijs, beneficijs, seu collegijs, aut pijs locis quibuscumque perpetuò vnita, & annexa repeniũtur, ab Ordinarij locorum annis singulis visitentur, qui sollicitè prouidere procurent, vt per idoneos Vicarios, etiam perpetuos, nisi ipsis Ordinarijs, pro bono ecclesiarum regimine, aliter expedire videbitur, ab eis cum tertiæ partis fructuum, aut maiori, vel minori, arbitrio ipsorum Ordinariorum portione, etiam super certa re assignãda, ibidem deputãdos, animarũ cura laudabiliter exerceatur: appellationibus, priuilegijs, exemptionibus, etiã cum iudicum deputatione, & illorum inhibitionibus quibuscumque in præmissis minimè suffragantibus.

Caput VIII.

Inf. Sef. 24. de ref. ca. 9. & Sef. 21. c. 8. Conc. Tol. 4. c. 35. Cõc. Brac. 3. ca. 1. Conc. Arel. c. 17. decernimus, ca. Episcop. & c. placuit. 10. q. 1.

LOcorum ordinarij ecclesias quascũque, quomodolibet exemptas, auctoritate Apostolicà singulis annis visitare teneantur, & opportunis iuris remedijs prouidere, ut, quæ reparationem indigẽt, reparentur: & cura animarũ si qua illis immineat, alijsq. debitis obsequijs, minimè defraudentur: appellationibus, priuilegijs, consuetudinibus, etiam ab immemorabili tempore

præ-

præscriptis, iudicum deputationibus, & illorum inhibitionibus penitus exclusis.

Caput IX.

AD maiores Ecclesias promoti, munus consecrationis infra tempus à iure statutum suscipiant, & prorogationes, vltra sex menses concessæ, nulli suffragentur. c. quoniam quidē. dist. 100. & inf. Sess. 23. de refor. c. 1.

Caput X.

NOn liceat Capitulis Ecclesiarum, Sede vacante, infra annum à die vacationis, ordinandi licentiam, aut litteras dimissorias, seu reuerendas, vt aliqui vocant, tam ex iuris communis dispositione, quàm etiam cuiusuis priuilegij, aut consuetudinis vigore, alicui, qui beneficij Ecclesiastici recepti, siue recipiendi occasione arctatus non fuerit, concedere: si secus fiat, Capitulum contrauenieus Ecclesiastico subiaceat interdicto; & sic ordinati, si in minoribus Ordinibus constituti fuerint nullo priuilegio clericali, præsertim in criminalibus, gaudeant; in maioribus verò, ab executione Ordinum, ad beneplacitum futuri Prælati, sint ipso iure suspensi. c. cū nullus. de tēp. ord. in 6. Inf. Ses. 23. de ref. c. 10.

Caput XI.

FAcultates de promouēdo à quocūque nō suffragentur, nisi habentib. legitimā causam, ob quā à proprijs Epis ordinari nō possint, in litteris exprimendam, & tunc non ordinentur, nisi ab Epo in sua diecesi residente, aut pro eo Pontificalia exercente, & diligenti præuio examine.

Cap.

Cap. XII.

c. licet canon, & c cũ ex eo. de elec. in 6.

FAcultates de non promouendo præterquam in casibus iure expressis, concessæ, ad annum tantum suffragentur.

Cap. XIII.

Inf. Ses. 14. c. 13. de reform. & Sess. 24. c. 18. de ref. & Sess. 25. c. 9.

PRæsentati, seu electi, vel nominati à quibusuis Ecclesiasticis personis, etiam Sedis Apostolicæ Nuncijs, ad quæuis Ecclesiastica beneficia non instituantur, nec confirmentur, neque admittantur, etiam prætextu cuiusuis priuilegij, seu consuetudinis, etiam ab immemorabili tempore præscriptæ, nisi fuerint prius à locorum Ordinarijs examinati, & idonei reperti. Et nullus appellationis remedio se tueri possit, quominus examen subire teneatur. Præsentatis tamen electis seu nominatis ab vniuersitatibus, seu collegijs generalium Studiorum exceptis.

Cap. XIV.

c. 1. de priuil. in 6.

IN Exemptorum causis Constitutio Innoc. IV. quæ incipit; Volentes, in generali Concil. Lugdunensi edita, seruetur; quam eadẽ Sacrosancta Synodus innouandam censuit, et innouat, addendo insuper, quòd in ciuilibus causis mercedũ, & miserabilium personarum Clerici sæculares, aut regulares, extra Monasterium degentes, quomodolibet exempti, etiam si certum Iudicem à Sede Apostolica deputatum, in partibus habeant: in alijs verò si ipsum Iudicem non habuerint coram locorum Ordinarijs, tanquam in hoc ab

Inf. Ses. 14. de ref. c. 6. in fi.

ipsa

ipsa Sede delegatis, conueniri, & iure medio ad soluendum debitum cogi, & compelli possint: priuilegijs, exemptionibus, Conseruatorum deputationibus, & eorum inhibitionibus aduersus præmissa nequaquam valituris.

Caput XV.

CVrent Ordinarij, vt hospitalia quæcunque à suis administratoribus, quæcũque illi nõie censeãtur, et quolibet exẽptis fid liter, et diligẽter gubernẽtur; Constitutionis Conc. Viennensis, q̃ incipit; Quia cõtingit forma seruata: q̃ quidem Cõstitutionẽ eadem S. Synodus innouandã duxit, & innouat, cum derogationibus in ea contentis.

Indictio futuræ sessionis.

ITem hæc sacrosancta Synodus statuit, & decreuit proximã futurã Sessionẽ habendam, et celebrãdã esse die Iouis, fer. v. post sequẽtẽ Dom. in Albis, q̃ erit xxi. mẽs. Apr. p̃sentis an. 1547.

Bulla facultatis transferendi Concilij.

PAVLVS Episcopus seruus seruorum Dei, venerabili Fr. Io. Mariæ Episcop. Prænestino, & dilectis filijs, Marcello tit. Sanctæ Crucis in Hierusalem Presb. ac Reginaldo S. Mariæ in Cosmedin Diacono, Cardin. nostris, & Apostol. Sedis Legat. de latere, salutem, & Apostol. Benedict. Regimini vniuersalis Ecclesiæ, meritis licèt imparibus, disponente Domino præsidentes, nostri officij partes esse putamus, vt, si quid grauius caussa Reipub. Christianæ constituendum sit, id non modo tempore opportuno, verum etiam loco

SESSIO VIII.

Celebrata die XI. Mensis Martij 1547.

Decrerum de Translatione Concilij.




LACETNE *vobis decernere, & declarare, de huiusmodi morbo ex præmissis, & alijs allegatis ita manifestè, & notoriè constare, vt Prælati in hac ciuitate sine vitæ discrimine commorari; & in ea idcircò inuiti minimè retineri possint & debeant? itemq. attento recessu multorũ Prelatorũ post proximè preteritã Sessionem, & attentis protestationibus aliorũ complurium Prælatorũ in Congregationibus generalib. factis, hinc omninò timore ipsius morbi abire volentium, qui iustè detineri non possunt, & ex quorũ discessu Concilium, vel dissolueretur, vel ex paucitate Prælatorum bonus eius progressus impediretur: & attento etiam imminenti periculo vitæ, & alijs causis per aliquos ex Patrib. in ipsis congregationibus allegatis; vtpote notoriè veris, & legitimis, placetne vobis similiter decernere, & declarare, pro cõseruatione, et prosecutione ipsius Cõcilij, & securitate vitæ ipsorũ Prelatorũ, Concilium ipsum ad ciuitatẽ Bononiæ,*

nię, veluti ad locum magis paratum, salubrem, & idoneum, pro tempore transferendũ esse, et ex nunc transferri, et ibidem Sessionẽ iam indictam statuta die 21. Aprilis celebrandam esse, & celebrari, & successiuè ad vlteriora procedendum donec Sanctissimo Domino nostro, & Sacro Concilio expedire videbitur, vt ad hunc, seu aliũ locum communicato etiam consilio cum Inuictissimo Cęsare, Christianissimo Rege, et aliis Regibus, ac Principibus Christianis, ipsum Concilium reduci possit, & debeat? Responderunt, Placet.

SESSIO NONA.

BONONIÆ CELEBRATA DIE XXI. mensis Aprilis M. D. XLVII.

Decretum de prorogatione Sessionis.



HÆC sacrosancta œcumenica, et generalis Synodus, q̃ dudũ in ciuitate Tridẽti cõgregata erat, nũc Bononię in Spiritusãcto legitimè cõgregata, p̃sidentibus in ea nomine sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri, Domini Pauli diuina Prouidẽtia Papæ III. Eisdẽ Reuerendiss. Dominis, D. Io. Maria de Monte, Episcopo Pręnestino, & Marcello tit. S. Crucis

in Hierusalem Presbytero S.R.E. Cardinalibus, & Apostolicis de latere Legatis, considerans, quod die 11. mēsis Martij, præsentis anni, in generali publica Sessione, in eadem ciuitate Tridēti, & in loco consueto celebrata, omnibusq. agēdis de more peractis, ex causis tūc instantibus, vrgētibus, & legitimis interueniente, etiā auctoritate sanctæ Sedis Apostolicæ, eisdē Reuerēdissimis Præsidentib. etiam specialiter concessa, decreuit, & ordinauit, Cōcilium ex eo loco in hanc ciuitatem transferendū esse, sicuti transtulit; itemq. Sessionem pro præsenti die 21. Aprilis illic indictam, vt de Sacramētorum, et reformationis materijs, de quib. tractandum proposuerat, canones sancirētur, & promulgarentur in hac ipsa ciuitate Bononiæ celebrari debere, considerāsq. nonnullos ex Patrib. qui in hoc Concilio interesse consueuerūt, his superiorib. maioris hebdomandæ, & solēnitatis Paschalis diebus, in proprijs ecclesijs occupatos, aliquos etiā alijs impedimentis detētos, huc nondum accessisse, quos tamē breui affuturos sperandum est, ac propterea factum esse, vt non ea, quā sancta Synodus desiderabat, Prælatorū frequentia potuerint materiæ ipsæ sacramentorum, & reformationis examinari, & discuti; vt oīa maturo consilio cum dignitate, & grauitate debita fiant, bonum, opportunum, & expediēs cēsuit, censetq. Sessionem prædictam, quæ hoc ipso die, vt præfertur, celebrāda erat, ad diē Iouis, infra

Octa-

Octauam Pentecostes proximè futuram, quoad ipsas materias expediendas, differẽdam, & prorogandam esse, quemadmodum differt, ac prorogat, quam diem & rei gerendæ maximè opportunam, & Patribus, præsertim absentibus, percõmodam, iudicauit, & iudicat; hoc tamen adiecto quod terminũ ipsum, ipsa sancta Synodus, pro eius arbitrio, & voluntate, sicuti rebus Concilij putauerit expedire, etiã in priuata Congregatione restringere, & imminuere possit, & valeat.

SESSIO X.

BONONIÆ CELEBRATA

die 2. mensis Iunij 1547.

Decretum Prorogationis Sessionis.



VAMVIS *hæc sacrosancta œcumenica, & generalis Synodus, Sessionẽ, quæ die 21. mensis Aprilis, proximè præteriti, super sacramentorum, & reformationis materijs in hac inclyta ciuitate Bononiæ, ex decreto, in vrbe Tridentina, in publica Sessione, die vndecima mensis Martij promulgato, celebrãda erat, propter aliquas causas, ac præsertim propter ab-*

quia nõnul li. de mag. c. cum singul. de præben. in 6. Cl. gratiæ, de ref. ca. execrabilis. §. qui verò. in extrauag. cõ. de præb. & inf. Ses. 24. ca. 17. de reformat.

quam maluerint, retenta, reliquas infra sex menses, si ad liberam Sedis Apostolicæ dispositionem pertineant, aliàs infra annum dimittere teneantur: alioquin ecclesiæ ipsæ, vltima obtenta duntaxat excepta, eo ipso vacare censeantur.

Cap. III.

Clem. quia regulares, de suppl. negl. prælat. c. quia nõnulli. de cl. non resi. c. licet canon, de elect. i 6. c. graue nimis. de præbend.

INferiora beneficia ecclesiastica, præsertim curam animarum habentia, personis dignis, & habilib. et quæ in loco residere, ac per se ipsos curam ipsam exercere valeant, iuxta constitutionem Alexan. III. in Lateranensi, quę incip. Quia nonnulli, & aliam Gregorij X. in generalis Lugdunensi Concilio, quæ incip. Licet canon, editam, conferantur: aliter autem facta collatio, siue prouisio, omninò irritetur: & Ordinarius collator pęnas constitutionis Concilij generalis, quę incipit; Graue nimis, se nouerit incursurum.

Caput IV.

Sup. c. 2. ca. demissa. de præben.

QVicumque de cætero plura curata, aut aliàs incompatibilia beneficia ecclesiastica, siue per viam vnionis ad vitam, seu commendæ perpetuæ, aut alio quocũque nomine, & titulo, contra formam sacrorum canonũ, & præsertim constitutionis Innocentij III. quæ incipit; De multa, recipere, ac simul retinere præsumpserit: beneficijs ipsis, iuxta ipsius constitutionis dispositionem, ipso iure, etiam præsentis canonis uigore, priuatus existat.

Ca-

Caput V.

ORdinarij locorum quoscumque plura curata, aut aliàs incōpatibilia beneficia ecclesiastica obtinentes, dispensationes suas exhibere districtè compellant, & aliàs procedant, iuxta constitutionem Greg. X. in Generali Lugdunense Concilio editam, quæ incipit; Ordinarij, quam eadem S. Synodus innouandam censet, & innouat: addens insuper, ꝙ ipsi Ordinarij, etiam per idoneorum Vicariorum deputationem, & congruæ portionis fructuum assignationem omninò prouideāt, vt animarum cura nullatenus negligatur, et beneficia ipsa debitis obsequijs minimè defraudentur: appellationibus, priuilegijs, exemptionibus, quibuscūque etiam cum iudicum specialium deputatione, & illorum inhibitionibus in præmissis nemini suffragantibus.

Inf. Ses. 24. c. 17.

c. ordinarij. de off. ord. in 6.

Inf. ca. 7. & sup. Ses. 6. de refor. c. 2. in fin.

Caput VI.

VNiones perpetuæ, à xl. annis citra factæ, examinari ab Ordinarijs, tanquam à Sede Apostolica delegatis, possint: & quæ per subreptionem; vel obreptionem obtentæ fuerint, irritæ declarentur. Illæ verò, quæ à dicto tempore citra cōcessæ nondum in toto, vel in parte sortitæ sunt effectum, & quæ deinceps ad cuiusuis instantiam, fient nisi eas ex legitimis, aut alias rationabilibus causis, coram loci Ordinario, vocatis, quorum interest, verificandis, factas fuisse constiterit; per subreptionem obtentæ præ-

Inf. Ses. 24. de refor. c. 13. & Sess. 25. de ref. ca. 9. & inf. Ses. 24. c. 9.

præsumantur: ac pptereà, nisi aliter à Sede Apostolica declaratũ fuerit, viribus omninò careant.

Caput VII.

Inf. Ses. 24. de ref. c. 9.

Beneficia Ecclesiastica curata, quæ cathedralibus collegiatis, seu alijs ecclesijs, vel monasterijs, beneficijs, seu collegijs, aut pijs locis quibuscumque perpetuò vnita, & annexa repeririũtur, ab Ordinarij locorum annis singulis visitentur, qui sollicitè prouidere procurent, vt per idoneos Vicarios, etiam perpetuos, nisi ipsis Ordinarijs, pro bono ecclesiarum regimine, aliter expedire videbitur, ab eis cum tertiæ partis fructuum, aut maiori, vel minori, arbitrio ipsorum Ordinariorum portione, etiam super certa re assignãda, ibidem deputãdos, animarũ cura laudabiliter exerceatur: appellationibus, priuilegijs, exemptionibus, etiã cum iudicum deputatione, & illorum inhibitionibus quibuscumque in præmissis minimè suffragantibus.

Sup. can. 5. Inf Ses vlt. de ref. c. 16. Pius V. in Bulla, quæ incip. Ad exequendum.

Caput VIII.

Inf. Ses. 24. de ref. ca. 9. & Ses. 21. c. 8. Conc. Tol. 4. c. 35. Cõc. Brac. 3. ca. 1. Conc. Arel. c. 17. decernimus, ca. Episcop. & c. placuit. 10. q. 1.

Locorum ordinarij ecclesias quascũque, quomodolibet exemptas, auctoritate Apostolicà singulis annis visitare teneantur, & opportunis iuris remedijs prouidere, ut, quæ reparationem indigẽt, reparentur: & cura animarũ si qua illis immineat, alijsq. debitis obsequijs, minimè defraudentur: appellationibus, priuilegijs, consuetudinibus, etiam ab immemorabili tempore

præ-

præscriptis, iudicum deputationibus, & illorum inhibitionibus penitus exclusis.

Caput IX.

A*D maiores Ecclesias promoti, munus consecrationis infra tempus à iure statutum suscipiant, & prorogationes, ultra sex menses concessæ, nulli suffragentur.* c. quoniam quidē. dist. 100. & inf. Sess. 23. de refor. c. 1.

Caput X.

N*On liceat Capitulis Ecclesiarum, Sede vacante, infra annum à die vacationis, ordinandi licentiam, aut litteras dimissorias, seu reuerendas, vt aliqui vocant, tam ex iuris communis dispositione, quàm etiam cuiusuis priuilegij, aut consuetudinis vigore, alicui, qui beneficij Ecclesiastici recepti, siue recipiendi occasione arctatus non fuerit, concedere: si secus fiat, Capitulum contraueniens Ecclesiastico subiaceat interdicto; & sic ordinati, si in minoribus Ordinibus constituti fuerint nullo priuilegio clericali, præsertim in criminalibus, gaudeant; in maioribus verò, ab executione Ordinum, ad beneplacitum futuri Prælati, sint ipso iure suspensi.* c. cū nullus. de tēp. ord. in 6. Inf. Ses. 23. de ref. c. 10.

Caput XI.

F*Acultates de promouēdo à quocūque nō suffragentur, nisi habentib. legitimā causam, ob quā à proprijs Epis ordinari nō possint, in litteris exprimendam, & tunc non ordinentur, nisi ab Epo in sua diœcesi residente, aut pro eo Pontificalia exercente, & diligenti præuio examine.*

Cap.

Cap. XII.

c. licet canon, & c cũ ex eo. de elec. in 6.

FAcultates de non promouendo præterquam in casibus iure expressis, concessæ, ad annum tantum suffragentur.

Cap. XIII.

Inf. Ses. 14. c. 13. de reform. & Sess. 24. c. 18. de ref. & Sess. 15. c. 9.

PRæsentati, seu electi, vel nominati à quibusuis Ecclesiasticis personis, etiam Sedis Apostolicæ Nuncijs, ad quæuis Ecclesiastica beneficia non instituantur, nec confirmentur, neque admittantur, etiam prætextu cuiusuis priuilegij, seu consuetudinis, etiam ab immemorabili tempore præscriptæ, nisi fuerint prius à locorum Ordinarijs examinati, & idonei reperti. Et nullus appellationis remedio se tueri possit, quominus examen subire teneatur. Præsentatis tamen electis seu nominatis ab vniuersitatibus, seu collegijs generalium Studiorum exceptis.

Cap. XIV.

c. 1. de priuil. in 6.

IN Exemptorum causis Constitutio Innoc. IV. quæ incipit; Volentes, in generali Concil. Lugdunensi edita, seruetur; quam eadē Sacrosancta Synodus innouandam censuit, et innouat, addendo insuper, quòd in ciuilibus causis mercedū, & miserabilium personarum Clerici sæculares, aut regulares, extra Monasterium degentes, quomodolibet exempti, etiam si certum Iudicem à Sede Apostolica deputatum, in partibus habeant: in alijs verò si ipsum Iudicem non habuerint coram locorum Ordinarijs, tanquam in hoc ab

Inf. Ses. 14. de ref. c. 6. in fi.

ipsa

ipsa Sede delegatis, conueniri, & iure medio ad soluendum debitum cogi, & compelli possint: priuilegijs, exemptionibus, Conseruatorum deputationibus, & eorum inhibitionibus aduersus præmissa nequaquam valituris.

Caput XV.

CVrent Ordinarij, vt hospitalia quæcunque à suis administratoribus, quæcũque illi noĩe censeãtur, et quolibet exẽptis fideliter, et diligẽter gubernẽtur; Constitutionis Conc. Viennensis, q̃ incipit; Quia cõtingit forma seruata: q̃ quidem Cõstitutionẽ eadem S. Synodus innouandã duxit, & innouat, cum derogationibus in ea contentis.

Indictio futuræ sessionis.

ITem hæc sacrosancta Synodus statuit, & decreuit proximã futurã Sessionẽ habendam, et celebrãdã esse die Iouis, fer. v. post sequẽtẽ Dom. in Albis, q̃ erit xxi. mẽs. Apr. p̃sentis an. 1547.

Bulla facultatis transferendi Concilij.

PAVLVS Episcopus seruus seruorum Dei, venerabili Fr. Io. Mariæ Episcop. Prænestino, & dilectis filiis, Marcello tit. Sanctæ Crucis in Hierusalem Presb. ac Reginaldo S. Mariæ in Cosmedin Diacono, Cardin. nostris, & Apostol. Sedis Legat. de latere, salutem, & Apostol. Benedict. Regimini vniuersalis Ecclesiæ, meritis licèt imparibus, disponente Domino præsidentes, nostri officij partes esse putamus, vt, si quid grauius causa Reipub. Christianæ constituendum sit, id non modo tempore opportuno, verum etiam loco

commodo, & idoneo perficiatur. Cum itaque nos nuper, postquam suspensionem celebrationis sacri œcumenici, & vniuersalis Concilij, aliàs per nos in ciuitate Trident. ex causis tunc expressis, de venerabilium Fr. nostrorum S.R.E. Card. consilio, & assensu indicti, ex certis alijs etiam tunc expressis causis, vsque ad aliud opportuniùs, & commodiùs tempus per nos declarandum, de simile consilio, & assensu factam audita pace inter charissimos in Christo filios nostros, Carolum Rom. Imp. semper August. & Francisc. Francorum Regem Christianiss. conciliata, pari consilio, & assensu sustuleramus, & amoueramus, nequeuntes ipsi, tunc legitimè impediti, ad dictam ciuitatem personaliter accedere, & eidem Concilio interesse, vos nostros, & Apost. Sedis Legatos de latere, in eodem Concilio de simili consilio constituerimus, & deputauerimus, vosq. ad eandem ciuitatem tanquam pacis Angelos, destinauerimus, prout in diuersis nostris desuper confectis litteris plenius continetur; Nos, ne tam sanctum celebrationis Concilij huiusmodi opus ex incommoditate loci, aut aliàs quouis modo impediatur, aut plus debito differatur, opportunè prouidere volentes, Motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, pariq. consilio & assensu, vobis insimul, aut duobus ex vobis, reliquo legitimo impedimento detento, seu inde fortè absente, quandocunque vobis videbitur Concil. prædictum de eadem Ciuit. Trid. ad quamcunque aliam commodiorem, & opportuniorem, seu tutiorem ciuitatem, de qua vobis etiam videbitur, transferendi, & mutandi, ac illud in ipsa ciuitate Tridentina supprimendi, & dissoluendi, necnon Prælatis, & aliis personis Concilij huiusmodi, ne in eo ad vlteriora

riora in dicta ciuitate Tridentina procedant, etiam ſub cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis inhibendi, ac idem Conciliũ in alia ciuitate huiuſmodi, ad quam illud transferri,& mutari contigerit,continuandi,tenendi,& celebrandi, & ad illud Prælatos, & alias perſonas Conc. Trident. huiuſmodi etiam ſub periurij, & alijs in litteris indictionis Concilij huiuſmodi expreſſis pœnis euocandi, eidemq. ſic tranſlato, & mutato Concilio, nomine,& auctoritate prædictis præſidendi, ac in eo procedendi, cæteraq. in præmiſſis,& circa ea neceſſaria,& opportuna, alias iuxta priorum vobis directarum litterarum continentiam,& tenorem faciendi, ſtatuendi, ordinandi,& exequendi, plenam, & liberam Apoſtolica auctoritate tenore præſentium concedimus poteſtatem,& facultatem, ratum, & gratum habituri quidquid per vos in præmiſſis factum, ſtatutum, ordinatum, executumve fuerit, idq. facturi, Auctore Domino inuiolabiliter obſeruari: Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſq. contrarijs quibuſcumque. Nulli ergo omninò hominum liceat hâc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli, Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum.

Dat. Romæ, apud Sanctum Petrum, anno Incarnat. Dominicæ, 1544. 8. Kal. Mart. Pontificatus noſtri anno vndecimo.

Fab. Epiſcopus Spol.

B. Motta.

SESSIO VIII.

Celebrata die XI. Mensis Martij 1547.

Decrerum de Translatione Concilij.



LACETNE vobis decernere, & declarare, de huiusmodi morbo ex præmissis, & alijs allegatis ita manifestè, & notoriè constare, vt Prælati in hac ciuitate sine vitæ discrimine commorari; & in ea idcircò inuiti minimè retineri possint & debeant? itemq. attento recessu multorũ Prelatorũ post proximè preteritã Sessionem, & attentis protestationibus aliorũ complurium Prælatorũ in Congregationibus generalib. factis, hinc omninò timore ipsius morbi abire volentium, qui iustè detineri non possunt, & ex quorũ discessu Concilium, vel dissolueretur, vel ex paucitate Prælatorum bonus eius progressus impediretur: & attento etiam imminenti periculo vitæ, & alijs causis per aliquos ex Patrib. in ipsis congregationibus allegatis; vtpote notoriè veris, & legitimis, placetne vobis similiter decernere, & declarare, pro cõseruatione, et prosecutione ipsius Cõcilij, & securitate vitæ ipsorũ Prelatorũ, Concilium ipsum ad ciuitatẽ Bono-


niæ,

nię, veluti ad locum magis paratum, salubrem, & idoneum, pro tempore transferendũ esse, et ex nunc transferri, et ibidem Sessionẽ iam indictam statuta die 21. Aprilis celebrandam esse, & celebrari, & successiuè ad vlteriora procedendum donec Sanctissimo Domino nostro, & Sacro Concilio expedire videbitur, vt ad hunc, seu aliũ locum communicato etiam consilio cum Inuictissimo Cęsare, Christianissimo Rege, et aliĳs Regibus, ac Principibus Christianis, ipsum Concilium reduci possit, & debeat? Responderunt, Placet.

SESSIO NONA.

BONONIÆ CELEBRATA DIE XXI. mensis Aprilis M. D. XLVII.

Decretum de prorogatione Sessionis.



HÆc sacrosancta œcumenica, et generalis Synodus, q̃ dudũ in ciuitate Tridẽti cõgregata erat, nũc Bononię in Spiritusãcto legitimè cõgregata, p̃sidentibus in ea nomine sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri, Domini Pauli diuina Prouidẽtia Papæ III. Eisdẽ Reuerendiss. Dominis, D. Io. Maria de Monte, Episcopo Pręnestino, & Marcello tit. S. Crucis

in Hierusalem Presbytero S.R.E. Cardinalibus, & Apostolicis de latere Legatis, considerans, q̃ die 11. mẽsis Martij, præsentis anni, in generali publica Sessione, in eadem ciuitate Tridẽti, & in loco consueto celebrata, omnibusq. agẽdis de more peractis, ex causis tũc instantibus, vrgẽtibus, & legitimis interueniente, etiã auctoritate sanctæ Sedis Apostolicæ, eisdẽ Reuerẽdissimis Presidentib. etiam specialiter concessa, decreuit, & ordinauit, Cõcilium ex eo loco in hanc ciuitatem transferendũ esse, sicuti transtulit; itemq. Sessionem pro præsenti die 21. Aprilis illic indictam, vt de Sacramẽtorum, et reformationis materijs, de quib. tractandum propositum fuerat, canones sancirẽtur, & promulgarentur in hac ipsa ciuitate Bononiæ celebrari debere, considerãsq. nonnullos ex Patrib. qui in hoc Concilio interesse consueuerũt, his superiorib. maioris hebdomandæ, & solẽnitatis Paschalis diebus, in proprijs ecclesijs occupatos, aliquos etiã alijs impedimentis detẽtos, huc nondum accessisse, quos tamẽ breui affuturos sperandum est, ac propterea factum esse, vt non ea, quã sancta Synodus desiderabat, Prælatorũ frequentia potuerint materiæ ipsæ sacramentorum, & reformationis examinari, & discuti; vt oĩa maturo consilio cura dignitate, & grauitate debita fiant, bonum, opportunum, & expediẽs cẽsuit, censetq. Sessionem prædictam, quæ hoc ipso die, vt prefertur, celebrãda erat, ad diẽ Iouis, infra

Octa-

Octauam Pentecostes proximè futuram, quoad ipsas materias expediendas, differēdam, & prorogandam esse, quemadmodum differt, ac prorogat, quam diem & rei gerendæ maximè opportunam, & Patribus, præsertim absentibus, percōmodam, iudicauit, & iudicat; hoc tamen adiecto quod terminū ipsum, ipsa sancta Synodus, pro eius arbitrio, & voluntate, sicuti rebus Concilij putauerit expedire, etiā in priuata Congregatione restringere, & imminuere possit, & valeat.

SESSIO X.

BONONIÆ CELEBRATA

die 2. mensis Iunij 1547.

Decretum Prorogationis Sessionis.



*V*AMVIS *hæc sacrosancta œcumenica, & generalis Synodus, Sessionē, quæ die 21. mensis Aprilis, proximè præteriti, super sacramentorum, & reformationis materijs in hac inclyta ciuitate Bononiæ, ex decreto, in vrbe Tridentina, in publica Sessione, die vndecima mensis Martij promulgato, celebrāda erat, propter aliquas causas, ac præsertim propter ab-*

sentiam nonnullorum Patrum, quos breui affuturos sperabat, ad hunc præsentē diem differendam, & prorogandam esse decreuerit, volens tamen cum ijs qui non venerint, etiam adhuc benignè agere eadem sacrosancta Synodus, in Spiritu sancto legitimè congregata, præsidentibus in ea eisdē S.R.E. Cardinalibus, & Apostolicæ Sedis Legatis, statuit & decreuit, Sessionē ipsam, quā hac die secunda mensis Iunij, præsentis anni millesimi quingentesimi quadragesimi septimi, celebrare decreuerat, ad diem Iouis post festum Natiuitatis Beatæ Mariæ Virginis, quæ erit decimaquinta mensis Septembris proximè futuri, quò ad prædictas, & alias materias expediendas, differēdam, & prorogandam esse, quemadmodum differt, et prorogat: ita tamen, quod prosecutio discussionis, & examinationis tā eorum, quæ ad dogmata, quàm quæ ad reformationem pertinent: interim non omittatur, & terminum ipsum ipsa sancta Synodus pro eius libito, & voluntate, etiam in priuata Congregatione abbreuiare, & prorogare liberè possit, & valeat.

Die XIV. Septembr. M. D. XLVII. in Congregatione generali Bononiæ prorogata fuit Sessio, quæ futura erat die sequenti, ad beneplacitum sacri Concilij.

BVL-

BVLLA RESVMPTIONIS Concilij Tridentini.

SVB IVLIO TERTIO PONT. MAX.



VLIVS Episcopus, seruus seruorum Dei, ad futuram rei memoriam. Cũ ad tollẽda religionis nostræ dissidia, quę in Germania longo tẽpore non sine totius Christiani Orbis perturbatione, & scãdalo viguerunt; bonum opportunum, & expediens esse videatur, sicuti ẽt carissimus in Christo filius noster Carolus Romanorum Imperator semper Augustus, nobis per suas litteras, & Nuncios, significari fecit, vt sacrum œcumenicum, generale Conciliũ, per fel. rec. Paulum III. prædecessorem nostrum indictum, & per nos tunc Cardinalatus honore, fungẽtes, atque ipsius prædecessoris nomine, vnâ cũ duab. alijs Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus ipsi Concilio præsidentes, inceptum, ordinatum, & continuatũ, in quo plures publicæ, & solẽnes habitæ fuerunt Sessiones, pluraq. tam in caussa fidei, quàm reformationis

pro-

promulgata decreta, multaq. etiam ad vtramque causam pertinentia examinata, & discussa, ad ciuitatem Tridentinam reducatur: Nos, ad quos, & summos pro tempore Pontifices spectant generalia Concilia indicere, & dirigere, vt Ecclesiæ pacem, et Christianæ fidei atque ortodoxæ religionis incrementum ad omnipotentis Dei laudem, & gloriam procuremus, & quantum in nobis est, tranquillitati ipsius Germaniæ, quæ sanè prouincia retroactis temporibus in vera religione, ac sacrorum Conciliorum, & Sanctorum Patrum doctrina excollenda, exhibendaq. maximis Pontificibus, Christi Redemptoris nostri in terra Vicarijs, debita obedientia, & reuerentia, nulli Christianorum prouinciæ fuit vnquam secunda, paternè consulamus, sperantes per ipsius Dei gratiam, & benignitatem futurum, vt Reges omnes, ac Principes Christiani, iustis, pijsque nostris in hac re votis annuant, faueant, atque assistant; venerabiles fratres Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, & dilectos filios Abbates, omnesq. alios, & singulos, qui de iure, vel cõsuetudine, vel priuilegio Concilijs generalibus interesse debent, quosque idem prædecessor noster in suis indictionibus, & alijs quibuscumque desuper cõfectis, & publicatis litteris, Concilio interesse voluit, per viscera misericordiæ Domini nostri Iesu Christi, hortamur, requirimus, & monemus, vt proximis futuris

Calend.

Calend. Maij, quem diem ad ipsum Concilium in eo, in quo nunc reperitur, statu resumendum, & prosequendum, præuia matura deliberatione, & ex certa nostra scientia, & de Apostolicæ auctoritatis plenitudine, ac venerabiliū Fratrum nostrorum, eiusdem sanctæ Romanæ Ecclesię Cardinalium consilio, & assensu, statuimus, decreuimus, & declaramus, in ipsa Ciuitate Tridenti, legitimo cessante impedimento, conuenire, & se congregare, ac ipsius Concilij continuationi, & prosecutioni, omni mora postposita, incumbere velint. Nos enim operam sedulò daturi sumus, vt eodem tempore, in eadem Ciuitate nostri omnino adsint Legati, per quos, si per ætatem nostram, valetudinemq., & Sedis Apostolicæ necessitates personaliter adesse nequiuerimus, Spiritusancto duce, ipsi Concilio præsidebimus: quacunque ipsius Concilij translatione, & suspensione, cæterisque contrarijs, non obstantibus quibuscumque, ac præsertim illis quæ idē prædecessor noster in suis litteris prædictis, quas cum omnibus, & singulis in eis contentis clausulis, & Decretis in suo robore permanere volumus, atq; decreuimus, & quatenus opus sit, innouamus, voluit non obstare, irritum nihilominus decernentes, & inane, si secus super his à quoquam quauis auctoritate, sciēter, vel ignorantur contigerit attentari. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostrorum hortationis, re-

quisitio-

quisitionis, monitionis, statuti, declarationis, innouationis, voluntatis, & Decretorum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotẽtis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli, Apostolorum eius, se nouerit incursurum.

Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ M. D. XLVIII. Kal. Decembr. Pontificatus nostri anno primo.

M. Cardinalis Crescen.

Rom. Amasæus.



SA-

SACROSANCTI OECVMENICI, & Generalis Concilij Tridentini.

SESSIO XI.

Quæ est j. sub Iulio III. Pont. Max.

Celebrata Kalend. Maij, M. D. LI.

Decretum de resumendo Concilio.



LACETNE *vobis ad laudem, & gloriam Sanctę, et indiuiduę Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus sancti, ad incrementū, & exaltationem fidei, & religionis Christianę, sacrum œcumenicum, & generale Concil. Tridentinum, iuxta formam, & tenorem litterarum Sanctissimi Domini nostri, resumi debere, & procedendum esse ad vlteriora? Responderunt,* PLACET.

Indictio futuræ Sessionis.

PLacetne *vobis, proximam futuram Sessionem habendam, & celebrandam esse in futuris Kal. Septembris? Responderunt,* PLACET.

SES-

SESSIO XII.

Quæ est ij. sub Iulio III. Pont. Max.

Celebrata die prima Septemb. 1551.

Decretum prorogationis Sessionis.



Acrosancta œcumenica, & generalis Trid. Synodus, in Spiritu sancto legitimè congregata, Præsidẽtibus in ea eisdem sanctæ Sedis Apostol. Legato, & Nuncijs, quæ in proxima præterita Sessione sequentem hanc hodie habendam, & ad vlteriora procedendum esse, decreuerat, cum ob inclytæ Germanicæ nationis, cuius præcipuè causa agitur, absentiam, ac non magnam cæterorum Patrum frequentiam procedere hactenus distulerit: de venerabilium in Christo fratrum, & filiorum suorum, Maguntini, & Treuerẽsis Archiepiscoporum, ac sacri Romani Imperij Principũ Electorũ, & complurium ipsius, aliarumq. prouinciarum Episcoporum, sub hanc ipsam diẽ aduẽtu in Domino exultans, & dignas ipsi omnipotenti Deo agens gratias, firmamq. spem concipiens, quamplurimos alios tam ipsius Germanicæ, quàm aliarũ nationum Prælatos, & sui officij debito, & hoc exẽplo cõmotos, prope-

diem

diem esse venturos, futuram Sessionem ad quadragesimam diem, quæ erit vndecima mensis Octobris, proximè sequentis, indicit; & Concilium ipsum in statu, in quo reperitur, prosequendo, cum in præteritis Sessionibus de septem Sacramentis nouæ legis in genere, & in specie de Baptismate, & Confirmatione definitum fuerit, statuit, & decreuit de Sanctissimæ Eucharistiæ Sacramento, necnon, quod ad reformationem attinet, de reliquis, quæ ad faciliorem, & commodiorem Prælatorum residentiam pertinent, agi, & tractari debere: ac monet, & hortatur omnes Patres, vt interim, Domini nostri Iesu Christi exemplo, quantum tamen humana fragilitas patietur, ieiunijs, & orationibus vacent; vt tandem placatus, qui in sæcula sit benedictus Deus, corda hominum ad veræ suæ fidei agnitionem, & Sanctæ Matris Ecclesiæ vnitatem, ac rectè viuendi normam reducere dignetur.

Matt.4. Mar.1. Luc.4.

Ioan.17. Luc.8.



SES-

SESSIO XIII.

Quæ est iij. sub Iulio III. Pont. Max.

Celebrata die 11. *Mensis Octob.* 1551.

Decretum de Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento.



ACROSANCTA œcumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritusancto legitimè cõgregata, præsidentibus in ea eisdem Sanctæ Sedis Apostolicæ Legato, & Nuncijs, & si in eum finem; non absque peculiari Spiritus sancti ductu, & gubernatione conuenerit, vt veram, & antiquam de fide, & Sacramentis doctrinam exponeret, & vt hæresibus omnibus, & alijs grauissimis incommodis, quibus Dei Ecclesia miserè nunc exagitatur, & in multas, ac varias partes scinditur, remedium afferret, hoc præsertim iam inde à principio in votis habuit, vt stirpitus conuelleret zizania execrabilium errorum, & schismatũ, quæ inimicus homo his nostris calamitosis temporibus in doctrina fidei, vsu, & cultu sacrosanctæ Eucharistiæ superseminauit: quam alioqui Saluator noster in Ecclesia sua, tanquam Symbolum reliquit eius vnitatis, & charitatis, qua

Matt.13. cap. 1. de sum. Trin.

Chri-

Christianos omnes inter se cōiunctos, & copulatos esse voluit. Itaque eadem sacrosancta Synodus sanam, & sinceram illam de venerabili hoc & diuino Eucharistiæ Sacramento doctrinam tradens, quam semper Catholica Ecclesia, ab ipso Iesu Christo Domino nostro, & eius Apostolis erudita, atque à Spiritusancto, illi omnem veritatem in dies suggerente, edocta, retinuit, & ad finem vsque sæculi conseruabit: omnibus Christi fidelibus interdicit, ne posthac de Sanctissima Eucharistia aliter credere, docere, aut prædicare audeant, quam vt est hoc præsenti decreto explicatum, atque definitum.

Eph.4. Luc.22.c.2. ver. Ego autem. 21. d. & inf. Sess. 12. ca. 1. & supra Sess. 5.

De reali præsentia Domini nostri Iesu Christi in Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento. Cap. I.

PRincipio docet Sancta Synodus, & apertè, ac simpliciter profitetur, in almo Sāctæ Eucharistiæ Sacramento, post panis, & vini consecrationem, Dominum nostrum Iesum Christum verum Deum, atque hominem, verè, realiter, ac substantialiter sub specie illarum rerum sensibilium contineri. Nec enim hæc inter se pugnant, vt ipse Saluator noster semper ad dexteram Patris in cælis assideat, iuxta modum existendi naturalem, & vt multis nihilominus alijs in locis sacramentaliter præsens sua substantia nobis adsit, ea existendi ratione, quam etsi verbis exprimere vix possumus, possibilem tamen esse

Ioan. 1.

c.1. de sum. Trin. sub Sess. 3. in Symb. Eph.1. Psal. 15. & 109. Mar.22. Mat. 12. & 16 in fin. Heb.10. Actor.7. Col.3. Matt.9. Luc.1.

Deo cogitatione per fidem illustrata, assequi possumus, & constantissimè credere debemus. Ita enim maiores nostri omnes, quotquot in vera Cle.vni. de rel. & vener.Sanct. *Christi Ecclesia fuerunt, qui de SS. hoc Sacramento disseruerũt, apertissimè professi sunt, hoc tam admirabile Sacramentũ in vltima cęna Redemptorem nostrum instituisse, cum post panis, viniq. benedictionem se suum ipsius corpus illis præberet, ac suum sanguinem, disertis, ac perspi-* Matt.26. Matt.14. Luc.22. ca. cũ Marthæ, de celebr.Miss. 1.Cor.11. *cuis verbis testatus est: quæ verba à sãctis Euãgelistis cõmemorata, & à D. Paulo posteà repetita, cum propriam illam, & apertissimam significationem præseferant, secundùm quam à Patribus intellecta sunt, indignissimum sanè flagitium est ea à quibusdam contentiosis, & prauis hominib. ad fictitios, et imaginarios tropos, qui-* 1.Tim.3. Ben.Pap.in suis decret. ver.cetera. Aug. supra illud Pau. ad Heb. 1. Portansq. omnia. *bus veritas carnis, & sãguinis Christi negatur, contra vniuersum Ecclesiæ sensum detorqueri, quæ tamquam columna, & firmamentum veritatis, hæc ab impijs hominibus excogitata commenta, velut Satanica, detestata est, grato semper & memore animo præstantissimum hoc Christi beneficium agnoscens.*

De ratione institutionis sanctissimi huius Sacramenti. Cap. II.

ERgo Saluator noster discessurus ex hoc mundo ad Patrem, Sacramentum hoc instituit, in quo diuitias diuini sui erga homines amoris, voluit effudi memoriam faciẽs mirabilium suo-

rum:

rum: & in illius sumptione colere nos sui memoriam præcepit, suamq. annunciare mortem, donec ipse ad iudicandum mundum veniat. Sumi autem voluit Sacramentum hoc tanquam spiritualem animarũ cibum, quo alantur, & confortētur viuentes vita illius, qui dixit. Qui manducat me, & ipse viuet propter me: & tamquã antidotum, quo liberemur à culpis quotidianis, & à peccatis mortalib. præseruemur. Pignus præterea id esse voluit futuræ nostrę glorię, & perpetuę fecilitatis, adeoq. Symbolum vnius illius corporis cuius ipse caput exstitit, cuiq. nos tamquã membra arctissima fidei, spei, & charitatis connexione astrictos esse voluit, vt id ipsum omnes diceremus; Nec essent in nobis schismata.

Luc.22.ca. iteratur.de consf.dist.2. 1.Cor.11. Ioan.6. Ephes.2. 1.Cor.11. Ephes.5. Com.12. 1.Cor.11.

De excellentia SS. Eucharistiæ super reliqua Sacramenta. Cap. III.

Commune hoc quidem est SS. Eucharistiæ cum ceteris Sacramentis, Symbolum esse rei sacræ, & inuisibilis gratię formam visibilem; verum illud in ea excellens, & singulare reperitur, quod reliqua Sacramenta tunc primũ sanctificandi vim habent, cũ quis illis vtitur; at in Eucharistia ipse sanctitatis auctor ante vsum est: nondum .n. Eucharistiam de manu Domini Apostoli susceperant, cum verè tamen ipse affirmaret corpus suum esse, quod prębebat, & semper

cap. sacrificium, de consec. d.2. c. multi. 2. q.1. Luc.22. Matt.26. Mar.14. 1.Cor.11.

Inf.cap.1. hęc fides in Ecclesię Dei fuit, statim post consecrationem verũ Domini nostri corpus, verumq. eius sanguinẽ sub panis, & vini specie unâ cum ipsius anima, & diuinitate existere: sed corpus quidem sub specie panis, & sanguinem sub vini specie, ex vi verborum: ipsum autem corpus sub specie vini, & sanguinem sub specie panis animãq. sub vtraque, vi naturalis illius connexionis, & cõcomitantiæ, qua partes Christi Domini, qui iam ex mortuis resurrexit, non amplius moriturus, inter se copulantur: diuinitatẽ porrò propter admirabilem illam eius cum corpore, & anima hypostaticã vnionem. Quapropter, verissimũ est, tãtundem sub alterutra specie, atque sub vtraque cõtineri: totus.n. & integer Christus sub panis specie, & sub quauis ipsius speciei parte, totus itẽ sub vini specie, & sub eius partib. existit.

Rom.6. cap. semel Christus. c. 1. iteratur, c. singuli. & c.q man ducant. de consecr. d. 2.inf.c.3. Inf. Ses.21. c.3. Luc.22, Ioan 6. 1.Cor.11,

De Transubstantiatione. Cap. IV.

QVoniam autem Christus Redemptor noster corpus suum id, quod sub specie panis offerebat, verè esse dixit; ideo persuasum semper in Ecclesia Dei fuit, idq. nũc denuò sancta hæc Synodus declarat, per consecrationem panis, & vini conuersionem fieri totius substantiæ panis in substantiam corporis Christi Domini nostri, & totius substantiæ vini in substantiam sanguinis eius, quæ conuersio cõueniẽter, & propriè

ca.panis.de consec d.2. ca.cũ Mart. de cel. Mis. ca.firmiter, §.1.de sum. Trin. & fi. Cat. & inf. can.2. & c. corpus. & cap.sicut est vetus, de cõsecr. dist.2.

à San-

à Sancta Catholica Ecclesia Transubstantiatio est appellata.

De cultu, & veneratione huic Sanctissimo Sacramento exhibenda.

Caput V.

N*Vllus itaque dubitandi locus relinquitur, quin omnes Christi fideles pro more in catholica Ecclesia semper recepto latriæ cultum, qui vero Deo debetur, huic sanctissimo Sacramento in veneratione exhibeant. Neque enim ideò minus est adorandum, quòd fuerit à Christo Domino, vt sumatur institutum. nam illum eundem Deum præsentem in eo adesse credimus, quem Pater æternus introducēs in orbem terrarum dicit: Et adorent eum omnes Angeli Dei: quem Magi procidentes adorauerūt; quem denique in Galilæa ab Apostolis adoratum fuisse, Scriptura testatur. Declarat præterea sancta Synodus piè & religiosè admodū in Dei Ecclesiam inductum fuisse hunc morem, vt singulis annis peculiari quodam, & festo die præcelsum hoc, et venerabile Sacramentum singulari veneratione, ac solemnitate celebraretur, vtq. in processionibus reuerenter & honorificè illud per vias, & loca publica circumferretur. Æquissimum est enim, sacros aliquos statutos esse dies, cùm Christiani omnes singulari, ac rara quadam significatione gratos, & memores testentur animos erga communem Dominum, & Redemptorem*

Inf. can. 6. venerabilia. de consecr. dist. 2.

Heb. 1. Psalm. 96.

Matt. 8. & 14.

Inf. can. 9. Clem. vnic. de reliq. & ven. Sanct.

1.Cor.15. Hebr.2. *rum pro tã ineffabili, & planè diuino beneficio, quo mortis eius uictoria, et triumphus repræsentatur, atque sic quidem oportuit victricẽ veritatem de mendacio, & hæresi triumphum agere, vt eius aduersarij in conspectu tanti splendoris, & in tanta vniuersæ Ecclesiæ lætitia positi, vel debilitati, & fracti tabescant; vel pudore affecti & confusi aliquando resipiscant.*

De asseruando sacræ Eucharistiæ Sacramento, & ad infirmos deferendo. Cap. VI.

Inf. ca. 7. ca. sanè. de cel. miss. c. 1. de cust. Eucha. ca. presbyt. de cõs. dist. 2. Concilio Rhem. c. 2. Cõc. Later. sub Innoc. III. c. 26. c. præsente. d. 93. c. peruenit. de consecr. dist. 2.

CONsuetudo asseruandi in sacrario sanctã Eucharistiam adeò antiqua est, vt eam sæculum etiam Nicæni Concilij agnouerit. Porrò deferri ipsam sacram Eucharistiam ad infirmos, & hunc vsum diligenter in ecclesijs conseruari, præterquam quòd cum summa æquitate, & ratione coniunctum est, tum multis in Cõcilijs præceptum inuenitur, & vetustissimo catholicæ ecclesiæ more est obseruatum. Quare sancta hæc Synodus retinendum omninò salutarem hunc, & necessarium morem statuit.

De præparatione, quæ adhibenda est, vt dignè quis sacram Eucharistiam percipiat. Caput VII.

SI non decet ad sacras vllas functiones quempiam accedere, nisi sanctè; certè quo magis sanctitas, & diuinitas cælestis huius Sacramenti viro Christiano comperta est, eo diligentiùs

cauere

cauere ille debet, ne absque magna reuerētia, & sanctitate ad id percipiēdū accedat, pſertim cum illa plena formidinis verba apud Apostolū legamus: Qui mãducat, & bibit indignè, iudiciū sibi manducat, & bibit, nō dijudicans corpus Domini. Quare communicare volenti reuocandum est in memoriam pius præceptum. Probet † se ipsum homo. Ecclesiastica autem consuetudo declarat eam probationem necessariam esse, vt nullus sibi conscius mortalis peccati, quantumuis sibi cōtritus videatur absq; pręmissa sacramētali Confessione, ad sacrã Eucharistiã accedere debeat; quod à Christianis omnibus, etiam ab ijs sacerdotibus, quibus ex officio incubuerit celebrare, hęc sancta Synodus perpetuò seruandum esse decreuit, modò non desit illis copia Confessoris: quod si necessitate vrgente sacerdos absque præuia confessione celebrauerit, quamprimùm confiteatur.

1. Cor. 11. c. quid est. c. & sancta. c. sicut Iudas. & c. timorem. de conſ. dist. 1. † 1. Cor. 11. c. de scelerate. cap. de cōſ. dist. 2. ca. quotidie. & c. panē. de cōſ. diſ. 1. c. omnis, qui cū seq. de pœ. dist. 1. Inf. c. 11.

De vsu admirabilis huius Sacramenti.
Caput VIII.

QVoad vsum aūt, rectè, & sapienter Patres nostri tres rationes hoc sanctum Sacramētum accipiendi distinxerunt. Quosdã. n. docuerūt sacramētaliter dūtaxat id sumere, vt peccatores: alios tãtū spiritualiter illos nimirū, qui voto propositū illū celestē panē edētes, fide viua, que ꝑ dilectionem operatur, fructū eius, & vtilitatē sentiūt: Tertios porrò sacramētaliter simul, & spiritualiter: hi aūt sunt, qui ita se prius ꝓbãt, et in-

c. quid est. cum seq. c. dupliciter, & c. in illo. de consecr. dist. 2. & inf. Sess. 22. c. 6. de cel. miss. Gal. 4. Inf. can. 8.

Matt.22. *struunt, vt vestem nuptialem induti ad diuinam hanc mẽsam accedant. In Sacramentali aũt sumptione semper in Ecclesia Dei mos fuit, vt laici à Sacerdotibus communionẽ acciperẽt; Sacerdotes autem celebrantes seipsos communicarent; qui mos, tanquam ex traditione Apostolica descendens, iure ac meritò retineri debet. Demum autem paterno affectu admonet S. Synodus, hortatur, rogat, et obsecrat per viscera misericordiæ Dei nostri, vt omnes, & singuli, qui Christiano nomine censentur, in hoc vnitatis signo, in hoc vinculo charitatis, in hoc cõcordiæ Symbolo iam tandem aliquãdo cõueniant, & concordẽt, memoresq. tantæ maiestatis, & tam eximij amoris Iesu Christi Domini nostri, qui dilectã animam suam in nostræ salutis pretium, & carnem suam nobis dedit ad manducandum, hæc sacra Mysteria corporis, & sanguinis eius, ea fidei constantia, & firmitate, ea animi deuotione, ea pietate, & cultu credant, & venerentur, vt panem illum supersubstantialem frequenter suscipere possint, & is verè eis sit anima, vita, & perpetua sanitas mentis; cuius vigore confortati, ex huius miseræ peregrinationis itinere ad cœlestem patriam peruenire valeant, eundem panem Angelorum, quem modo sub sacris velaminibus edunt, absque vllo velamine manducaturi.*

ca. reatum. de consecr. dist. 2. Inf. can. 10. Hebr. 5. & 7.

Io. 6. ca. prima de cons. dist. 2.

Psalm. 77. c. reuera. & ca. omnis, de consecr. dist. 2. Aug. super Psalm. 33. Cle. vni. de reliq. & vener. Sanct.

Quoniam autem non est satis veritatẽ dicere, nisi detegãtur, & refellãtur errores; placuit sancta

ƈta

ctæ Synodo hos Canones subiungere, vt omnes iā agnita catholica doctrina intelligant quoque, quæ ab illis hæreses caueri, vitariq. debeant.

De Sacrosancto Eucharistiæ Sacramento.

CANON I.

Si quis negauerit, in sanctissimæ Eucharistiæ Sacramento contineri verè, realiter, & substantialiter corpus, et sanguinem, vnâ cum anima, & diuinitate Domini nostri Iesu Christi, ac proinde totum Christum; sed dixerit tantummodò esse in eo, vt in signo, vel figura, aut virtute: anath. sit. Sup.c.3.

CANON II.

Si quis dixerit, in sacrosancto Eucharistiæ sacramento remanere substantiam panis, & vini, vnâ cū corpore, & sanguine Domini nostri Iesu Christi, negaueritq. mirabilem illam, & singularem conuersionem totius substātiæ panis in corpus, & totius substantiæ vini in sanguinem, manētibus dumtaxat speciebus panis & vini, quam quidem conuersionem Catholica Ecclesia aptissimè Transsubstantiationē appellat: anathema sit. Sup.c.4. ca.firmiter. §. Vna. de sum.Trin.

CANON III.

Si quis negauerit, in venerabili Sacramento Eucharistiæ sub vnaquaque specie, & sub singulis cuiusque speciei partibus, separatione facta, totum Christum contineri: anathema sit. Sup.ca.3.& inf.Ses.21. c.1. de cō. & c. singuli.cum seq. de consecr. dist.2.

CANON IV.

Si quis dixerit, peracta consecratione in admirabili Eucharistiæ Sacramēto non esse corpus, &

san-

sanguinem Domini nostri Iesu Christi, sed tãtum in vsu, dum sumitur; non autem antè vel post, & in hostijs seu particulis cõsecratis, quæ post communionem reseruãtur, vel supersunt, non remanere verum corpus Domini: anathema sit.

Sup.c.3.

CANON V.

Sup.c.2. Si quis dixerit, vel præcipuũ fructũ sanctissimæ Eucharistiæ esse remissionẽ peccatorum, vel ex ea nõ alios effectus peruenire: anathema sit.

CANON VI.

Sup c.5. Si quis dixerit, in sãcto Eucharistiæ Sacramento Christũ vnigenitũ Dei filiũ nõ esse cultu latrię et externo, adorandũ: atq; ideo nec festiua peculiari celebritate venerandũ, neq; in processionib. secundũ laudabilẽ, & vniuersalẽ Ecclesiæ sãctę ritũ, et cõsuẽtudinẽ solẽniter circũgestãdum, vel non publicè, vt adoretur, populo proponendũ, & eius adoratores esse idolatras: anathema sit.

CANON VII.

Sup.c.6. & ca. sanè, de cel. mis. Si quis dixerit, non licere sacrã Eucharistiam in sacrario reseruari, sed statim post cõsecrationẽ astantib. necessariò distribuendã, aut non licere, vt illa ad infirmos honorificè deferatur: anat. sit.

CANON VIII.

Sup.c.8. Si quis dixerit, Christum in Eucharistia exhibitum, spiritualiter tantum manducari, & non etiam sacramẽtaliter, & realiter: anathema sit.

CANON IX.

Si quis negauerit, oẽs, & singulos Christi fideles

les vtriusque sexus, cum ad annos discretionis peruenerint teneri singulis annis, saltem in Paschate, ad communicandum, iuxta præceptum sanctæ Matris Ecclesiæ: anathema sit.

ca. omnis vtriusque, de pœn. & remis. Conc. Later. sub Innoc. III. c. 21. & infra Sess 14. ca. 8. de pœnit. Cle. 1. vers. licet, d. rel. & ven. sup. c. 8.

CANON X.

Si quis dixerit, non licere sacerdoti celebranti seipsum communicare: anathema sit.

CANON XI.

Si quis dixerit, solā fidē esse sufficientē præparationem ad sumendum sanctissimæ Eucharistiæ Sacramentum: anathema sit. Et, ne tantū Sacramentū indignè, atq; ideò in mortē, & cōdemnationē sumatur: statuit, atque declarat ipsa sancta Synodus, illis, quos conscientia peccati mortalis grauat, quātūcumq; ēt se contritos existimēt, habita copia Confessoris, necessariò præmittendam esse Confessionem sacramentalem. Si quis autem contrarium docere, prædicare, vel pertinaciter asserere, seu etiam publicè disputando defendere præsumpserit, eo ipso excommunicatus existat.

Decretum de reformatione. Cap. I.

EAdē sacrosancta Tridentina Synodus, p̄sidētib. in ea eisdē S. Sedis Apostolicę Legato, et Nūcijs, intēdens nonnulla statuere, q̄ ad iurisdictionē p̄tinēt Epōrum, vt iuxta proximæ Sessionis decretū, illi in cōmissis sibi Ecclesijs eo libentiùs resideāt, quo faciliùs, et cōmodiùs sibi subiectos regere, et in vitę, ac morū honestate cōtinere potuerint; illud primum eos admonendos censet,

Tit. 1. 1. Ti. 3. 1. Pet. 5. dist. 43. in princ. dist. 94.

vt

ca. vlt. dist. 95. cap esto subiectus. *vt se pastores, non percussores esse meminerint, atque ita præesse subditis oportere, vt non in eis dominẽtur, sed illos, tamquã filios, & fratres, diligãt, elaborentq. vt hortãdo, & monẽdo ab illicitis deterreant: ne, vbi deliquerint, debitis eos pœnis coërcere cogantur: quos tamen, si quid per humanã fragilitatẽ peccare cõtigerit, illa Apostoli est ab eis seruãda præceptio,* 2. Tim. 4. *vt illos arguãt, obsecrent, increpẽt, in omni bonitate, & patientia; cum sæpè plus erga corrigendos agat beneuolentia, quàm austeritas, plus exhortatio, quàm comminatio: plus charitas, quàm potestas. Sin aũt ob delicti grauitatẽ virga opus fuerit; tunc cũ mãsuetudine rigor; cũ misericordia iudicium; cũ lenitate seueritas adhibenda est: vt sine asperitate disciplina populis salutaris, ac necessaria cõseruetur, & q correpti fuerint, emẽdẽtur, aut si resipiscere noluerint, ceteri salubri in eos animaduersionis exẽplo, à vitijs deterreãtur; cũ sit diligentis, & pij simul pastoris officium, morbis ouiũ leuia primũ adhibere fomẽta, post vbi morbi grauitas ita postulet, ad acriora, & grauiora remedia descendere: sin autem ne ea quidẽ proficiant, illis submouẽdis, ceteras sal-e oues à cõtagionis periculo liberare. Cũ igitur rei criminum plerumque ad euitãdas pœnas, & Eporum subterfugienda iudicia, q̃relas, & grauamina simulẽt, et appellationis diffugio iudicis pceßũ impediãt, ne remedio ad innocẽtiæ præsidiũ instituto,*

c. resecãdę. & ca. corripiatur, 24. c. 2. ca. cũ speciali. §. porro. de app.

ad

ad iniquitatis defensionem abutantur, atque vt huiusmodi eorũ calliditati, & tergiuersationi occurratur, ita statuit, & decreuit: in causis visitationis, & correctionis, siue habilitatis, & inhabilitatis, necnon in criminalibus, ab Epo, seu illius in spiritualib. Vicario generali antẽ definitiuã sententiam ab interlocutoria, vel alio quocumque grauamine, non appelletur: nec Episcopus, seu Vicarius appellationi huiusmodi, tamquam friuolæ, deferre teneatur, sed ea, ac quacumque inhibitione ab appellationis iudice emanata, necnõ omni stylo, & cõsuetudine, ẽt immemorabili, contratria nõ obstãte, ad vlteriora valeat procedere: nisi grauamẽ huiusmodi per definitiuam sententiam reparari, vel ab ipsa definitiua appellari nõ possit; quibus casibus sacrorũ, & antiquorum Canonũ statuta illibata persistant. Inf. Sess. 22. ca. 1. & 24. c. 20. de refor. c. licet, de off. ord. c. vt debitas. de app. cum sim.

Caput II.

A Sententia Episcopi, vel ipsius in spiritualibus Vicarij generalis, in criminalibus appellationis causa, vbi appellationi locus fuerit, si Apostolica auctoritate in partibus eã committi contigerit; Metropolitano, seu illius etiam Vicario in spiritualibus generali; aut, si ille aliqua de causa suspectus foret, vel vltra duas legales dietas distet, seu ab ipso appellatum fuerit, uni ex vicinioribus Episcopis, seu illorum Vicarijs; non autem inferioribus iudicibus committatur. c. statutum, de ref. in 6.

Ca-

Caput III.

Reus, ab Epo, aut eius Vicario in spiritualib. generali, in criminali causa appellãs, coram iudice, ad quem appellauit, acta primæ instantiæ omninò ꝓducat; & iudex, nisi illis visis, ad eius absolutionẽ minimè procedat. Is aũt, à quo appellatum fuerit, intra xxx. dies, acta ipsa postulanti gratis exhibeat: alioquin absq; illis causa appellationis hmõi, prout iustitia suaserit, terminetur.

Caput IV.

Degradatio actualis, quõ facienda.

Cvm verò tam grauia nonnunquam sint delicta, ab Ecclesiasticis commissa personis, vt ob eorum atrocitatem è sacris ordinib. deponendæ, & Curiæ sint tradẽdæ seculari, in quo secundũ Sacros Canones certus Eporum numerus reperitur, quos si omnes adhibere difficile esset, debita iuris executio differretur; si quãdo autem interuenire possent, eorum residẽtia intermitteretur: propterea statuit, & decreuit, Epo per se, seu illius Vicarium in spiritualib. generalẽ, contra Clericum, in sacris etiam Presbyteratus ordinib. constitutum, etiam ad illius condemnationem, necnon verbalem depositionem, & per seipsum etiam ad actualẽ, atque solemnem degradationem ab ipsis ordinibus, & gradibus ecclesiasticis, in casibus in quibus aliorum Eporũ præsentia in numero, à Canonib. definito, requiritur, etiam absque illis procedere liceat; adhibitis tamen, & in hoc sibi assistentibus totidem Abbati-

ca. si quis. cũ seq. 15. q. 7. ca. degradatio, de pœnit. in 6.

Conc. Aga. 1. c. si quis, cap. felix, & c. si aũt. 15. q. 7. d. c. degradati. de pœn. in 6.

batibus; vſum mitræ, & baculi ex priuilegio Apoſtolico habentibus, ſi in ciuitate, aut Diœceſi reperiri, & commodè intereſſe poſſint; alioquin alijs perſonis, in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutis, quæ ætate graues, ac iuris ſcientia commendabiles exiſtant.

Caput V.

ET *quoniam per ficta causas, quæ tamen ſatis probabiles videntur, interdum accidit, vt nonnulli eiuſmodi gratias extorqueant, per quas pœnæ, illis Epiſcoporum iuſta ſeueritate inflictæ, aut remittuntur omninò, aut minuuntur, cum non ferendum ſit, ut mendacium, quod tantoperè Deo diſplicet, non modò ipſum impunitum ſit, verum etiam alterius delicti veniam impetret mētienti: idcircò, vt ſequitur, ſtatuit, et decreuit: Epiſcopus apud Eccleſiam ſuam reſidens, de ſurreptione, & obreptione gratiæ, quæ ſuper abſolutione alicuius publici criminis, uel delicti de quo ipſe inquirere cœperat, aut remiſſione pœnæ, ad quam criminoſus per eum condemnatus fuerit, falſis precibus impetratur, per ſeipſum tamquam Sedis Apoſtolicæ Delegatus etiam ſummariè cognoſcat; ipſamq. gratiam, poſtquam per falſi narrationem, aut veri taciturnitatem, obtentam eſſe, legitimè conſtiterit, non admittat.*

Exo. 23. Leu. 19. Prouer. 6. 8. 10. 12. & 15. c. ſi quis dixerit. cū ſeq. & c. nemo peritorū. 11. q. 3.

ca. ſuper literis. & ca. cum dilec. de reſcrip.

Caput

Caput VI.

QVoniam verò subditi Episcopo, tametsi iure correpti fuerint, magnoperè tamen eum odisse, & tanquam iniuria affecti sint, falsa illi crimina obijcere solent, vt quoquo pacto possint, ei molestiam exhibeant; cuius vexationis timor plerumque illum ad inquirenda, & punienda eorum delicta segniorem reddit: idcirco ne is magno suo, & Ecclesiæ incommodo gregem sibi creditum relinquere, ac non sine Episcopalis dignitatis diminutione vagari cogatur: ita statuit, & decreuit: Episcopus, nisi ob causam, ex qua deponendus, siue priuandus veniret, etiam si ex officio, aut per inquisitionem, seu denunciationem, vel accusationem, siue alio quouis modo procedatur, vt personaliter compareat, nequaquam citetur, vel moneatur.

c. sunt nō-nulli. 2. q. 7. inf. Sess. 24. c. 1. de ref. c. qualiter, & quando. il 8. de accus.

Caput VII.

TEstes in causa criminali ad informationem, vel indicia, seu aliàs in causa principali contra Episcopum, nisi contestes, & bonæ conuersationis, existimationis, & famæ fuerint, non recipiantur, & si odio, temeritate, aut cupiditate aliquid deposuerint, grauibus pœnis mulctentur.

c. accusatio quoque, c. accusat. Episcoporū, c testes. 2. q. 7. & ca. vlt. 2. q 5. Cōc. Rom. sub Siluest. I. c. 1. & 2. de translat. c. vt debitus, ext. de appellat. ca. maiores, de bapt. c. quampis. & c. dudum. 3. q. 6.

Caput VIII.

CAusæ Episcoporum, cū pro criminis obiecti qualitate cōparere debeant, corā Pontifice Maximo referantur, ac per ipsum terminentur.

Decre-

Decretum prorogationis definitionis quattuor articulorũ de Sacramento Eucharistię, & Saluicōductus, Protestātibus dādi.

EAdem Sancta Synodus errores omnes, qui super hoc Sanctissimo Sacramento repullularunt, tamquam vepres ex agro Domini euellere, ac omnium fidelium saluti prospicere cupiens, quotidianis precibus Deo omnipotenti piè oblatis, inter alios, ad hoc Sacramentum pertinentes articulos, diligentissima veritatis Catholicæ inquisitione tractatos, plurimis, accuratissimisq. pro rerum grauitate disputationibus habitis, cognitis quoque præstantissimorum Theologorum sententijs, hos etiam tractabat: An necessarium sit ad salutem, & diuino iure præceptum, vt singuli Christi fidelis sub vtraque specie ipsum venerabile Sacramentum accipiant. Et: Num minus sumat, qui sub altera, quàm qui sub vtraque communicat. Et: An errauerit Sancta Mater Ecclesia, laicos, & non celebrantes Sacerdotes, sub panis specie dumtaxat communicando? Et: An paruuli etiam communicandi sint? Sed quoniam ex nobilissima Germaniæ prouincia ij, qui se Protestantes nominant, super his ipsis articulis, ante quàm definiantur, audiri à S. Synodo cupiunt, & eam ob causam fidem publicam ab illa postularunt, vt ipsis tutò huc venire, & in hac vrbe commorari, ac liberè

Inf. Sef. 21. c. 1. cũ seq. & c. 1. & Cath. car. 155. 31. Inf. Sef. 21. in dec. sup peti. conce.

Inf. Sef. 21. c. 4. & can. fin.

coram Synodo dicere, atque proponere quæ senserint, & postea cum libuerit, recedere liceat: sancta ipsa Synodus, licet magno desiderio eorũ aduentum multos antea menses expectarit: tamen, vt pia mater, quæ ingemiscit, & parturit, summoperè id desiderãs ac laborãs, vt in ijs, q Christiano nomine censentur, nulla sint schismata, sed quemadmodũ eundem omnes Deum, & redemptorem agnoscũt, ita idem dicant, idem credant, idem sapiant, confidens Dei misericordia, & sperans fore, vt illi in sanctissimam, & salutarem vnius fidei, spei, charitatisq. concordiam redigantur, libenter eis in hac re morem gerens, securitatem, & fidem, vt petierunt publicam, quam saluũ conductũ vocant, quod ad se pertinẽt, eius, qui infrascriptus erit, tenoris, dedit, atque cõcessit: & eorum causa definitionem illorum articulorum ad secundam Sessionem distulit; quam, vt illi cõmodè ei interesse possint, in diem festũ Conuersionis D. Pauli, quæ erit vigesimaquinta die mensis Ianuarij anni sequentis, indixit. Illudq. præterea statuit, vt in eadem Sessione de Sacrificio Missæ agatur, propter magnam vtriusque rei connexionem: interea Sessione proxima de Pœnitentiæ, & Extremæ vnctionis Sacramentis tractandum. illam aũt die festo D. Catharinæ Virginis, & Martyris, qui erit vigesimaquinta Nouembris, habendam esse decreuit, simulq. vt in vtraque, materiam reformationis prosequatur.

SAL-

SALVVS CONDVCTVS *datus Proteſtantibus.*

SACROSANCTA, Generalis Tridentina Synodus, in Spiritusancto legitimè congregata, præſidentibus in ea eiſdem S. Sedis Apoſtolicæ Legato, & Nuncijs, omnibus, & ſingulis, ſiue Eccleſiaſticis, ſiue ſæcularibus perſonis vniuerſæ Germaniæ, cuiuſcumque gradus, ſtatus, conditionis, & qualitatis ſint, quæ ad œcumenicum hoc, & generale Concilium accedere voluerint, vt de iis rebus, quæ in ipſa Synodo tractari debent, omni libertate conferre, proponere, & tractare, ac ad ipſum œcumenicum Concilium liberè, & tuto venire, & in eo manere, & commorari, ac articulos, quot illis videbitur, tam ſcripto, quàm verbo offerre, proponere, & cum Patribus, ſiue iis, qui ab ipſa S. Synodo delecti fuerint conferre, & abſque vllis conuicijs, & cõtumelijs diſputare, necnon & quando illis placuerit, recedere poſſint, & valeant, publicam fidem, & plenam ſecuritatem, quam Saluum conductum appellant, cum omnibus, & ſingulis clauſulis, & decretis neceſſarijs, & opportunis, etiam ſi ſpecialiter, & non per verba generalia exprimi deberent, quæ pro expreſſis haberi voluit, quantum ad ipſam S. Synodum ſpectat, concedit. Placuit præterea S. Synodo, vt ſi pro maiori libertate, ac ſecuritate eorum, certos tam pro commiſſis, quàm pro committendis per eos delictis, Iudices eis deputari cupiant, illos ſibi beneuolos nominent, etiam ſi delicta ipſa quantumcunque enormia, ac hæreſim ſapientia fuerint.

SESSIO XIV.

Quæ est iiij. sub Iulio III Pont. Max.

Celebrata die XXV. Nouemb. M. D. LI.

Doctrina de sanctissimis Pœnitentiæ, & extremæ Vnctionis Sacramentis.



ACROSANCTA, œcumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritusancto legitimè cõgregata, præsidentibus in ea eisdem Sanctæ Sedis Apostolicæ Legato, & Nuncijs, quamuis in decreto de Iustificatione multus fuerit de Pœnitentiæ Sacramento, propter locorum cognationem, necessaria quadam ratione sermo interpositus, tanta nihilominus circa illud nostra hac ætate diuersorum errorum est multitudo, vt non parum publicæ vtilitatis retulerit, de eo exactiorem, & pleniorem definitionem tradidisse; in qua demonstratis, & conuulsis, Spiritussancti præsidio, vniuersis erroribus, catholica veritas perspicua, & illustris fieret; quam nunc sancta hæc Synodus Christianis omnibus perpetuò seruandam proponit.

Sup. Ses. 6.

De

De necessitate, & institutione Sacramenti Pœnitentiæ. Cap. I.

SI ea in regeneratis omnibus gratitudo ergà Deum esset, vt iustitiam in Baptismo, ipsius beneficio, & gratia susceptam, cōstanter tuerentur: non fuisset opus, aliud ab ipso Baptismo Sacramentum, ad peccatorum remissionem esse institutum. Quoniam autem Deus, diues in misericordia cognouit figmentum nostrum; illis etiam vitæ remedium cōtulit, qui sese postea in peccati seruitutem, & Dæmonis potestatē tradidissent, Sacramentum videlicet Pœnitentiæ; quo lapsis post Baptismum beneficium mortis Christi applicatur. Fuit quidem pęnitentia vniuersis hominibus, qui se mortali aliquo peccato inquinassent, quouis tempore ad gratiam, & iustitiam asseruendā necessaria, illis etiam, qui Baptismi Sacramēto ablui petiuissent, vt, peruersitate abiecta, & emendata, tantam Dei offensionem cum peccati odio, & pio animi dolore detestarentur. Vnde Propheta ait: Conuertimini, & agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus vestris, & non erit vobis in ruinā iniquitas. Dominus etiā dixit: Nisi pęnitētiam egeritis, omnes similiter peribitis. Et princeps Apostolorum Petrus peccatoribus Baptismo initiandis pęnitentiam commendans, dicebat: Pęnitentiā agite, et baptizetur vnusquisque vestrū. Porrò nec ante aduen-

Inf. can. I. Psalm. 102. Ephes. 2. Sup. Sess. 6. 11. de iust. Conc. Cabilon. c. 8.

Ezec. 18. & 33. & Ioel. c. 2.

Luc. 13.

Act. 2. c. 2. gunt. & ca. propriè. de cons. dis. 4.

tum Christi Pœnitentia erat Sacramentum, nec est post aduentum illius cuiquā ante Baptismum. Ioan.10. *Dominus autem Sacramentum Pœnitentiæ tunc* Matt.13.& 18.c. vt con *præcipuè instituit, cū à mortuis excitatus, insufflauit discipulos suos, dicens: Accipite Spiritumsanctū: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt.* stituerretur. 50. dist. & inf. c.8. in fi. & can.3. *Quo tam insigni facto, & verbis tam perspicuis, potestatem remittēdi, & retinēdi peccata ad reconciliandos fideles, post Baptismū lapsos, Apostolis, & eorū legitimis successoribus fuisse communicatam, vniuersorum Patrum consensus semper intellexit.* ca. audiuimus, cum seq. 24.q.2. Cat.car.69. 4. & 165. 39. *Et Nouatianos, remittendi potestatem olim pertinaciter negantes, magna ratione Ecclesia Catholica, tamquam hæreticos, explosit, atque condemnauit.* Conc. Nic. cap.8. Conc Arel. 2.9. c.si qui voluerint, 1. q.7.c.quidam. 24.q. 3.c. fi.vers. certè. de pœn. dis.1. *Quare verissimum hunc illorum verborum Domini sensum, sancta hæc Synodus probans, & recipiens, damnat eorum commenticias interpretationes, qui verba illa ad potestatem prædicandi verbum Dei, & Christi Euangelium annunciandi, contra huiusmodi Sacramēti institututionē falsò detorquent.* Sess.6.de iusti.ca.11. & inf.c.1.

De differentia Sacramenti Pœnitentiæ, & Baptismi. Cap. II.

CEterum hoc Sacramentum multis rationibus à Baptismo differre dignoscitur. Nam, præter quam quod materia, & forma, quibus Sacramenti essentia perficitur, longissimè dissidet:

det:

det: constat certè, Baptismi ministrum iudicem esse non oportere: cum Ecclesia in neminem iudicium exerceat, qui nō prius in ipsam per Baptismi ianuam fuerit ingressus. Quid enim mihi (inquit Apostolus) de ijs, qui foris sunt, iudicare? Secus est de domesticis fidei, quos Christus Dominus lauacro Baptismi sui corporis membra semel effecit. Nam hos, si se postea crimine aliquo contaminauerint, nō iā repetito Baptismo ablui, cum id in Ecclesia Catholica nulla ratione liceat, sed ante hoc tribunal, tamquam reos, sisti voluit: vt per sacerdotum sententiam, non semel, sed quoties ab admissis peccatis ad ipsum penitentes confugerent, possent liberari. Alius est præterea Baptismi, & alius Pœnitentiæ fructus, per Baptismum enim Christum induētes, noua prorsus in illo efficimur creatura, plenam & integram peccatorum omnium remissionem consequentes: ad quam tamen nouitatem, & integritatem per Sacramentum Penitentiæ sine magnis nostris fletibus & laboribus, diuina id exigente iustitia, peruenire nequaquam possumus, vt meritò Penitentia laboriosus quidam Baptismus à sanctis Patribus dictus fuerit. Est autem hoc Sacramentum Penitentiæ lapsis post Baptismum ad salutem necessarium, vt nondum regeneratis ipse Baptismus.

1. Cor. 5. in fi. ca. multi. 2. q. 1. c. gaudemus. de diu. c. verbum. de pœn. distinct. 2.

Gal. 3. in fi. 2. Cor. 5. in fin.

De partibus, & fructu huius Sacramenti. Caput III.

Docet præterea sancta Synodus, Sacramenti Pœnitentiæ formam, in qua præcipuè ipsius vis sita est, in illis ministri verbis positam esse; ego te absoluo, &c. quibus quidē de Ecclesiæ sanctæ more preces quædam laudabiliter adiunguntur; ad ipsius tamen formæ essentiam neuquaquā spectant, neque ad ipsius Sacramenti administrationem sunt necessariæ. Sūt autem quasi materia huius Sacramēti ipsius pœnitē tis actus, nempè, Contritio, Confessio, & Satisfactio. Qui quatenus in pœnitente ad integritatem Sacramenti, ad plenamq., & perfectam peccatorum remissionem ex Dei institutione requirantur, hac ratione Pœnitentiæ partes dicuntur. Sanè verò res, & effectus huius Sacramenti, quantum ad eius vim, & efficaciam pertinet, reconciliatio est cum Deo, quam interdum in viris pijs, & cum deuotione hoc Sacramentum percipientibus, conscientiæ pax, ac serenitas cum vehementi spiritus consolatione consequi solet. Hæc de partibus, & effectu huius Sacramenti, sancta Synodus tradens, simul eorum sententias damnat, qui pœnitentiæ partes incussos conscientiæ terrores, & fidem esse contendunt.

Conc. Flor. sub Eugen. Quarto. Sup. Sess.6. de iustific. c.14. & inf. c.4. Cat. car. 164.6.

De Contritione. Cap. IV.

Sup. Sess.6. de iustif. c. 5. & 14.

Contritio, quæ primum locū inter dictos pœnitentis actus habet, animi dolor, ac detesta-

testatio est de peccato commisso, cũ proposito non peccandi de cetero. Fuit aũt quouis tpe ad impetrãdam veniam peccatorũ hic cõtritionis motus necessarius, & in homine post Baptismum lapso ita demum præparat ad remissionẽ peccatorum, si cum fiducia diuinæ misericordiæ, & voto præstãdi reliqua, cõiunctus sit, q̃ ad ritè suscipiẽdum hoc Sacramentum requiruntur. Declarat igitur sancta Synodus, hãc contritionẽ nõ solũ cessationẽ à peccato, & vitæ nouæ propositũ, & inchoationem: sed veteris ẽt odium continere, iuxta illud; Proÿcite à vobis omnes iniquitates uestras, in quib. præuaricati estis, & facite vobis cor nouum, & spiritum nouum. Et certè, qui illos sanctorum clamores cõsiderauerit: Tibi soli peccaui, & malũ coram te feci; Laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meũ: Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ, et alios huiusmodi generis; facile intelliget eos ex vehemẽti quodã anteactæ vitæ odio & ingẽti peccatorũ detestatione manasse. Docet præterea, etsi Contritionem hanc aliquando charitate perfectam esse contingat, hominemq. Deo reconciliare, prius quàm hoc Sacramentum actu suscipiatur, ipsam nihilominus reconciliationem ipsi Contritione sine Sacramẽti voto, quod in illa includitur, nõ esse adscribendam. Illã verò Contritionem imperfectam quæ attritio dicitur, quoniam, vel ex turpitudinis peccati cõsideratione, vel

Tho. Aqui 4. sent. dist. 18 q. 2. art. 1. ca. 1 in fi. c. pe. & c. 1. risor. qui pœn. dist. 3. Cate. car. 167. ca. 26.

In sic. can. 5.

Ezech. 18.

Psalm. 50. ca. & venit de pœn. dis. 1. & cap totam. de pœ. dist. 3. Psal. 6. c. si quis d. 50. Isa. 38. in Cãt. incip. Ego dixi.

vel ex gehennæ, & pęnarum metu cõiter cõcipitur; si voluntatem peccandi excludat, cũ spe veniæ; declarat non solum non facere hominem hypocritam, & magis peccatorem, verum etiã donum Dei esse, & Spiritus sãcti impulsum, nõ adhuc quidem inhabitantis, sed tantum mouentis, quo pænitens adiutus uiam sibi ad iustitiã parat. Et quamuis sine Sacramento Pænitentiæ per se ad iustificationẽ perducere peccatorem nequeat, tamen eũ ad Dei gratiã in Sacramẽto Pęnitentię impetrãdã disponit. Hoc.n.timore vtiliter cõcussi Niniuitæ, ad Ionæ prædicationem plenã terroribus pęnitentiã egerunt, & misericordiã à Domino impetrarũt. Quamobrem falsò quidã calumniantur Catholicos scriptores, quasi tradiderint, Sacramentũ Pęnitentiæ, absque bono motu suscipientiũ, gratiã cõferre: ꝙ nũquã Ecclesia Dei docuit, neque sẽsit. sed et falsò docẽt, Cõtritionẽ esse extortã, & coactã, nõ liberã, & voluntariam.

Ioan.3. Matt.21. Lucæ 11. c. quamobrem. de pœn.dis.1.

De Confessione. Cap. V.

EX institutione Sacramẽti Pænitentiæ iã explicata, uniuersa Ecclesia semper intellexit, institutam ẽt esse à Domino integrã peccatorũ Confessionẽ, et omnib. post Baptismũ lapsis, iure diuino, necessariã existere: quia Dominus noster Iesus Christus à terris ascẽsurus ad cœlos, sacerdotes sui ipsius Vicarios reliquit, tãquam prę sides, et iudices, ad quos omnia mortalia crimina deferantur, in quæ Christi fideles ceciderint: qui,

Lucæ.5. & 17. Iac.5. 1 Ioan.1. inf.c.6. Ioan.20. Matt.16. c. verbum. de pęn d 1. & c. adhuc, & c. inter hæc, lib.2. de pęn.d.1.

pro

pro potestate clauium remissionis aut retentionis peccatorũ, sentẽtiam pronuncient. Constat enim, sacerdotes iudicium hoc, incognita causa, exercere non potuisse, neque æquitatem quidẽ illos in pęnis iniungendis seruare potuisse, si in genere dumtaxat, et nõ potius in specie, ac sigillatim sua ipsi peccata declarassent. Ex his colligitur, oportere à pęnitentibus oĩa peccata mortalia, quorũ post diligentẽ sui discussionẽ conscientiã habẽt in confessione recenseri ẽt, si occultissima illa sint, & tantũ aduersus duo vltima Decalogi pcepta cõmissa, q̃ nõnunquã aĩum grauius sauciãt, et periculosiora sunt ijs, q̃ in manifesto admittũtur. Nã venialia quib. à gratia Dei nõ excludimur, & in q̃ frequentius labimur, quamquã rectè, & vtiliter, citraq. oẽm psumptionẽ in Cõfessione dicãtur, ꝙ piorum hominũ vsus demonstrat, taceri tamen citra culpam, multisq. alijs remedijs expiari possunt. Verũ, cũ vniuersa mortalia peccata, etiam cogitationis, homines iræ filios, & Dei inimicos reddant; necessum est omnium ẽt veniam, cum aperta, & verecunda Cõfessione, à Deo quærere. Itaque dũ omnia, quæ memoriæ occurrũt, peccata Christi fideles confiteri student, proculdubio oĩa diuinæ misericordiæ agnoscenda exponãt; qui verò secus faciũt, & sciẽter aliqua retinẽt, nihil diuinæ bonitati per sacerdotem remittendũ proponũt. Si .n. erubescat ægrotus vulnus medico detegere; ꝙ ignorat, medicina non curat. Colligitur

Inf. ca. 6.
Deut. 5.
Exo. 20.

Sup. Ses. 6. de iust. c. 2. ca. adhuc. & ca. de quotidianis. de pęn. dist. 3.
Eph. 2.

præ-

ca. conside rat. de pen. dis. 5. & ca. omnis vtriusque, de penit. & remis. c. aut facta, de poen. dist. 1. Can. cat. 170. 15. & 177. 12.

præterea, etiam eas circumstantias in Confessione explicandas esse, quæ speciē peccati mutāt, quod sine illis peccata ipsa nec à pœnitentibus integrè exponātur, nec iudicibus innotescāt, & fieri nequeat, vt de grauitate criminū rectè censere possint, & pœnam quam oportet pro illis pœnitentibus imponere. Vnde alienum à ratione est, docere circumstantias has ab hominibus otiosis excogitatas fuisse; aut vnā tantùm circumstantiā cōfitendā esse, nempè peccasse in fratrem. Sed & impium est, Cōfessionē, q̄ hac rōn fieri pcipitur, impossibilē dicere, aut carnificinam illā cōscientiarum appellare. Cōstat.n.nihil aliud in Ecclesia à Pœnitētib. exigi, quā, vt postquā quisque diligētiùs se excusserit, & cōscientiæ suæ sinus omnes, & latebras explorauerit, ea peccata cōfiteatur, quibus se Dñm, & Deū suū mortaliter offendisse meminerit: reliqua autem peccata, quæ diligēter cogitanti non occurrunt in vniuersum, eadē confessione inclusa esse intelliguntur: pro quib. fideliter cum Propheta dicimus: Ab occultis meis

Psalm. 18.

mūda me Dñe. Ipsa verò huiusmodi Confessionis difficultas, ac peccata detegēdi verecūdia grauis quidem videri posset, nisi tot, tantisq. commodis & consolationib. leuaretur, quæ omnibus dignè ad hoc Sacramentum accedētib. per Absolutionem certissimè cōferuntur. Ceterum, quò ad modum confitendi secreto apud solum Sacerdotem, etsi Christus non vetuerit, quin aliquis in vin-

dictam

dictam suorum scelerum, & sui humiliationem cùm ob aliorum exemplũ, tum ob Ecclesiæ offensæ ædificationem, delicta sua publicè cõfiteri possit: non est tamen hoc diuino præcepto mãdatum, nec satis consultè humana aliqua lege præciperetur, vt delicta, præsertim secreta, publica essent confessione aperienda. Vnde cum à sanctissimis, & antiquissimis Patrib. magno, vnanimiq. consensu secreta Confessio sacramentalis, qua, ab initio, Ecclesia sancta vsa est, & modò etiã vtitur, fuerit semper commendata, manifestè refellitur inanis eorũ calumnia, qui eam à diuino mandato alienam, & inuentum humanũ esse, atque à Patribus in Concilio Lateranensi congregatis initium habuisse docere nõ verentur. Neque.n. per Lateranense Concilium Ecclesia statuit, vt Christi fideles confiterentur: quod iure diuino necessarium, & institutum esse intellexerat, sed vt præceptum Confessionis saltem semel in anno, ab omnibus, et singulis, cum ad annos discretionis peruenissent, impleretur. Vnde iam in vniuersa Ecclesia cum ingenti animarũ fidelium fructu, obseruatur mos illæ salutaris confitẽdi sacro illo, & maximè acceptabili tpe Quadragesimæ: quem morem hæc S. Synodus maximè probat, & amplectitur, tamquam pium, & meritò retinẽdum.

Conc. Cabil. ca. 2. & 33. Cle. 1. 1. ep. 1. ad Iac.

Inf. can. 8. & c. 4. Conc. Lat. sub Innoc. I. I. c. 21. ca. omnis vtriusque. de pen. & remis.

De ministro huius sacramenti, & Absolutione. Cap. VI.

CIrca ministrum autem huius Sacramenti, declarat

Inf. cap. 10.

declarat S. Synodus, falsas esse, & à veritate Euāgelij penitus alienas doctrinas oēs quę ad alios quosuis hoīes ꝑter Epos, & sacerdotes, clauium ministeriū perniciosè extēdunt: putātes verba illa Domini: Quæcūque alligaueritis super terrā, erunt alligata & in cęlo, & quæcumque solueritis super terrā, erūt soluta & in cælo: &, Quorū remiseritis peccata, remittūtur eis: & quorū retinueritis, retēta sūt: ad oēs Christi fideles indifferēter, et ꝓmiscuè, cōtra institutionē huius Sacramēti, ita fuisse dicta, vt quiuis potestatē hēat remittēdi peccata: publica quidē per correptionē, si correptus acquieuerit; secreta verò per spōtaneā Cōfessionē, cuicumque factā. Docet quoque, ēt sacerdotes, q peccato mortali tenentur, per virtutē Spiritus sancti in ordinatione collatā, tamq̄ Christi ministros functionē remittēdi peccata exercere, eosq. prauè sentire, q in malis sacerdotib. hanc potestatē nō esse cōtendūt. Quāuis aūt Absolutio sacerdotis alieni beneficij sit dispēsatio, tñ non est solū nudū ministeriū, vel annunciandi Euāgeliū, vel declarādi remissa esse peccata: sed ad instar actus iudicialis, quo ab ipso, velut à iudice sententia pronūciatur: atque ideo nō dēt pęnitēs adeò sibi de sua ipsius fide blādiri, vt, ēt si nulla illi adsit cōtritio, aut sacerdoti animus seriò agendi, & verè absoluendi desit, putet tñ se ꝑ suam solam fidem, verè, & coram Deo esse absolutum: nec. n. fides sine Pęnitentia remissionē vllā peccatorum præ-

Matt. 16. Joan. 20. Sup Sess. 7. de sacr. c. 10.

c. secūdum ecclesię. 19. d. & ca. non nocet. 1. q. 1.

Inf. can. 9.

præstaret, nec is esset nisi salutis suæ negligẽtissimus, qui sacerdotem ioco se absoluentem cognosceret, & nõ aliũ seriò agentẽ, sedulò requireret.

De casuum reseruatione. Cap. VII.

QVoniam igitur natura, & ratio iudicij illud exposcit, ut sñia in subditos duntaxat feratur; persuasum semper in Ecclesia Dei fuit, & verissimum esse Synodus hæc confirmat, nullius momenti absolutionem eã esse debere, quàm Sacerdos in eum profert, in quẽ ordinariam, aut subdelegatam non habet iurisdictionem. Magnoperè verò ad Christiani populi disciplinam pertinere sanctissimis Patribus nostris visum est, ut atrociora quædã, & grauiora crimina non à quibusuis, sed à summis duntaxat sacerdotib. absoluerẽtur. Vnde meritò Pontifices Maximi pro suprema potestate sibi in Ecclesia vniuersa tradita, causas aliquas criminum grauiores suo potuerũt peculiari iudicio reseruare. Neque dubitãdũ est, quãdo omnia, quæ à Deo sunt, ordinata sunt, quin hoc idem Ep s omnibus in sua cuique Diœcesi, in ædificationẽ tamen, nõ in destructionẽ liceat pro illis in subditos tradita supra reliquos inferiores Sacerdotes auctoritate, præsertim quò ad illa, quibus excommunicationis censura annexa est. Hanc autem delictorũ reseruationem, consonum est diuinæ auctoritati, non tantum in externa politia, sed ẽt coram Deo vim habere. Verumtamen piè admodum, ne hac ipsa occasione, aliquis pereat,

ca. oĩs nisi quis. de pę. & remis c. si Episcopus. de pęn. in 6.

c. si qs suadente, 17. q. 4. c. ita quorundã, de iud. ca. conquesti. de sent ex. comæ. q cũque. eo. tit. in 6. & c. 2. eod. tit. in Cle. c. & si dominici. de pœn. & rem. in ext. con. cũ sim. Ro. 23. cap. felicis. de pœn. & remiss. in 6. & ca. si episcop. de pę. & remis. in 6.

d. ca. felicis. de pęn. in 6. ca. pastoralis de offic. ordi. Clem. cupientes, de pęnis, c inter cũctas. §. duos, de priuil. in extrauag. comm.

reat, in eadem Ecclesia Dei custoditum semper fuit, vt nulla sit reseruatio in articulo mortis: atque ideò oẽs sacerdotes quoslibet pęnitentes à quibusuis peccatis, & cẽsuris absoluere possunt, extra quem articulum sacerdotes, cum nihil possint in casibus reseruatis, id vnum pœnitentibus persuadere nitantur, vt ad Superiores, & legitimos iudices pro beneficio absolutionis accedant.

De Satisfactionis necessitate, & fructu. Caput VIII.

De pęn. dis. 3. circa pri.

Inf. ca. 12.

Gen. 3. 2. Reg. 12. Num. 2. & 20.

1. Cor. 3. Eph. 4.

DEmum quò ad Satisfactionem, quæ ex omnib. Pęnitentiæ partibus: quemadmodum à Patribus nostris Christiano populo fuit perpetuo tempore commendata, ita vna maximè nostra ætate, summo pietatis prætextu, impugnatur ab ijs, qui speciem pietatis habent, virtutem aũt eius abnegarũt: & sancta Synodus declarat, falsum omninò esse, & à verbo Dei alienũ, culpam à Domino numquã remitti, quin vniuersa etiam pœna condonetur: perspicua enim, & illustria in sacris litteris exempla reperiuntur, quib. præter diuinam traditionem, hic error quã manifestissimè reuincitur. Sanè & diuinæ iustitiæ ratio exigere videtur, vt aliter ab eo in gratiã recipiantur, qui ante Baptismum per ignorantiam deliquerint: aliter verò, qui semel à peccati, & Dæmonis seruitute liberati, & accepto Spiritussancti dono, scienter, templum Dei violare, & Spiritum Sanctum contristare nõ formidauerint. Et diui-

diuinam clemẽtiã decet, ne ita nobis absque vlla satisfactione peccata dimittantur, vt, occasione accepta, peccata leuiora putãtes, uelut iniurij, & cõtumeliosi Spirituisancto, in grauiora labamur, thesaurizãtes nobis iram in die iræ. Proculdubio enim magnoperè à peccato reuocãt, & quasi freno quodam coërcent hæ satisfactoriæ pęnæ, cautioresq., & vigilantiores in futurum pęnitentes efficiunt, medentur quoque peccatorum reliquijs, & vitiosos habitus, malè viuendo comparatos, cõtrarijs virtutum actionib. tollunt. Neque verò securior vlla via in Ecclesia Dei nunquam existimata fuit ad amouendam imminentem à Domino pęnã, quã vt hæc pęnitentiæ opera homines cum vero animi dolore frequentent. Accedit ad hæc, quòd, dum satisfaciendo patimur pro peccatis, Christo Iesu, qui pro peccatis nostris satisfecit, ex quo omnis nostra sufficientia est, conformes efficimur, certissimam quoque inde arrham habẽtes, quòd si compatimur, & conglorificabimur. Neque verò ita nostra est satisfactio hæc, quã pro peccatis nostris exsoluimus, vt non sit per Christum Iesum: nam qui ex nobis, tamquam ex nobis, nihil possumus; eo cooperante, qui nos confortat, omnia possumus: ita nõ habet homo, vnde glorietur, sed omnis gloriatio nostra in Christo est, in quo viuimus, in quo meremur, in quo satisfacimus: facientes fructus dignos pęnitentiæ, qui ex illo vim habent: ab illo

Rom. 2. & Iac. 5. Ezech. 33. Ionæ 3. Ier. 3. 18. & 25. Isa 20. Ezech. 17. Matt. 14. 11. & 18. cũ fin. Eph. 3. Act. 3. Rom. 5. 1. Ioan 2. in princ. 2. Cor. 3. Rom. 8.

2. Cor. 3. Philip. 4. 1. Cor. 1. in fin. 2. Cor. 10. in fin. Gal. 6. Act. 17. Mat. 3. & 4. Luc. 3. 4. & 17.

ca. tempora, cũ multis seq. 26. q. 7. c. de pęn. de cõsecr. dist. 4. Conc. Cartha 3 c. 21. & Concil. Cartag. 4. c. 74. Conc. Cab. c. 34. & 38. Con. Aphr. c 9. Conc. Laodic. ca. 2. Matt. 16. & Io. 20. Sup. c. 1. in fi. & inf. can. 3. & vlt. de pœn.

offeruntur Patri: & per illũ acceptantur à Patre. Debent ergo sacerdotes Domini, quantum spiritus, & prudentia suggesserit, pro qualitate criminum, & pœnitentium facultate salutares, & conuenientes satisfactiones iniungere: ne, si fortè peccatis conniueant, & indulgentiùs cum pęnitentibus agant, leuissima quædam opera pro grauissimis delictis iniungẽdo, alienorum peccatorum participes efficiantur. Habeãt autem præ oculis, vt satisfactio, quam imponunt, non sit tantùm ad nouæ vitæ custodiam, & infirmitatis medicamentum, sed etiam ad præteritorum peccatorum vindictam, & castigationem. Nam claues sacerdotibus non ad soluendum dumtaxat, sed & ad ligandum concessas, etiam antiqui Patres, & credunt, & docent; nec propterea existimarunt, Sacramentum Pœnitentiæ esse forum iræ, vel pęnarum, & sicut nemo vnquam Catholicus sensit ex huiusmodi nostris satisfactionibus vim meriti, & satisfactionis Domini Nostri Iesu Christi, vel obscurari, vel aliqua ex parte imminui: quod dum Nouatores intelligere nolunt, ita optimam Pęnitentiam nouam vitam esse docent, vt omnem satisfactionis vim, & vsum tollant.

De operibus Satisfactionis. Cap. IX.

D*Ocet præterea, tantam esse diuinæ munificentiæ largitatem, vt non solũ pœnis, sponte à nobis pro vindicando peccato susceptis, aut sacer-*

sacerdotis arbitrio pro mensura delicti impositis: sed etiam, (quod maximũ amoris argumentum est) temporalibus flagellis à Deo inflictis, & à nobis patienter tolratis, apud Deum Patrem per Christum Iesum satisfacere valeamus. c. sunt plures in fi. de pęn. dist. 3. Act. 14. in fin. Rom. 5.

Doctrina de Sacramento extremæ Vnctionis.

VIsum est autem sanctæ Synodo, præcedenti doctrinę de Pœnitentia adiungere ea, quę sequuntur de sacramento extremæ Vnctionis: quod non modo Pœnitentiæ, sed totius Christianæ vitæ, quæ perpetua Pœnitẽtia esse debet consumatiuum existimatum est à Patribus. Primũ itaque circa illius institutionẽ declarat, & docet, quod clementissimus Redemptor noster, qui seruis suis quouis tempore voluit de salutaribus remedijs aduersus omnia omniũ hostium tela esse prospectum, quemadmodum auxilia maxima in Sacramẽtis alijs præparauit, quibus Christiani conseruare se integros dum viuerent, ab omni grauiore spiritus incommodo possint; ita extremæ Vnctionis Sacramẽto finem vitæ, tamquam firmissimo quodam præsidio muniuit. Nam etsi aduersarius noster occasiones per omnem vitam quærat, & captet, vt deuorare animas nostras quoquo modo possit; nullum tamen tempus est, quo vehementiùs ille omnes suæ versutiæ ner- Inf. can. 1. de sac. ext. Vnct. 1. Pet. 5. cap. nulli. dub 2. q. 1. c. v. sis. 16. q. 1. c. scien dum, cum se q 26. q. 4. c. nec mi-

rum. 26. q. 5. in med. cap. sunt plurimi. 6. q. 1. Genes. 3. & inf. c. 2. in fin.

uos intendat ad perdendos nos penitus, & à fiducia etiam, si possit diuinæ misericordiæ deturbandos, quam cum impendere nobis exitum vitæ perspicit.

De institutione Sacramenti extremæ Vnctionis. Caput I.

Matt. 6. Iac. 5. cap. Presbyter. 95. dist. c. 1. §. 1. de sac. Vnct. Conc. Cab. 48. Innoc. I. epist. 1. c. 8.

INstituta est autem sacra hæc Vnctio infirmorum, tanquam verè, & propriè Sacramentum noui Testamenti, à Christo Domino nostro, apud Marcum quidem insinuatum; per Iacobum autem Apostolum, ac Domini fratrem, fidelibus commendatum, ac promulgatum. Infirmatur (inquit) quis in vobis, inducat Presbyteros Ecclesiæ, & orent super eum, vngentes eum oleo, in nomine Domini, & oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus: & si in peccatis sit, dimittentur ei. Quibus verbis, vt ex Apostolica traditione per manus accepta, Ecclesia didicit, docet materiam, formam, proprium ministrum, & effectum huius salutaris Sacramenti. intellexit enim Ecclesia, materiam esse oleum, ab Episcopo benedictum. Nam Vnctio aptissimè Spiritus sancti gratiam, qua inuisibiliter anima ægrotantis inungitur, repræsentat; formam deinde esse illa verba, Per istam vnctionem, &c.

De effectu huius Sacramenti. Cap. II.

REs porrò, & effectus huius Sacramēti, illis verbis explicatur; Et oratio fidei saluabit infir-

infirmum, & alleuiabit eum Dominus: & si in peccatis sit, dimittentur ei: res etenim hæc, gratia est Spiritus sancti: cuius Vnctio delicta, si quæ sint adhuc expianda, ac peccati reliquias abstergit, & ægroti animam alleuiat, & confirmat, magnam in eo diuinæ misericordiæ fiduciam excitando, qua infirmus subleuatus, & morbi incommoda, ac labores leuiùs fert: & tentationibus dæmonis, calcaneo insidiantis, faciliùs resistit, & sanitatem corporis interdum, vbi saluti animæ expedierit, consequitur. Iac.5. Infr.can.2. de sacr.Extre.Vnct. Gen.3.

De ministro huius Sacramenti, & tempore quo dari debeat. Cap. III.

I*Am verò, quod attinet ad præscriptionem eorum, qui & suscipere, & ministrare hoc Sacramentum debent, haud obscurè fuit illud ēt in verbis prædictis traditũ; nam & ostenditur illic, proprios huius Sacramenti ministros esse Ecclesiæ Presbyteros, quo nomine, eo loco, non ætate seniores, aut primores in populo intelligendi veniunt, sed aut Episcopi, aut sacerdotes, ab ipsis ritè ordinati, per impositionem manuum Presbyteri. Declaratur etiam, esse hanc Vnctionem infirmis adhibendam, illis verò præsertim, qui tam periculosè decumbunt, vt in exitu vitæ constituti videantur: vnde & Sacramentum exeuntium nuncupatur. Quod si infirmi post susceptam hanc Vnctionem conualuerint,* c. illud superfluum 95. dist. & inf.ca.vlt. 1.Tim.4.

rint, iterum huius Sacramēti subsidio iuuari poterunt, cum in aliud simile vitæ discrimen inciderint. Quare nulla ratione audiendi sunt, qui
Iacob.5. contra tā apertam, & dilucidā Apostoli Iacobi sententiā docēt, hanc Vnctionem, vel figmētum esse humanum, vel ritū à Patribus acceptū, nec mandatū Dei, nec promissionē gratiæ habentem, & qui illā iam cessasse asserunt, quasi ad gratiā curationū dumtaxat in primitiua Ecclesia referenda esset, & qui dicūt, ritum, & vsum, quem S.R.E. in huius Sacramenti administrationē ob-
Inf. can.3. de sacram. Extr. Vnct. seruat, Iacobi Apostoli sententiæ repugnare, atque ideò in aliū cōmutandū esse, & denique qui hāc extremam Vnctionē à fidelibus sine peccato cōtemni posse affirmant: hęc enim omnia manifestissimæ pugnant cum perspicuis tanti Apostoli
c.non licet. 11. dis.2. c. in fi. de sū. Trin. & ca. fi. de fo. cō-pet. Sup. Sess.7. cano.1. de bapt. c. presbyteros. 95. dist. ca. 1. §.1. de sac. Vnct. Iacob.5. verbis. Nec profectò Ecclesia Romana aliarum omnium mater, & magistra, aliud in hac administranda Vnctione, quantum ad ea, quæ huius Sacramenti substantiā perficiunt, obseruat, quam quod Beatus Iacobus præscripsit. Nec verò tanti Sacramenti contemptus absque ingenti scelere, & ipsius Spiritus sancti iniuria esse posset.

Hæc sunt, quæ de Pœnitentiæ, & extremæ Vnctionis Sacramētis hæc sancta œcumenica Synodus pfitetur, & docet, atq; omnib. Christi fidelibus credēda, & tenēda pponit. Sequētes aūt Canones inuiolabiliter seruādos esse tradit, & asserētes cōtrariū ppetuò dānat, & anathematizat.

De

De Sanctissimo Pœnitentiæ Sacramento.

CANON I.

SI quis dixerit, in Catholica Ecclesia Pœnitiam non esse verè, & propriè Sacramentum pro fidelibus, quoties post Baptismum in peccata labuntur, ipsi Deo reconciliandis: à Christo Domino nostro institutum: anathema sit.

Sup.ca.1.& pœn.ca 2.in fin.de sum. Trinit. Ioan.20. Matt.6. Lucæ 18. Conc. Cab. c.2.

CANON II.

Si quis sacramenta confundés, ipsum Baptismum Pœnitentiæ Sacramentum esse dixerit, quasi hæc duo Sacramenta distincta non sint, atque ideò Pœnitentiam non rectè secundam post naufragium tabulam appellari: anathema sit.

Sup.c.2.ca.2.post naufragium.de pœn. dist.1. Sup.Sess.6. c.14.de iustific.

CANON III.

Si quis dixerit, verba illa Domini Saluatoris: Accipite Spiritumsanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta sunt: non esse intelligenda de potestate remittendi, & retinendi peccata in Sacramento Pœnitentiæ, sicut Ecclesia Catholica ab initio semper intellexit; detorserit autem contra institutionem huius Sacramenti ad auctoritatem prædicandi Euangelium: anathema sit.

Ioan.20. Matt.16. Sup.c.2.& Sess. 6. de Iust. cap. 14. ca. audiuimus cũ seq.24.q.1. ca. vt constitueretur. dist.50.

CANON IV.

Si quis negauerit ad integram, & perfectam

Sup.ca.3. de pœn.

peccatorum remissionem requiri tres actus in penitente, quasi materiam Sacramenti Penitentiæ, videlicet: Contritionem, Confessionem, & satisfactionem, quæ tres pœnitentiæ partes dicuntur: aut dixerit, duas tantum esse Pœnitentiæ partes, terrores scilicet incussos conscientiæ, agnito peccato, & fidem conceptam ex Euangelio, vel absolutione, qua credit quis sibi per Christum remissa peccata: anathema sit.

CANON V.

Sup. c. 4. de pœn.

Si quis dixerit; eam Contritionem, quæ paratur per discussionem, collectionem, & detestationem peccatorum, qua quis recogitat annos suos in amaritudine animæ suæ, ponderando peccatorum suorum grauitatem, multitudinem, fœditatem, amissionem æternæ beatitudinis, & æternæ damnationis incursum, cum proposito melioris vitæ, non esse verum, & vtilem dolorem, nec præparare ad gratiam, sed facere hominem hypocritam, & magis peccatorem; demum illum esse dolorem coactum, & non liberum, ac voluntarium: anathema sit.

CANON VI.

Isa. 38. Sup. ca. 5. de pœn. Clem. 1. in Epist. 1. ad Iac. Concil. Cabil. c. 8. & 34.

Si quis negauerit, Confessionem sacramentalem, vel institutam, vel ad salutem necessariam esse iure diuino; aut dixerit, modum secretè confitendi soli sacerdoti quem Ecclesia Catholica ab initio semper obseruauit, & obseruat, alienum esse ab institutione, & mandato Christi,

sti, & inuentum esse humanum: anathema sit.

CANON VII.

Si quis dixerit, in Sacramento Pœnitentię ad remissionem peccatorum necessarium nõ esse iure diuino cõfiteri omnia, & singula peccata mortalia, quorum memoria cum debita, & diligenti præmeditatione habeatur, etiam occulta, & quæ sunt contra duo vltima Decalogi præcepta, & circumstantias, quæ peccati speciem mutant, sed eam confessionem tantum esse vtilem ad erudiendum, & consolandum pęnitentem, & olim obseruatam fuisse tantum ad satisfactionem canonicam imponendã: aut dixerit, eos, qui omnia peccata confiteri student, nihil relinquere velle diuinæ misericordiæ ignoscendũ, aut demũ non licere confiteri peccata venialia: anathema sit.

Sup.c.5. Deut.5.

CANON VIII.

Si quis dixerit, Confessionem omnium peccatorum, qualem Ecclesia seruat, esse impossibilem, & traditionem humanã, à pijs abolendam, aut ad eã nõ teneri omnes, & singulos vtriusque sexus Christi fideles, iuxta magni Concilij Lateranensis constitutionem, semel in anno, & ob id suadendum esse Christi fidelibus, vt non confiteantur tempore Quadragesimæ: anathema sit.

Sup. cã. 5. & Sess. 13. can. 9. de Sacram. Euchar. Conc. Lat. sub Innoc. III. ca. 21. & c. omnis vtriusque, de pę. & remis.

CANON IX.

Si quis dixerit, Absolutionẽ sacramentalem Sacerdotis nõ esse actum iudicialem; sed nudum ministerium pronunciãdi, & declarandi remissa

Sup. ca. 6. in fin. de iust. & c. 4. in princ.

esse

esse peccata cõfitenti, modò tantum credat se esse absolutũ, aut sacerdos nõ serio, sed ioco absoluat: aut dixerit non requiri confessionem penitentis, vt sacerdos eum absoluere possit: anathema sit.

CANON X.

Sup.ca.1.& c.6.de pen. Si quis dixerit, sacerdotes, qui in peccato mortali sunt, potestatem ligandi, et soluendi non habere, aut non solos sacerdotes esse ministros absolutionis, sed omnibus, & singulis Christi fidelibus esse dictum: Quaecumque ligaueritis super terram, erunt ligata & in caelo, & quaecumque solueritis super terram, erunt soluta & in caelo; & quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, et quorum retinueritis, retenta sunt: quorum verborum virtute, quilibet absoluere possit peccata, publica quidem per correptionem dumtaxat, si correptus acquieuerit; secreta verò per spontaneam confessionem: anathema sit.

Matt.16. Ioan.20.

CANON XI.

Sup.c.7.c.si Episcopus, de poen. in 6. c. de cęteroi, & c. de monialib. de sent. excom. cum simil. Si quis dixerit, Episcopos non habere ius reseruandi sibi casus, nisi quo ad externam politiam; atque ideò casuum reseruationem non prohibere, quo minus sacerdos à reseruatis verè absoluat: anathema sit.

CANON XII.

Sup.c.8. de poen. Si quis dixerit, totam poenam simul cũ culpa remitti semper à Deo, satisfactionemq. penitentium non esse aliam, quam fidem, qua apprehendunt Christum pro eis satisfecisse: anathema sit.

CA-

CANON XIII.

Si quis dixerit, pro peccatis, quo ad pęnam temporalem minimè Deo per Christi merita satisfieri pœnis ab eo inflictis, & patienter toleratis, vel à sacerdote iniunctis, sed neque sponte susceptis, vt ieiunijs, orationibus, eleemosynis, vel alijs etiam pietatis operibus, atque ideò optimam pœnitentiam esse tantum nouam vitam: anathema sit. Sup. ca. 8. & 9.

CANON XIV.

Si quis dixerit, satisfactiones, quibus pęnitentes per Christum Iesum peccata redimunt, non esse cultus Dei, sed traditiones hominum, doctrinam de gratia, & verum Dei cultum, atque ipsum beneficium mortis Christi obscurantes: anathema sit. Sup. c. 1.

CANON XV.

Si quis dixerit, Claues Ecclesiæ esse datas tantum ad soluendum, non etiam ad ligandum, & propterea Sacerdotes, dum imponunt pœnas confitentibus, agere contra finem Clauium, & contra institutionem Christi, & fictionem esse, quod virtute Clauium sublata pœna æterna, pœna temporalis plerumque exsoluenda remaneat: anathema sit. Sup. ca. 1. & c. 8. in fi. de pœn. Sup. Ses 6. cano. 30. de iust.

De Sacramento extremæ Vnctionis.

CANON I.

Si quis dixerit, extremam Vnctionem non esse verè, et propriè Sacramentum à Christo Domino Sup. de hoc sacramēto, in princ. & c. 2.

nostro

Matt.6. Iac.5. Innoc.Pap. epis. ad decem Episc. Eugub c.8. Sup.c.1. de hoc sac. ca. presbyt.95. dist.

nostro institutum, & à beato Iacobo Apostolo promulgatũ, sed ritum tantum acceptum à Patribus, aut figmentum humanum: anathema sit.

CANON II.

Si quis dixerit, sacrã infirmorum Unctionem non conferre gratiam, nec remittere peccata, nec alleuiare infirmos: sed iã cessasse, quasi olim tantum fuerit gratia curationum: anathema sit.

CANON III.

Sup. c. vlt. Conc. Cab. cap.48. cap.5. supra can.1.

Si quis dixerit, extremæ Unctionis ritum, & usum, quem obseruat S. Romana Ecclesia, repugnare sententiæ beati Iacobi Apostoli: ideoq. eum mutandum, posseq. à Christianis absque peccato contemni: anathema sit.

CANON IV.

Si quis dixerit, Presbyteros Ecclesiæ, quos Beatus Iacobus adducendos esse ad infirmos inungendum hortatur, non esse sacerdotes ab Episcopo ordinatos, sed ætate seniores in quauis communitate: ob idq. proprium extremæ Unctionis ministrum non esse solum sacerdotem: anathema sit.

Decretum de reformatione. Procemium.

Sup. Ses.6. de ref. c.3. cap. qualiter, & quando. il 1. de accus.

CUm propriè Episcoporum munus sit, subditorũ omniũ vitia redarguere, hoc illis præcipuè cauendũ erit, ne Clerici præsertim ad animarum curã cõstituti, criminosi sint, neve inhonestam vitam, ipsis conniuentibus, ducant. nam si eos

si eos prauis, & corruptis moribus esse pmittant quo pacto laicos de ipsorũ vitijs redarguent, qui vno ab eis sermone cõuinci possẽt, q Clericos ipsis, patiãtur esse deteriores: qua ẽt libertate laicos corripere poterũt sacerdotes; cum tacitæ sibi ipsi respondeãt, eadẽ se admisisse, quæ corripiũt. Monebũt propterea Epi suos Clericos in quocumque ordine fuerint, vt cõuersatione, sermone, & sciẽtia cõmisso sibi Dei populo præeant: memores eius, q scriptũ est: Sancti estote, quia & ego sanctus sum. Et iuxta Apostoli vocẽ: Nemini dent vllã offensionẽ, vt non vituperetur ministerium eorum: sed in omnibus exhibeant se, sicut ministros Dei, ne illud Prophetæ dictũ impleatur in eis; Sacerdotes Dei contaminãt sancta, & reprobãt legẽ. Vt aũt ipsi Episcopi id liberiùs exequi, ac quoquã prætextu desuper impediri nequeant; eadem sacrosancta œcumenica, et generalis Tridentina Synodus præsidentib. in ea eisdem Apostolicæ Sedis Legato, & Nũcijs, hos qui sequuntur, Canones statuendos, & decernendos duxit.

1. Cor 9. ca. quid aũt. 8. q. 1. c. vlt. 15. d. c. vna tantum 26. dist. c sicut iis. § necesse. 47. dist. ca. in sacerdotibus. 61. dist. Leu. 11. 19. & 20. 1. Pet. 1. & ca. proposuisti. 81. dist. 2. Cor. 6. in princ. Sophon. Ezech. 22.

Caput I.

CVm honestiùs, ac tutiùs sit subiecto, debitã Prępositis obedientiã impendendo, in inferiori ministerio deseruire, quam cum Præpositorum scãdalo graduum altiorum appetere dignitatẽ; ei, cui ascẽsus ad sacros ordines, à suo Prælato, ex quacumque causa, etiã ob occultum crimẽ quomodolibet ẽt extraiudicialiter, fuerit inter-

c. ad aures ext. de tẽp. ord.

terdictus; aut qui à suis ordinib. seu gradib., vel dignitatib. Ecclesiasticis fuerit suspensus; nulla cōtra ipsius Prelati volūtatē cōcessa licētia de se pmoueri faciendo, aut ad priores ordines, grad⁹, & dignitates, siue honores restitutio suffragetur.

Cap. II.

Inf. c. 8. Sup. Seff. 6. c. 5. ac ref.

ET *quoniā nonnulli Episcopi Ecclesiarū, quæ in partib. infideliū cōsistunt, clero carentes & populo Christiano, cum ferè vagabundi sint, & permanentē sedem non habeant, non quæ Iesu Christi, sed alienas oues, inscio proprio Pastore, quærentes, dum per hanc S. Synodum se Pontificalia officia in alterius diœcesi, nisi de loci Ordinarij expressa licentia, & in personas eidē Ordinario subiectas tantū, exercere prohibitos uidēt, in legis fraudē, & cōtemptū, quasi Episcopalem cathedrā in loco nullius Diœcesis sua temeritate eligūt, & quoscumque ad se venientes, ēt si suorū Episcoporum, seu Prælatorū litteras commendatitias nō habeant, clericali charactere insignire, & ad sacros ēt Presbyteratus ordines promouere præsumūt: quo plerumque fit, vt minus idonei, & rudes, ac ignari, & qui à suo Episcopo tamquam inhabiles, & indigni reiecti fuerunt, ordinati, nec diuina officia peragere, nec Ecclesiastica Sacramēta rectè valeāt ministrare: Nemo Episcoporū, qui titulares vocātur, ēt si in loco nullius diœcesis, ēt exempto, aut aliquo monasterio cuiusuis Ordinis sederint, aut morā traxerint,*

rint, vigore cuiusuis priuilegij, sibi de promouendo quoscumque ad se venientes pro tempore concessi, alterius subditum, etiam prætextu familiaritatis continuæ cõmensalitatis suæ, absque sui proprij Prælati expresso consensu, aut litteris dimissorijs ad aliquos sacros, aut minores ordines, vel primam Tonsuram promouere, seu ordinare valeat. Contrafaciens ab exercitio Pontificalium per annum, taliter verò promoti ab executione ordinum sic susceptorum donec suo Prælato visum fuerit, ipso iure sint suspensi.

Cõc. Nicæ. c.7. Conc. Aur. 3.ca.15. Conc. Magun. cap.4. can.1.21.q. 2.9.q.2.per tot. c.1. cũ seq. de tẽp. ord. in 6. & inf. Sess.23. de ref. ca.3. 8. & 10. can. Apost.36.

Caput III.

EPiscopus quoscumque suos Clericos, præsertim in sacris constitutos, absque suo præcedenti examine, & commendatitijs litteris, quacumque auctoritate promotos, licet tamquam habiles ab eo, à quo ordinati sunt, probatos, quos tamen ad diuina officia celebranda, seu ecclesiastica Sacramenta ministranda minus idoneos, & capaces repererit, à susceptorum ordinum exercitio ad tempus, de quo ei videbitur, suspendere, & illis, ne in altari, aut aliquo ordine ministrent, interdicere possit.

Sup. c. pxi. & inf. Sess. 23. de ref. c. 8.

Caput IV.

OMnes Ecclesiarũ Prælati, qui ad corrigendum subditorũ excessus diligenter intendere debent, & à quibus nullus Clericus per huius S. Synodi statuta cuiusuis priuilegij prætextu, tutus cẽsetur, quo min⁹ iuxta Canonicas san-

Sup. ca.1. & Sess.6. de refor. ca.3. c. irrefragabili. in princ. de off. ord. c. qualiter, & quando. il 2. de acc.

ctiones

Sup. Seff.6. c.4. & infr. Seff.25.c.6. & 9. de ref. *ctiones visitari, puniri, & corrigi possit; si in Ecclesiis suis resederint, quoscũque seculares Clericos, qualitercumque exemptos, qui aliàs suæ iurisdictionis subessent de eorũ excessib., criminib., &* Inf. Sef.14. de ref. c.5. *delictis, quoties, & qñ opus fuerit, ẽt extra visitationẽ, tamquã ad hoc Apostolicæ Sedis delegati, corrigẽdi, & castigãdi facultatẽ habeãt: quibuscumque exemptionib. declarationib. consuetudinibus, sentẽtiis, iuramẽtis, cõcordiis, quæ tantũ suos obligent auctores, ipsis Clericis, ac eorũ cõsanguineis, Capellanis, familiarib., procuratoribus, & aliis quibuslibet ipsorũ exemptorum cõtemplatione, & intuitu minimè suffragãtibus.*

Caput V.

c.1.& c.vlt. de off.dele. *INsuper cum nonnulli, qui sub prætextu, ꝙ super bonis, & reb. ac iuribus suis diuersæ eis iniuriæ, ac molestiæ inferãtur, certos iudices per litteras Conseruatorias deputari obtinent, qui illos à molestiis & iniuriis huiusmodi tueãtur, ac defendãt, et in possessione seu quasi bonorũ, rerũ, ac iurium suorũ manuteneant, & cõseruẽt, neque super illis eos molestari permittãt; eiusmodi litteras in plerisque contra cõcedentis mentẽ in reprobũ sensum detorqueãt; iccirco nemini omninò cuiuscũque dignitatis, & cõditionis sit, ẽt si Capitulũ fuerit, Cõseruatoriæ litteræ cũ quibuscumque clausulis, aut decretis, quorumcumque iudicum deputatione, quocumque ẽt alio prætextu, aut colore concessæ, suffragentur ad hoc, vt co-*

ram

ram suo Epo, siue alio Superiore ordinario in criminalibus & mixtis causis accusari, & conueniri, ac contra eum inquiri, & procedi nō possit: aut quo minus, si qua iura ei excessione cōpetierint, super illis liberè ualeat apud iudicē Ordinarium conueniri. In ciuilib. ēt causis, si ipse actor extiterit, aliquē ei apud suos Conseruatores iudices in iudiciū trahere minimè liceat. Qđ si in his causis, in quib. ipse reus fuerit contigerit, vt electus ab eo Cōseruator ab actore suspectus esse dicatur, aut si qua inter ipsos iudices, Conseruatorē, & Ordinariū, controuersia super competētia iurisdictionis orta fuerit; nequaquā in causa ꝑcedatur, donec per arbitros in forma iuris electos, super suspicione, aut iurisdictionis cōpetentia, fuerit iudicatū. Familiarib. verò eius, q hmōi litteris cōseruatorijs tueri se solēt, nihil illæ prosint, præterq̄ duob. dūtaxat: si tñ illi proprijs ei⁹ sumptib. vixerint. Nemo ēt similiū litterarū bñficio vltra quinquēniū gaudere possit. Nō liceat quoq; Cōseruatorib. iudicib. vllum habere tribunal erectū. In causis verò mercedū, aut miserabiliū ꝑsonarū, hui⁹ S. Synodi super hoc decretū in suo robore ꝑmaneat. Vniuersitates aūt generales ac Collegia Doctorū, seu Scholariū, & regularia loca, necnō hospitalia actu hospitalitatē seruantia ac Vniuersitatum, Collegiorū, locorū, & hospitaliū hmōi personæ in ꝑsenti Canone minimè cōprehensæ, sed exemptæ omninò sint, & esse intelligātur.

c.cū speciali ext. de appel.

Sup. Sess. 7. c.14.

I Ca-

Caput VI.

c.porrectũ, & c.ex parte. de regu. c.vlt.41. d, 21.q.4. pro Cõc.Mauf. cõ.1. cap 5. Conc.Constant Seff. 14.de vi & hon.cler.

QVia verò, etsi habitus nõ facit monachum, oportet tamen Clericos vestes proprio congruẽtes ordini semper deferre, vt per decentiam habitus extrinseci morũ honestatem intrinsecam ostẽdãt; tãta aũt hodie aliquorũ inoleuit temeritas, religionisq; cõtẽptus, ut propriã dignitatẽ, et honorẽ clericalẽ paruipẽdentes, vestes ẽt deferãt publicè laicales, pedes in diuersis ponẽtes, vnum in diuinis, alterũ in carnalibus; ꝓpterea oẽs ecclesiasticæ personæ, quãtumcumque exẽptæ, quæ aut in sacris fuerint, aut dignitates, personatus, officia, aut beneficia qualiacũque ecclesiastica obtinuerint, si postquã ab Epo suo ẽt per edictũ publicũ moniti fuerint, honestũ habitũ clericalẽ, illorũ ordini, & dignitati cõgruentẽ, & iuxta ipsius Epi ordinationẽ, & mandatũ non detulerint, per suspensionẽ ab ordinib. ac officio & beneficio, ac fructib. redditibus, & prouẽtib. ipsorum beneficiorũ, necnon si semel correpti, denuo in hoc deliquerint, ẽt per priuationẽ officiorũ, & beneficiorũ huiusmodi coẽrceri possint, & debeant. Constitutionẽ Clementis V. in Concilio Viennensi editã, quæ incipit; Quoniã, innouãdo, & ampliando.

Clem.quoniam de vi. & hon cle. Exo.21. ex tr. c.1. de hom c.mi-ror d 50.c. inquisit.de acc. & c cũ non ab homine, de iud.

Caput VII.

CVm ẽt qui per industriã occiderit proximũ suũ, & per insidias, ab altari auelli debeat: qui sua volũtate homicidium perpetrauerit, ẽt si crimen id nec ordine iudiciario probatũ, nec alia ratio-

ratione publicũ, sed occultum fuerit, nullo tpe ad sacros ordines promoueri possit, nec illi aliqua ecclesiastica beneficia, et si curã nõ hẽant aĩarum, cõferri liceat, sed oĩ ordine, ac beneficio, et officio ecclesiastico perpetuo careat; si verò homicidiũ nõ ex proposito, sed casu, vel vim ui repellẽdo, ut quis se à morte defenderet, fuisse cõmissũ narretur, q̃ ob cãm ẽt ad sacrorũ ordinũ, et altaris ministeriũ, & beneficia quæcũq; ac dignitates, iure quodãmodo dispensatio debeatur, cõmitatur loci Ordinario aut ex causa Metropolitano, seu viciniori Epo, qui non nisi causa cognita, & probatis precibus, ac narratis, nec aliter dispensare possit. c. studeat 50. d. & c. significasti, il 2. de homicid.

Cap. VIII.

PRæterea, quia nonnulli, quorũ ẽt aliqui veri sunt Pastores, ac proprias oues hẽnt, alienis etiã ouibus præesse quærũt, et ita alienis subditis quãdoq. intẽdũt, vt suorũ curã negligãt; quicũq; ẽt Epali praditus dignitate, qui alienos subditis puniendi priuilegiũ habuerit, cõtra Clericos sibi nõ subditos, præsertim in sacris cõstitutos, quorũcũque ẽt atrociorũ criminũ reos, nisi cũ proprij ipsorũ Clericorũ Episcopi, si apud Ecclesiam resederit, aut personæ ab Episcopo deputãdæ interuẽtu, nequaquam procedere debeat: alids processus, & inde secuta quæcumque, viribus omninò careant. Sup. ca. 2. & Ses. 6. c. vlt. Conc. Magun. ca. 14. 5.

Caput IX.

ET, quia iure optimo distincta fuerũt Diœceses, & Parochiæ, ac vnicuique gregi proprij c. Ecclesias. 13. q. 1. c. pastoralis. de his, quæ

attributi Pastores, et inferiorũ ecclesiarũ Rectores, q suarũ quisq. ouiũ curã hẽant, vt ordo ecclesiasticus nõ cõfundatur, aut una, & eadẽ ecclesia duarũ quodãmodo diecesũ fiat, nõ sine graui eorũ incõmdo, qui illi subditi fuerint: beneficia vnius Diecesis, et si parochiales Ecclesiæ, Vicariæ perpetuæ, aut simplicia bñficia, seu præstimonia, aut pstimoniales portiones fuerint, etiã rõne augendi cultũ diuinũ, aut numerũ beneficiatorũ, aut alia quacũque de cã, alterius Diœcesis beneficio, aut Monasterio, seu Collegio, vel loco et pio perpetuò non vniatur: decretũ huius S. Synodi super hmõi vnionibus in hoc declarando.

Sũt apta. l. & inf. Sess. 24. de ref. c. 13. in fin. c. 17.

Sup. Sess 7. c. 6. & 7. & inf. Ses. 24. de refor. c. 13 & 15.

Cap. X.

Regularia beneficia in titulum Regularibus professis prouideri consueta, cũ per obitũ, aut resignationẽ, vel aliàs illa in titulũ obtinentis, vacare cõtigerit, religiosis tantũ illius ordinis, vel ijs, qui habitũ omninò suscipere, & professionem emittere teneantur, & nõ alijs, ne vestem lino, lanaq. contextam induant, cõferantur.

c. cũ de veneficio. de præb. in 6. & inf. Sess. vlt. ca. 21. circa med. de reg. & mon.
Deut. 22.
c. cum causã. de elec. & c. quidã, de aposta.

Caput XI.

Qvia verò Regulares de vno ad aliũ Ordinẽ translati, facilè à suo Superiore licentiam standi extra monasterium obincre solent, ex quo vagandi, & apostatandi occasio tribuitur: nemo cuiuscũque Ordinis Prælatus: vel Superior uigore cuiusuis facultatis aliquẽ ad habitũ, & professionẽ admittere possit, nisi vt in Ordine ipso, ad quem transfertur, sub sui Superioris obedientia, in

in claustris perpetuò maneat; ac taliter translatus, etiam si Canonicorum Regularium fuerit, ad beneficia sæcularia, etiam curata, omninò incapax existat.

Caput XII.

N*Emo, et cuiusuis dignitatis ecclesiasticę, uel sæcularis, quacũq; rõne, nisi Ecclesiã beneficiũ, aut capellã de nouo fundauerit, et cõstruxerit, seu iam erectã, quę tamen sine sufficienti dote fuerit, de suis proprijs, & patrimonialibus bonis competenter dotauerit, ius patronatus impetrare, aut obtinere possit, aut debeat. In casu aũt fundationis, aut dotationis, huiusmodi institutio, Episcopo, & nõ alteri inferiori reseruetur.*

c.piæ mentio. cũ seq. 16.q.7.& c. nobis.de iure patro. & inf. Sess.vlt. c.9. in prin.

Caput XIII.

N*On liceat præterea patrono cuiusuis priuilegij pretextu, aliquem ad beneficia sui iuris patronatus, nisi Episcopo loci Ordinario, ad quam prouisio, seu institutio ipsius beneficij, cessante priuilegio, iure pertineret; quoquo modo presentare; aliàs presentatio, ac institutio, forsan secutę, nulla sint, & esse intelligantur.*

c.illud. & c.relatũ, de iure patr. Conc. Magun. tẽpore Arnulphi. c.4. Conc. Salegustad. c. 13. & inf. Sess.24. ca. 18. de ref. & Sess. 25. c.9. de ref.

Caput XIV.

D*Eclarat preterea sancta Synodus in futura Sessione, quam ad 25. diem Ian. subsequentis anni 1552. habendam esse iam decreuit, vnâ cum sacrificio Missę agendum, & tractandum etiam esse de Sacramento Ordinis, & prosequendam esse materiam reformationis.*

SESSIO XV.

QVÆ EST QVINTA, sub Iulio III. Pont. Max.

Celebrata die 25. Ianuarij 1552.

Decretum prorogationis Sessionis.

CVM ex eo, quod proximis Sessionibus decretum fuit, sancta hæc, & vniuersalis Synodus per hos dies accuratissimè, diligentissimeq. tractauerit ea, quæ sanctissimum Missæ sacrificium, & ad sacramentum Ordinis spectant, vt hodierna Sessione, quemadmodum Spiritus sanctus suggessisset, decreta de his rebus, & quattuor præterea articulos ad sanctissimæ Eucharistiæ Sacramentum pertinentes, in hanc tandem Sessionem dilatos publicaret; atque interim affuturos esse putauerit ad hoc sacrosanctum Concilium eos, qui se Protestantes vocant, quorum causa eorum publicationem articulorum distulerat, &, vt liberè, ac sine cunctatione vlla huc venirent, fidem eis publicam, siue Saluumconductum concesserat: tamen, cum illi nondum venerint, & eorũ nomine supplicatum huic sanctæ Synodo fuerit, vt publicatio, quæ hodierno die facien-

facienda fuerat, in sequentem Sessionem differatur, certa spe allata, affuturos eos esse omninò multo ante illam Sessionem, Saluoconductu amplioris formæ interim accepto; eadem S. Synodus in Spiritosancto legitimè congregata, iisdem Legato, & Nuncijs præsidentibus, nihil magis optans, quam ex prēstātissima natione Germanica omnes de religione dissensiones, & schismata tollere, ac eius quieti, paci, otioq. cōsulere; parata ipsos, si venerint, & humaniter excipere, & benignè audire, confidensq. eos non fidei Catholicæ pertinaciter oppugnādæ, sed veritatis cognoscendæ studio esse venturos, &, vt Euangelicæ veritatis studiosus decet, Sanctę Matris Ecclesię decretis, ac disciplinæ ad extremū esse acquieturos: sequētem Sessionem ad edenda, et publicāda ea, quæ supra commemorata sunt, in diem festum S. Iosephi, qui erit die 19. mensis Martij distulit, vt illi satis temporis, & spatij habeant, non solum ad veniendum, verum etiam ad ea quæ voluerint, antequam is dies veniat, proponenda. Quibus, vt omnem diutiùs cunctandi causam adimat, fidem publicam, siue Saluumconductum eius, qui recitabitur, tenoris & sententiæ libenter dat, & concedit. Interea verò de Matrimonij Sacramento, agendum, & de eo præter superiorum decretorum publicationem definiendum esse, eadem Sessione statuit, & decreuit, & prosequendam esse materiam reformationis.

SALVVS CONDVCTVS *datus Protestantibus.*

SACROSANCTA œcumenica, & generalis Tridentina Synod. in Spiritusancto legitimè congregata, præsidetibus in ea eisdē S. Sedis Apost. Legato, & Nuncijs, inhærendo Saluoconductui in pen. Ses. dato, & illum iuxta tenorē infrascr. ampliando; Vniuersis fidem facit, quod omnibus, & singulis Sacerdotibus, Electoribus, Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, & Baronibus, nobilib. militarib. popularibus, & alijs quibuscumque viris, cuiuscumque status, & conditionis, aut qualitatis existant, Germanicæ Prouinciæ & nationis, ciuitatib. & alijs locis eiusdem, & omnib. alijs Ecclesiasticis, & sæcularib. præsertim Augustanæ confessionis, personis, qui, aut quæ vnà cum ipsis ad hoc generale Trident. Concil. venient, aut mittentur, ac profecturi sunt, aut hucusque venerūt, quocumque nomine censeantur, aut valeant nūcupari, tenore præsentiū publ. fidem, & plenissimā, verissimā, verissimamq. securitatem, quam Saluumconductū appellant, liberè ad hanc Ciuitatem Trid. veniendi, ibidemq. manendi, standi, morandi, proponendi, loquendi vnà cum ipsa Syno. de quibuscumque negotijs, tractandi, examinandi, discutiendi, & oīa quæcumque ipsis libuerit, ac articulos quoslibet tam scripto, quā verbo liberè offerēdi, propalādi, eosq. Scripturis sacris, & BB. Patrum verbis, sententijs, & rationib. declarādi, astruendi, & persuadēdi, & si opus fuerit, etiam ad obiecta Concilij generalis respondendi, & cū ijs, qui à Concilio delecti fuerint disputandi Christianè, aut charitatiuè, absque omni impedimento conferendi, opprobrijs

pro-

probrijs,conuicijs,ac contumelijs penitus semotis, & signanter,quod causæ controuersæ secundùm Sacram Scripturam, & Apostol. traditiones, probata Concilia,& Cath.Eccl.consensum, & SS. Patrū auctoritates in præd.Conc.Trid. tractentur, illo etiam addito, vt religionis prætextu, aut delictorum circa eam commissorum,aut committen.minimè puniantur,impartitur,ac omninò cōcedit,sic etiam vt propter illorum præsentiam, neque in itinere, aut quocumque locorum eundo, manendo, aut redeundo, nec in ipsa Ciuit.Trid. a diuinis officijs quouis modo cessetur. Et vt his peractis,vel non peractis,quandocumque ipsis libuerit,aut maiorum suorum mandato,& assensu ad propria reuerti optabūt, aut aliquis eorum optabit, mox absque vlla retinentia, & occasione,aut mora, saluis rebus eorum, & suorum pariter honore,& personis, vice versa, possint iuxta beneplacitum liberè, & securè redire: de scientia tamen ab eadem Syno. deputan. vt tunc opportune eorum securitati, absque dolo,& fraude prouideatur. Vult etiā S.Syno. in hac publ. fide, saluove conductu,omnes quascumque clausulas includi,ac contineri,ac pro inclusis haberi, quæ pro plena, efficaci, & sufficienti securitate, in eundo, stando,& redeundo necessariæ,& opportunæ fuerint. Illud etiā, ad maiorem securitatem, & pacis,ac conciliationis bonum,exprimens, quod si quispiam, aut illorū aliqui,siue in itinere, Tridentum venien. siue ibidem morando,aut redeundo,aliquod enorme (quod absit) egerint,aut commiserint, quo posset huius fidei pub. & assecurationis beneficium eis concessum, annullari, aut cassari: vult, & concedit, vt in huiusmodi facinore deprehensi: ab ipsis dumtaxat, & non ab illis condigna animaduersione, cum emen-

da

da sufficienti, per partem ipsius Sinodi meritò approbanda, & laudanda, mox puniantur: illorum assecurationis forma, conditionibus, & modis omninò manentibus illibatis. Pariformiter etiam vult, vt si quisquam, vel aliquis ex ipsa Syno. siue in itinere, aut manendo, aut redeundo, aliquod enorme (quod absit) egerint, aut commiserint, quo posset huius fidei publicæ, & assecurationis beneficium violari, aut quoquo modo tolli; in huiusmodi facinore deprehensi, ab ipsa Synodo dumtaxat, & non ab alijs condigna animaduersione, & emenda sufficienti, per partem DD. Germanorum Augustanæ Confessionis, tunc hic præsentium meritò laudanda, & approbanda, mox puniantur, præsenti assecurationis forma, conditionibus, & modis omninò manentibus illibatis. Vult præterea ipsa Synodus, quòd liceat ipsis Ambasciatoribus omnibus, & singulis, toties, quotiescumque opportunum fuerit, seu necessarium, ad auram capiendam exire de Ciuitate Tridentina, & reuerti ad eandem, necnon nuncium, vel nuncios suos ad quæcumque loca pro suis necessarijs negotiis ordinandis liberè mittere, seu destinare, ac ipsos missos, seu destinatos, seu missum, & destinatum suscipere, toties, quoties eis videbitur expedire: ita quod aliqui, vel aliquis per deputandos Concilij socientur, qui eorum securitati prouideant, vel prouideat, qui quidem Saluusconductus & securitas, stare, ac durare debent à tempore, & per tempus, quo in ipsius Synodi, & suorum tuitionis curam ipsos suscipi contigerit, & vsque ad Tridentinum perduci, ac toto tempore mansionis eorum ibidem, & rursum post sufficientem audientiam habitam spatio viginti dierum præmisso, cum ipsi petierint, aut Concilium habita huiusmodi au-

dientia

dientia ipsis recessum indixerit, a Tridento, vsque in quem quisque elegerit sibi socium tutum, Deo fauente, restituet, dolo, & fraude prorsus exclusis.

Quæ quidem omnia pro vniuersis, & singulis Christi fidelibus, pro omnibus Principibus, tam Ecclesiasticis, quàm sæcularibus quibuscumque atque omnibus aliis Ecclesiasticis, & sæcularibus personis, cuiuscumque status, & conditionis existunt, aut quocumque nomine censeantur, inuiolabiliter obseruanda esse promittit, & bona fide spondet.

Insuper omni fraude, & dolo exclusis, vera & bona fide promittit, ipsam Synodum nullam, vel manifestè, vel occultè occasionem quæsituram, aut aliqua auctoritate, potentia, iure, vel statuto, priuilegio Legum, vel Canonũ, aut quorumcunque Conciliorum, præsertim Constantien. & Senen. quacumque forma verborum expressa; in aliquod huius fidei publicæ, & plenissimæ assecurationis, ac publicæ, & liberæ audientiæ, ipsis per ipsam Synodum concessæ; præiudicium quouis modo vsuram, aut quemquam vti permissuram, quibus in hac parte pro hac vice derogat. Quod si S. Synodus, aut aliquis ex ea, vel suis, cuiuscumque conditionis, vel status, aut præeminentiæ existens, præscriptæ assecurationis, & Saluiconductus formam, & modum in quocunque puncto, vel clausula violauerit (quod tamen auertere dignetur Omnipotens) & sufficiens emenda non fuerit mox subsecuta, & ipsorum arbitrio meritò approbanda, & laudanda, habeant ipsam Synodum, & habere poterunt, incidisse in omnes pœnas quas iure diuino. & humano, aut consuetudine, huiusmodi Saluorum conductuum violatores incurrere possunt, absque omni excusatione, & quauis in hac parte contradictione.

Conc. Constant. Sess. 10. in c. qđ nõ obst sal uuscond.

SES-

SESSIO XVI.

QVÆ EST SEXTA, & vltima.

Sub Iulio Tertio Pont. Max. Celebrata die 28. Aprilis M. D. LII.

Decretum suspensionis Concilij.



ACROSANCTA, Oecumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritusancto legitimè congregata, præsidentibus in ea Reuerendiss. DD. Sebastiano Archiepiscopo Sipontino, & Aloysio Episcopo Veronensi, Apostolicis Nuncijs, tam eorum proprio, quàm Reuerendissimi & Illustrissimi D. Marcelli, tit. S. Marcelli S. R. E. Cardinalis Crescentij, Legati, ob aduersam eius grauissimã valetudinẽ absentis nomine, non dubitat Christianis omnibus patere hoc Concilium œcumenicum Tridentinum primo à Paulo fel. record. conuocatum, & collectum fuisse, deinde à Sanctissimo Domino nostro Iulio III. efflagitante Carolo Quinto, Augustissimo Imperatore, ea præcipuè de causa

fuisse

fuisse restitutum, vt religionem in multis Orbis partibus, & præsertim in Germania, in diuersas opiniones miserabiliter distractã, in statum pristinũ reuocaret, abusus, & mores Christianorum corruptissimos emẽdaret: cumq. ad hoc agendum quam plurimi Patres, nulla laborum suorum, periculorumq. habita ratione, è diuersis regionibus alacriter confluxissent, resq. strenuè, magno fidelium concursu, feliciterq. procederet, ac spes esset non leuis, illos Germanas qui eas nouitates excitarãt, in Concilium venturos, sic animatos, vt veris Ecclesiæ rationibus vnanimiter acquiescerẽt, lux denique quædã reb. affulsisse videretur, caputq. attollere inciperet profligata antea, & afflicta Respub. Christiana, ij repente tumultus, ea bella hostis generis humana versutia exarserunt, ut Cõcilium velut hærere, ac suũ cursum interrumpere satis incommodè cogeretur, spesq. omnis vlterioris progressus hoc in tempore tolleretur, tantumq. aberat: vt sancta Synodus Christianorum malis, et incommodis mederetur, vt multorum mentes, præter sui animi sententiam, irritaret potius, quàm placaret. Cum igitur ipsa sancta Synodus, omnia, & præcipuè Germaniam armis ardere, et discordijs, videret, omnes ferè Episcopos Germanos præsertim Principes Electores, suis consultum Ecclesijs è Concilio abijsse, decreuit tantę necessitati non reluctari, et ad meliora tempora reticere, vt Patres,

quod

quod eis nunc agere non licet, suis ouibus prospectum ad suas Ecclesias regredi valerent, ne diutius vtrobique inutili otio conterantur. Atque ita, quoniam sic temporum conditio tulit, huius œcumenici Concil. Triden. progressum per biennium suspendendũ forè decreuit, prout præsenti decreto suspendit; ea tamen lege, vt, si citius pacata res sit, ac trãquillitas pristina reuertatur, quòd sperat Dei Opt. Max. beneficio non longo forsan spatio futurum, ipsius Concilij progressus eodemmet tempore suam vim, firmitatem, vigoremq. habere censeatur. Sin autem (quod Deus auertat) peracto biennio prædicta legitima impedimenta non fuerint submota; cũ primum cessauerint, talis suspensio eo ipso sublata esse intelligatur, ac suus vigor, & robur Concilio sit restitutum, & esse intelligatur sine alia noua Concilij conuocatione, accedente ad hoc decretum consensu, & auctoritate Sanctitatis suæ, & Sanctæ Sedis Appostolicæ.

Interea tamen eadem sancta Synodus exhortatur omnes Principes Christianos, & omnes Prælatos, vt obseruent, & respectiuè, quatenus ad eos spectat, obseruare faciant in suis Regnis, Dominijs, & Ecclesijs, omnia, & singula, quæ per hoc sacrum œcumenicum Concilium fuerunt hactenus statuta, & decreta.

BVL-

BVLLA CELEBRATIONIS Conc. Trid. ſub Pio IV. Pont. Max.



IVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad futuram rei memoriam. Ad Eccleſiæ regimen, licèt tanto oneri impares, ſola Dei dignatione vocati, ſtatim circumferẽtes mentis oculos, per omnes Reipublicæ Chriſtianæ partes, cernenteſq. non ſine magno horrore, quã lõgè, lateq. peſtis hæreſum, & ſchiſmatis peruaſiſſet, & quantа Chriſtiani populi mores correctione indigerent: in eam curam, & cogitationem, pro ſuſcepti muneris officio, incumbere cœpimus, quemadmodũ ipſas hæreſes extirpare, tantumq. & tam pernicioſum ſchiſma tollere, moreſq. adeò corruptos, & deprauatos emendare poſſemus. Cum autem intelligeremus, ad hæc ſananda mala aptiſſimũ eſſe remedium, quod ſancta hæc Sedes adhibere conſueuiſſet, œcumenici, generaliſq. Concilij eius congregandi, & Deo iuuante, celebrandi Concilium cœpimus. Indictum illud quidem antea fuit à fel. recor. Paulo Tertio, & eius ſucceſſore Iulio prædeceſſoribus noſtris; ſed varijs de cauſis ſæpius impeditum, & interpellatum perfici non potuit. Siquidem Paulus, cum id primò in vrbem Mãtuam, deinde Vincentiam indixiſſet: quaſdam ob cauſas in litteris eius expreſſas,

pressas, id primò suspendit; postea Tridentũ transtulit: deinde cum quibusdã de causis ibi quoque eius celebrandi tempus dilatum fuisset: tandem, suspensione sublata, in eadem ciuitate Triden. inchoatũ fuit, verũ Sessionibus aliquod habitis, & nonnullis decretis factis, ipsum se postea Concil. aliquib. de causis, accedẽte etiam Sedis Apostolicæ auctoritate, Bononiã trãstulit. Iulius autem qui ei successit, in eamdem ciuitatẽ Tridentinam id reuocauit: quo quidẽ tpe facta alia quædã decreta sunt. Sed cum noui in propinquis Germaniæ locis tumultus excitati fuissent, & bellũ in Italia, & Gallia grauissimum exarsisset: rursus Concilium suspensum, & dilatum fuit, adnitente nimirum humani generis hoste, aliasq. ex alijs difficultates, & impedimenta obijciente, vt tm̃ Ecclesiæ cõmodum, quod prorsus auferre non poterat, saltem quam diutissimè retardaret. Quantopere verò interea auctæ fuerint, et multiplicata, ac propagatæ hæreses. Quãtopere schisma creuerit; sine maximo animo dolore nec meminisse possumus, nec referre: Sed tandẽ pius, & misericors Dñs, q nũquã ita irascitur, vt misericordiæ obliuiscatur, Regib. et Principib. Christianis pacẽ, & vnanimitatẽ donare dignatus est: Qua nos occasione oblata, maximã in spẽ venimus, ipsius mĩa freti, forè, vt his tãtis quoque Ecclesiæ malis eadẽ Cõcilij via finis imponatur. Nos itaque ad schisma, hæresesq. tollẽdas, ad corrigendos, & refor-

reformandos mores, ad pacem inter Christianos principes cõseruãdã, celebrationẽ eius nõ esse duximus diutiùs differẽdã. Habita igitur cũ venerabilib. fratrib. nostris S.R.E. Card. deliberatione matura, factis ẽt consilij nostri certioribus, charissimis in Christo filijs nostris, Ferdinan. Rom. Imp. electo, et alijs Regib. atque Principib⁹, quos quidẽ, sicut de eorum summa pietate, & sapiẽtia nobis pollicebamur, paratissimos ad ipsius Concilij celebrationẽ adiuuãdam inuenimus, ad Dei, omnipotẽtis laudẽ, honorẽ, & gloriã, atque uniuersalis Ecclesiæ vtilitatẽ, de eorumdẽ fratrum nostrorũ cõsilio, et assẽsu, sacrũ œcumen. & generale Cõciliũ ex auctoritate eiusdẽ Dei, et BB. Petri, et Pauli Apost. qua nos quoque in terris fungimur, freti, et subnixi, in ciuitate Triden. ad Sacratissimi diẽ Resurrectionis Dominicæ proximè futurũ indicimus, et ibi celebrãdũ sublata suspensione quacũque statuimus, atque decreuim⁹. Quocirca venerabiles fratres nostros oĩbus ex locis Patriarchas, Archiepiscopos, Epos, & dilectos filios Abbates, ceterosq. quib. in Conc. generali sedere, & sñiam dicere, iure cõi, vel ex priuilegio, vel ex antiqua cõsuetudine licet, vehemẽter in Domino hortamur, & monemus, atque etiam districtè precipiẽdo mãdamus, in virtute Sanctæ obedientiæ, in vim quoque iuramẽti, quod prestiterunt, & sub penis, quas in eos, qui ad Concilia generalia cõuenire neglexerint, sacris sciunt esse Canonib. cõstitutas, vt ad Cõcilium ibi celebrãdũ

Matth. 16. c. quanto. de transflat. episc. c. venit. vt eccl. benef. c. ad apost. §. penult. de re iud. in 6. c. 1. de homi. eod. lib. Pela. 2. in 1. epist. cir. princ.

Conc. Car. 3.c.43. inf. Sess.24.c.2. in fi. de reformat.

conueniant intra eã diem; nisi fortè impedimēto fuerint legitimo ꝑpediti; ꝙ tñ impedimentũ ꝑ legitimos Procuratores Synodo probare debebũt. Monemus ꝑterea oẽs, et singulos, quorũ interest, interesseve poterit, vt in Cõcilio adesse ne negligãt. Charissimos verò in Christo filios nostros, Ro. Imp. electũ, ceterosq. Reges, & Principes, quos optandũ sanè esset Cõc. interesse posse, hortamur, & rogamus, vt si ipsi interesse Cõc. nõ potuerint, at Oratores suos prudẽtes, graues, & pios viros vtiq; mittãt, q ipsorũ noĩe illi intersint, curentq. diligẽter pro sua pietate, vt ex eorũ regnis, atque dominijs Prelati sine recusatione, ac mora tã necessario tpe, Deo, & Ecclesiæ officiũ suũ præstẽt, eosdẽ ẽt curatores esse minimè dubitantes, vt per ipsorũ regna ẽt dominia tutũ, ac liberũ iter Prelatis, eorũq. familiarib. comitib. & alijs omnibus ad Cõcil. euntib. & ab illo redeũtib. pateat, benigneq. ac comiter oĩb. in locis recipiantur, atque tractẽtur, sicut, ꝙ ad nos attinet, ipsi quoque curabimus; q nihil oĩnò ꝑtermittere decreuimus, ꝙ ad tã piũ, & salutare opus perficiẽdũ à nobis, in hoc loco cõstitutis, ꝑstari possit; nihil, vt Deꝰ scit, ꝗrẽtes aliud; nihil propositũ hẽntes in hoc Cõcilio celebrando, nisi honorem ipsius Dei, dispersarum ouiũ reductionẽ, ac salutem, et perpetuã Christianę Reip. tranquillitatẽ, ac quietẽ. Vt verò hę litterę, et ꝗ in eis cõtinẽtur, ad oĩum, quorũ oportet notitiã ꝑueniant; nec quisquã ea excusatione vti possit, ꝙ illa ignorauerit, ꝑsertim cum non ad oẽs,

quos

quos de his litteris certiores fieri oporteret, tutus forsitā pateat aditus, volumus, et mādamus, vt in Basilica Vaticana Principis Apostol. & in Eccl. Later. tūc, cū in eis populus, ut Missarū solemnib. intersit, cōgregari solet, palā clara voce. à Curiæ nostræ cursoribus, seu notarijs aliquibus publicis recitētur; et postquā recitatæ fuerint, ad valuas earū Eccl. itéq. Cācel. Apos. et in loco solito Cāpi Floræ affigātur, ibiq. quo legi, et omnib. innotescere possint, aliquādiu relinquātur; cū aūt inde amouebūtur, earū exēpla in eisdē locis affixa remaneāt. Nos. n. p recitationē hāc, publicationē, et affixionē, oēs, et singulos, qui his litteris cōprehēdūtur, post duos mēses à die publ. & affixionis earū, volumus perinde astrictos, & obligatos esse, ac si ipsismet illæ corā editæ, & lectæ fuissēt. Trāsumptis quoque earū, quæ manu publ. alicuius notarij scripta, subscriptave, et sigillo, ac subscriptione alicuius personæ in dignitate Eccl. cōstitutę, munita fuerint, ut sine dubitatione ulla fides, hēatur, mādamus, atq; decernimus. Nulli ergo oīnò hoīum liceat, hanc paginā nostrę indictionis, statuti, decreti, pcepti, admonitionis, & adhortationis infringere, vel ei ausu temerario cōtraire. Si qs aūt hoc attētare psumpserit, indignationē omnipotētis Dei, ac BB. Petri, & Pauli Apost. eius se nouerit incursurū. Dat. Ro. apud S. Pet. an. Incar. Dom. 1563. Kal. Decēbr. Pont. nostri anno primo. Anton. Florebellius. Barengus.

SACROSANCTI OECVMENICI, & generalis Concilij Tridentini.

SESSIO XVII.

Quæ est Prima sub Pio IV. Pont. Max.

Celebrata die 28 Mensis Ian. M. D. LXII.

Decretum de celebrando Concilio.

PLACETNE *vobis ad laudem & gloriam sanctæ, & indiuiduæ Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritusancti, ad incrementum & exaltationem fidei, & religionis Christianæ, sacrum œcumenicum, & generale Concil. Trid. in Spiritusancto legitimè congregatum, ab hodierno die, qui est 18. Mense Ian. an. à Nat. Dom. 1562. Cathedræ Ro. B. Petri* Inf. Sess. 24. c. 21. de ref. *Apost. Principis, consecrato sublata quacumque suspensione, iuxta formã, & tenorẽ litterarũ SS. D. N. Pij IV. Põt. Max. celebrari, & in eo ea, debito seruato ordine, tractari, quę, proponẽtib. Legatis ac Pręsidẽtibus, ad horũ temporũ leuãdas calamitates, sedãdas de religione controuersias, coërcendas linguas dolosas, deprauatorũ morum abusus corrigẽdos, Ecclesiæ veram, atque Christianam pacem conciliandam apta & idonea ipsi S. Synodo videbuntur? Responderunt, Placet.*

Indi-

Indictio futuræ Sessionis.

PLacet ne vobis, proximam futuram Sessionem habendam, & celebrandam esse feria quinta, post secundam Dominicam Quadragesimæ, quæ erit die 26. Mensis Februarij? Responderunt, Placet.

SESSIO XVIII.

Quæ est II. sub Pio IV. Pont. Max.

Celebrata die 26. Februarij M. D. LXII.

Decretum de librorum delectu, & omnibus ad Concilium fide publica inuitandis.

SACROSANCTA, Oecumenica, & generalis Tridētina Synodus in Spiritusancto legitimè congregata, præsidentibus in ea eisdem Apost. Sedis Legatis, nō humanis quidem viribus cōfisa, sed Domini nostri Iesu Christi, qui os, & sapiētiam Ecclesiæ suæ daturum se promisit, ope & auxilio freta, illud præcipuè cogitat, vt Catholicæ fidei doctrinam multorum inter se dissidentium opinionibus, pluribus locis inquinatam & obscuratam, in suam puritatem, & splendorem aliquando restituat; & mores, qui

à veteri institutio deflexerunt, ad meliorẽ vitæ
Psalm.121. rationem reuocet, corq. patrum ad filios, & cor filiorum ad patres conuertat. Cũ itaque omnium primũ animaduertit, hoc tpe suspectorũ, ac perniciosorũ librorũ, quib. doctrina impura continetur, & longè, lateq. diffunditur, numerum nimis excreuisse; qd quidẽ in causa fuit, vt multę cẽsurę in varijs Prouincijs, & præsertim in Alma Vrbe Roma, pro quodã zelo editę fuerint; neque tñ huic tam magno, ac pernicioso morbo salutarem vllã profuisse medicinam; cẽsuit, vt delicti ad hanc disquisitionẽ Patres, de censuris, librisq. quid facto opus esset, diligenter cõsiderarent, atque ẽt ad eãdem S. Synodũ suo tẽpore referrent, quo faciliùs ipsa possit varias & peregrinas doctrinas, tamquã zizania, à Christianę veritatis tritico separare; deq. his commodiùs deliberare, & statuere, quæ ad scrupulũ ex complurium animis eximendũ; & tollẽdas multarũ querelarum causas, magis opportuna videbuntur. Hęc autem omnia ad notitiam quorumcumque deducta esse vult, prout ẽt præsenti decreto deducit: vt, si qs ad se pertinere aliquo modo putauerit, quæ vel de hoc librorum, & censurarũ negotio, vel de alijs, quæ in hoc generali Concil. tractanda prædixit; non dubitet à S. Synodo se benignè auditum iri.

Quoniã verò eadẽ S. Synodus ex corde optat, Deumq. enixè rogat, quæ ad pacem sunt Ecclesię, vt vniuersi communem matrẽ in terris agno-

scentes,

ſcentes, quæ, quos peperit, obliuiſci non poteſt, v- nanimes, vno ore, glorificemus Deũ, & Patrem D. N. Ieſu Chriſti; per viſcera miſericordiæ eiuſdem Dei, & Domini noſtri, omnes qui nobiſcum cõmunionẽ non habent, ad cõcordiam et reconciliationem, & vt ad hanc S. Synodum veniant, inuitat, atque hortatur, vtq. charitatem, quod eſt vinculum perfectionis, amplectãtur, pacemq. Chriſti, exultantem in cordib. ſuis, præſeferant, in quã vocati ſunt, in vno corpore. Hãc ergo non humanam, ſed Spiritusſancti vocem audientes, ne obdurent corda ſua, ſed in ſuo ſenſu non ambulantes, neque ſibi placentes, ad tam piam, & ſalutarem matris ſuæ admonitionem excitẽtur, et conuertantur. Omnibus enim charitatis officijs S. Synodus eos vt inuitat, ita complectetur.

Iſa.c.49. Rom.15. Coloſſ.5. Rom.15.

Inſuper eadem S. Synodus decreuit, fidem publicam in Congregatione generali concedi poſſe, & eamdem vim habituram, eiuſdemq. roboris et momenti futuram, ac ſi in publica Seſſione data, & decreta fuiſſet.

Indictio futuræ Seſſionis.

E*Adem ſacroſancta Synodus Tridentina, in Spirituſancto legitimè congregata, præſidentibus in ea eiſdem Apoſt. Sedis Legatis, ſtatuit, & decreuit, proximam futuram Seſſionem habendam & celebrandam eſſe feria quinta, poſt ſacratiſſimum feſtum Aſcenſionis Domini; quæ erit die 14. Menſis Maij.*

SALVVS CONDVCTVS concessus Germanicæ Nationi, in Congregatione generali.

Die IV. Martij M. D. LXII.



ACROSANCTA, œcumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritusancto legitimè cõgregata, præsidentibus in ea eisdẽ S. Sedis Apostolicæ Legatis, Vniuersis fidem facit, quòd omnibus, & singulis Sacerdotibus, Electoribus, Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, militaribus, popularibus, & alijs quibuscumque viris, cuiuscumque status, & conditionis, aut qualitatis existant, Germanicæ Prouinciæ, & Nationis, Ciuitatibus, & alijs locis eiusdem, & omnibus aliis Ecclesiasticis, & Sæcularibus, præsertim Augustanæ Confessionis personis, qui, aut quæ, vnà cum ipsis ad hoc generale Tridentinum Concilium venient, aut mittentur, ac profecturi sunt, aut hucusque venerunt, quocumque nomine censeãtur, aut valeant nuncupari, tenore præsentium publicam fidem, & plenissimam, verissimamq. securitatem, quam Saluumconductum appellant, liberè ad hanc Tridentinam Ciuitatem veniendi, ibidemq. manendi, standi, morandi, proponendi, loquendi, vnà cum

ipsa

ipsa Synodo de quibuscumque negotiis, tractandi, examinandi, discutiendi; & omnia, quæcumque ipsis libuerit, ac articulos quoslibet tam scripto, quàm verbo liberè offerendi, propalandi, eosq. Scripturis sacris, & Beatorum Patrum verbis, sententiis, & rationibus declarandi, astruendi, & persuadendi, &, si opus fuerit, etiam ad obiecta Concilij generalis respondendi, & cum iis, qui à Concilio delecti fuerint, disputandi Christianè, aut charitatiuè, absque omni impedimento conferendi, opprobriis, conuiciis, ac contumeliis, penitus semotis: & signanter, quod causæ controuersiæ secundùm sacram Scripturam, & Apostolorum traditiones, probata Concilia, Catholicæ Ecclesiæ consensum, & Sanctorum Patrum auctoritates in prædicto Concilio Tridentino tractentur; illo etiam addito, vt religionis prætextu, aut delictorum circa eam commissorum, aut committendorum minimè puniantur: impertitur, ac omninò concedit; sic etiam, vt propter illorum præsentiam, neque in itinere, aut quocumque locorum eundo, manendo, aut redeundo, nec in ipsa Ciuitate Tridentina à diuinis officiis quouis modo cessetur. Et vt, his peractis, vel non peractis, quandocumque ipsis libuerit, aut maiorum suorum mandato, & assensu, ad propria reuerti optabunt; aut aliquis eorum optabit; mox absque vlla renitentia, & occasione, aut mora, saluis rebus eorum, & suorum pariter honore, & personis, vice versa, possint iuxta beneplacitum liberè, & securè redire; de scientia tamen ab eadem Synodo deputandorum, vt tunc opportunè eorum securitati, absque dolo, & fraude, prouideatur. Vult etiam sancta Synodus in hac publica fide, saluoque conductu, omnes quascumque clausulas includi, ac contine-

ri;

ri, ac pro inclusis haberi, quæ pro plena, efficaci, & sufficienti securitate, in eundo, stando, & redeundo, necessariæ, & opportunæ fuerint. Illud etiam ad maiorem securitatem, & pacis, ac conciliationis bonum, exprimens, quod, si quisquam, aut illorum aliqui, siue in itinere, Tridentum veniendo, siue ibidem morando, aut redeundo, aliquod enorme (quod absit) egerint, aut commiserint, quo posset huius fidei publicæ, & assecurationis beneficium, eis concessum, annullari, aut cassari; vult, & concedit, vt in huiusmodi facinore deprehensi, ab ipsis dumtaxat, & non ab aliis condigna animaduersione cum emenda sufficienti, per partem ipsius Synodi meritò approbanda, & laudanda, mox puniantur; illorum assecurationis forma, conditionibus, & modis omninò manentibus illibatis. Pariformiter etiam vult, si quisquam, vel aliquis ex ipsa Synodo, siue in itinere, aut manendo, aut redeundo, aliquod enorme (quod absit) egerint, aut commiserint, quo posset huius fidei publicæ, & assecurationis beneficium violari, aut quoquo modo tolli, in huiusmodi facinore deprehensi, ab ipsa Synodo dumtaxat, & non ab aliis condigna animaduersione, & emenda sufficienti, per partem Dominorum Germanorum Augustanæ Confessionis, tunc hic præsentium, meritò laudanda, & approbanda, mox puniantur, præsentis assecurationis forma, conditionibus, & modis omninò manentibus illibatis. Vult præterea ipsa Synodus, quod liceat ipsis Ambasciatoribus omnibus, & singulis toties, quotiescumque opportunum fuerit, seu necessarium, ad auram capiendam exire de Ciuitate Tridentina, & reuerti ad eamdem, nec-

non

non nuncium, vel nuncios suos ad quæcumque loca pro suis necessariis negotiis ordinandis liberè mittere, seu destinare; ac ipsos missos, seu destinatos, seu missum, & destinatum suscipere toties, quoties eis videbitur expedire; ita quòd aliqui, vel aliquis per deputandos Concilij socientur, qui eorum securitati prouideant, vel prouideat: Qui quidem saluus conductus, & securitas stare ac durare debeant à tempore, & per tempus, quo in ipsius Synodi, & suorum tuitionis curam ipsos suscipi contigerit: & vsque ad Tridentum perduci, ac toto tempore mansionis eorum ibidem, & rursum post sufficientem audientiam habitam, spatio viginti dierum præmisso, cum ipsi petierint, aut Concilium, habita huiusmodi audientia, ipsis recessum indixerit, à Tridento vsque in quem quisque elegerit sibi locum tutum, Deo fauente, restituet, dolo, & fraude prorsus exclusis.

Quæ quidem omnia pro vniuersis, singulis Christi fidelibus, pro omnibus Principibus, tam Ecclesiasticis, quàm Sæcularibus quibuscumque, atque omnibus aliis Ecclesiasticis, & Sæcularibus personis, cuiuscumque status, & conditionis existant, aut quocumque nomine censeantur, inuiolabiliter obseruanda esse promittit, & bona fide spondet.

Insuper, omni fraude, & dolo exclusis, vera, & bona fide promittit, ipsam Synodum nullam vel manifestè, vel occultè occasionem quæsituram, aut aliqua auctoritate, potentia, iure, vel statuto, priuilegio Legum, vel Canonum, aut quorumcumque Conciliorum, præsertim Constantiensis, & Senensis, quacumque forma verborum expressa, in aliquod huius fidei publicæ, & plenissimæ

ſimæ aſſecurationis,ac publicæ, & liberæ audientiæ, ipſis per ipſam Synodum conceſſæ, præiudicium, quouis modo vſuram, aut quemquam vti permiſſuram: quibus in hac parte pro hac vice derogat. Quod ſi ſancta Synodus, aut aliquis ex ea, vel ſuis, cuiuſcumque conditionis, vel ſtatus, aut præeminentiæ exiſtens, præſcriptæ aſſecurationis, & Saluiconductus formam,& modum in quocumque puncto, vel clauſula violauerit; (quod tamen auertere dignetur Omnipotens)& ſufficiens emenda non fuerit mox ſubſecuta, & ipſorum arbitrio meritò approbanda, & laudanda, habeant ipſam Synodum, & habere poterunt incidiſſe in omnes pœnas, quas iure Diuino, & humano, aut conſuetudine huiuſmodi Saluorum conductuum violatores incurrere poſſunt, abſque omni excuſatione, aut quauis in hac parte contradictione.

EXTENSIO AD ALIAS Nationes.

EADEM Sacroſancta Synodus, in Spiritu ſancto legitimè congregata, præſidentibus in ea eiſdem Apoſtolicæ Sedis de latere Legatis, omnibus, & ſingulis aliis, qui nobiſcum in iis, quæ ſunt fidei, communionem non habent, ex quibuſcumque Regnis, Nationibus, Prouinciis, Ciuitatibus, ac locis in quibus publicè, & impunè prædicatur, vel docetur, ſiue creditur contrarium eius, quòd S. Romana ſentit Eccleſia, dat fidem publicam, ſiue Saluumconductum,

ductum, sub eadem forma, & eisdem verbis, quibus datur Germanis.

SESSIO XIX.

Quæ est Tertia sub Pio Quarto Pont. Max.

Celebrata die 14. Maij M. D. LXII.

Decretum prorogationis Sessionis.



ACROSANCTA, Oecumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritusancto legitimè congregata, præsidentibus in ea eisdem Apostolicæ Sedis Legatis, Decreta, ea, quæ hodie in præsenti Sessione statuenda, ac sancienda erant, iustis nonnullis, ac honestis causis in feriam quintam, post proximam solemnitatem Corporis Christi, quæ erit pridie Nonas Iunij, proroganda esse censuit, ac prorogat; dictaq. die Sessionem habendam

bendam esse, ac celebrandam, omnibus indicit. Interea rogandus est Deus, et Pater Domini nostri Iesu Christi, auctor pacis, vt sanctificet corda omnium; quo adiuuante, sancta Synodus, & nunc, & semper meditari, atque peragere valeat, quæ ad eius laudē, & gloriam pertineant.

SESSIO XX.

Quæ est Quarta sub Pio IV. Pont. Max.

Celebrata die 4. Iunij 1562.

Decretum prorogationis Sessionis.

SACROSANCTA, *Oecumenica, & generalis Tridentina Synodus in Spiritusancto legitimè cōgregata, præsidentibus in ea eisdē Apostolicæ Sedis Legatis, propter varias difficultates, ex diuersis causis exortas, atque etiam, vt congruentiùs, maioriq. cum deliberatione omnia procedāt, nempè vt dogmata cum ijs, quæ ad reformationem spectāt, simul tractentur, & sanciantur ea, quæ statuenda videbuntur, tam de reformatione, quā de Dogmatibus, in proxima Sessione, quam omnib. indicit,*

in

in diem sextamdecimam subsequētis mensis Iulij, definienda esse decreuit: Hoc tamen adiecto, quod dictum terminum ipsa S. Synodus pro eius arbitrio, & volūtate, sicuti rebus Concilij putauerit expedire, etiam in generali Congregatione, restringere, & prorogare liberè possit, & valeat.

SESSIO XXI.

Quæ est V. sub Pio IV. Pont. Max.

Celebrata die 16. Iul. M. D. LXII.

Doctrina de Communione sub vtraque specie, & paruulorum.

SACROSANCTA, Oecumenica, & generalis Tridentina Synodus in Spiritusancto legitimè congregata, præsidentibus in ea eisdem Apost. Sedis Legatis, cum de tremendo, & Sanctiss. Eucharistiæ Sacramēto, varia diuersis in locis errorum monstra nequissimi Dæmonis artibus circumferantur, ob quæ in nonnullis Prouincijs multi à Catholicæ Ecclesiæ fide, atque obedientia videantur discessisse; censuit ea, quę ad Cōmunionem sub vtraque specie, & paruulorum pertinent, hoc loco exponéda esse. Quapropter cunctis Christi fidelibus interdicit, ne post hac de ijs aliter

ter

ter vel credere, vel docere, vel prædicare audeant, quam est his decretis explicatum, atque definitum.

Laicos, & clericos non conficientes, non astringi iure diuino ad communionem sub vtraque specie. Cap. I.

Isa. 11. *ITaque S. ipsa Synodus, à Spiritusancto, qui spiritus est sapientiæ, & intellectus, spiritus*
Inf. ca. 2. Matt. 26. Marc. 14. Luc. 22. 1. Cor. 11. *concilij, & pietatis, edocta, atque ipsius Ecclesiæ iudicium, & consuetudinem secuta, declarat ac docet, nullo diuino præcepto Laicos, & Clericos non conficientes, obligari ad Eucharistiæ Sacramentum sub vtraque specie sumendum; neque vllo pacto, salua fide, dubitari posse, quin illis alterius speciei Communio ad salutem sufficiat; nam, etsi Christus Dominus in vltima cœna venerabile hoc Sacramentum, in panis, & vini speciebus instituit, & Apostolis tradidit; non tamen illa institutio, & traditio eo tendunt, vt omnes Christi fideles statuto Domini ad vtramque speciem accipiendam astringantur. Sed neque ex sermone illo, apud Ioannem sexto, rectè colligitur, utriusque speciei cõmunionẽ à Domino præceptam esse, vtcumque iuxta varias sanctorum Patrũ, & Doctorũ interpretationes intelligatur.* Ioan. 6. *Namque qui dixit: Nisi manducaueritis carnẽ filij hominis, & biberitis eius sanguinem,*

non

non habebitis vitam in vobis; dixit quoque: Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum. Et qui dixit: Qui mãducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam: dixit etiam: Panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Et denique qui dixit: Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo, dixit nihilominus: Qui manducat hunc panem, viuet in æternum. Ibidem.

Ecclesiæ potestas circa dispensationem Sacramenti Eucharistiæ. Cap. II.

PRæterea declarat, hanc potestatem perpetuò in Ecclesia fuisse, vt in Sacramentorum dispensatione, salua illorum substãtia, ea statueret, vel mutaret, quæ suscipiẽtium vtilitati, seu ipsorum Sacramentorum venerationi, pro rerum, temporum, & locorum varietate, magis expedire iudicaret; id autem Apostolus non obscurè visus est innuisse, cum ait: Sic nos existimet homo, vt ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei, atque ipsum quidem hac potestate vsum esse satis constat, cum in multis alijs, tum in hoc ipso Sacramento: cum ordinatis nonnullis circa eius vsum: Cetera, inquit, cum venero disponam. Quare agnoscens Sancta Mater Ecclesia, hanc suam in administratione Sacramentorum auctoritatem, licet ab initio Christianæ

1.Cor.4. 2.Cor.6. 1.Cor.1. ca. ex catholica.

1. q. 1. c. qa ex sola, 24. q. 1. Conc Constantien. Sess. 12. Côc. Basil. Ses. 30. c. cõsuetudo. 2. dist.

stianæ religionis non infrequens vtriusque speciei vsus fuisset: tamen progressu temporis latissimè iam mutata illa consuetudine grauibus & iustis causis adducta, hãc consuetudinem sub altera specie communicandi approbauit, & pro lege habendam decreuit, quam reprobare, aut sine ipsius Ecclesiæ auctoritate pro libito mutare non licet.

Totum, & integrum Chrstium, ac verum Sacramentum sub qualibet specie sumi. Cap. III.

Matt. 26. Mar. 14. su. cap. 1. 1. Cor. 11. c. q mãducãt. c. inuitat. c. singuli. de consec dis. 2. sup Sess. 13. c. 3. & ca 3. de sac. Euchar. Côc. Conf. Sess. 13.

INsuper declarat, quamuis Redẽptor noster, vt antea dictum est, in suprema illa cœna hoc Sacramentum in duabus speciebus instituerit, & Apostolis tradiderit, tamen fatendum esse, etiam sub altera tantum specie totum, atque integrum Christum, verumq. Sacramentum sumi, ac propterea quod ad fructum attinet, nulla gratia necessaria ad salutem eos defraudari, qui vnam speciem solam accipiunt.

Paruulos non obligari ad communionem Sacramentalem. Cap. IV.

Inf. can. 14.

Tit. 3

DEnique eadem S. Synodus docet, paruulos vsu rationis carentes, nulla obligari necessitate ad Sacramentalem Eucharistiæ cõmunionem; siquidẽ per Baptismi lauacrum regenerati, & Christo incorporati, adeptã iam filiorum Dei, gratiam in illa ætate amittere nõ possunt. Neque ideo tamen damnãda est antiquitas, si eũ morem

in

in quibusdam locis aliquando seruauit: vt enim sanctissimi illi Patres sui facti probabilem caussam pro illius temporis ratione habuerunt, ita certè eos nulla salutis necessitate id fecisse, sine controuersia credendum est.

DE COMMVNIONE SVB vtraque specie, & paruulorum.

CANON I.

SI quis dixerit, ex Dei præcepto, vel necessitate salutis, omnes, & singulos Christi fideles vtramque speciem sanctissimi Eucharistiæ Sacramenti sumere debere: anathema sit. Conc. Constan. Sess. 13.

CANON II.

Si quis dixerit, sanctam Ecclesiam Catholicam non iustis caussis, & rationibus adductam fuisse, vt laicos, atque etiam Clericos non conficientes sub panis tantummodo specie communicaret, aut in eo errasse: anathema sit. Sup. ca. 1. & Conc. Constantien. d. loco.

CANON III.

Si quis negauerit, totum, & integrum Christum omnium gratiarum fontem, & auctorem sub vna panis specie sumi, quia, vt quidam falsò asserunt, non secundum ipsius Christi constitutionem, sub vtraque specie sumatur: anathema sit. Sup. ca. 3. & sess. 13. ca. 3. & cano. 2. Conc. Constan. sess. 13.

CANON IV.

Si quis dixerit, paruulis antequam ad annos discretionis peruenerint, necessariam esse Eucharistiæ communionem: anathema sit. Sup. 1 prin. & c. 4. infr. Sess. 13. can. 1. c. omnis vtriusque de poe. & remiss.

Duos verò articulos, alias propositos, nondum

tamen excussos, videlicet: An rationes, quibus S. Catholica Ecclesia adducta fuit, vt communicaret laicos, atque etiam non celebrantes sacerdotes sub vna tantum panis specie, ita sint retinendæ, vt nulla ratione calicis vsus cuiquam sit permittendus; & An, si honestis, & Christianæ charitati consentaneis rationibus concedendus alicui, vel nationi, vel regno Calicis vsus videatur, sub aliquibus conditionibus concedendus sit, et quænam sint illæ; eadem S. Synodus in aliud tempus, oblata sibi quamprimum occasione, examinandas, atque definiendas reseruat.

Inf. Sess.22. in fine.

Decretum de reformatione.

EAdem sacrosancta, Oecumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritusancto legitimè congregata, Præsidentibus in ea eisdem Apostolicæ Sedis Legatis, ad Dei omnipotentis laudem, & sanctæ Ecclesię ornamentum, ea, quæ sequuntur, de reformationis negotio in præsenti statuenda esse censuit.

Caput I.

Cōc. Calc. act.15.ca.3. Conc.Brac. 3.c.2. Cōc. Aurel. 3.c.3. Conc. Tol. 4.

QVoniam ab Ecclesiastico ordine omnis auaritiæ suspicio abesse debet; nihil pro collatione quorumcumque ordinum, etiam clericalis tonsuræ, nec pro litteris dimissorijs, aut testimonialibus, nec pro sigillo, nec alia quacumque de causa, etiam spontè oblatū Episcopi, & alij ordinum

num collatores, aut eorũ ministri quouis prætextu accipiant. Notarij verò in ijs tantum locis, in quib. non viget laudabilis consuetudo nihil accipiẽdi, pro singulis litteris dimissorijs, aut testimonialib. decimã tantum vnius aurei partẽ accipere possint, dũmodo eis nullũ salariũ sit cõstitutum pro officio exercendo, nec Epo ex Notarij cõmodis aliquod emolumentũ ex eisdem ordinum collationibus directè, vel indirectè prouenire possit. tunc.n. gratis operam suam eos præstare omninò teneri decernit, contrarias taxas, ac statuta, & cõsuetudines, ẽt immemorabiles quorumcumque locorum, quæ potiùs abusus, & corruptelæ, simoniacæ prauitati fauentes, nuncupari possunt, penitus, cassando, & interdicendo: & qui secus fecerint, tã dantes, quã accipientes, vltra diuinam vltionẽ, pœnas à iure inflictas ipso facto incurrãt.

can.3. ca.6. cui episcopũ.1.q.2.& ca.2. de simon. Conc. Tol. 6.c.6.

Inf. Sess.24. c.18. de reform.

Caput II.

CVm non deceat eos, qui diuino ministerio ascripti sunt, cũ ordinis dedecore mendicare, aut sordidũ aliquẽ quæstum exercere: compertumq. sit, complures plerisque in locis ad sacros ordines nullo ferè delectu admitti, qui varijs artibus, ac fallacijs cõfingunt, se beneficium ecclesiasticum, aut ẽt idoneas facultates obtinere: statuit S. Synodus, ne quis deinceps Clericus sęcularis, quãuis aliàs sit idoneus moribus, scientia, & ætate, ad sacros ordines promoueatur, nisi prius legitimè constet, eum beneficium ecclesiasticum,

cap. diaconi sunt circmed. 93. d. Vide if. extensionem S.D.N. Pij V. huius decre. de cler: reg. pag. 4. 17.

quod sibi ad victũ honestè sufficiat, pacificè possidere. Id verò beneficium resignare nõ possit, nisi facta mentione, quod ad illius beneficij titulũ sit promotos, neque ea resignatio admittatur, nisi constito, quod aliundè viuere commodè possit, & aliter facta resignatio nulla sit. Patrimoniũ verò, vel pensionem obtinẽtes, ordinari posthac non possint, nisi illi, quos Episcopus iudicauerit assumendos pro necessitate, vel commoditate Ecclesiarũ suarum, eo quoque prius perspecto, patrimonium illud, vel pensionẽ verè ab eis obtineri, taliaq. esse, quæ eis ad vitam sustentandam satis sint, atque illa deinceps sine licentia Episcopi, alienari, aut extingui, vel remitti nullatenus possint, donec beneficiũ ecclesiasticũ sufficiẽs sint adepti, vel aliunde habeant, unde viuere possint, antiquorũ Canonum pęnas super his innouando.

c. Episcopus, & ca. tuis. ext. de præb. & dignitat. cap. neminem cũ seq. 70. dist. à tuis. ext. de pb. c. sanctorũ 70 d. c. cum secundum. de præbẽd. in 6. & c. si Episcopus. de prębend. in 6. c. si. de resc. in 6.

Caput III.

CVm beneficia ad diuinũ cultum, atque Ecclesiastica munia obeunda sint constituta, ne qua in parte minuatur diuinus cultus, sed ei debitum omnibus in rebus obsequium præstetur: statuit S. Synodus in Ecclesijs tam Cathedralib⁹, quàm Collegiatis, in quib. nullæ sunt distributiones quotidianæ, vel ita tenues, vt verisimiliter negligãtur, tertiam partem fructuũ, & quorumcumque prouentuum, & obuentionũ, tã dignitatum, quã Canonicatuũ, personatuum, portionum, & officiorum separari debere, & in distributiones

Inf. Ses. 21. c. 1. de ref. c. 3.

nes

nes quotidianas conuerti, quę inter dignitates obtinentes, & ceteros diuinis interessentes proportionabiliter, iuxta diuisionem ab Episcopo etiam tamquã Apostol. Sedis delegato, ipsa prima fructuum deductione facienda, diuidantur: saluis tamen consuetudinibus earum Ecclesiarum, in quibus non residentes, seu non seruientes, nihil, vel minus tertia parte percipiunt: non obstantibus exemptionibus, ac alijs consuetudinibus, etiam immemorabilibus, & appellationibus quibuscumque. Crescenteq. non seruientium contumacia, liceat contra eos procedere iuxta iuris, ac sacrorum Canonum dispositionem.

Inf. Ses. 23. ca. 1. de ref. & Ses. 24. c. 1. de ref.

Caput IV.

EPiscopi, etiam tamquam Apostolicæ Sedis delegati, in omnibus Ecclesijs Parochialibus, uel baptismalibus, in quibus populus ita numerosus sit, vt vnus rector non possit sufficere ecclesiasticis Sacramentis ministrãdis, & cultui diuino peragendo; cogant Rectores, vel alios, ad quos pertinet, sibi tot sacerdotes ad hoc munus adiungere, q sufficiant ad sacramenta exhibenda, & cultum diuinum celebrandum. In ijs verò, in quib. ob locorum distantiam, siue difficultatem Parochiani sine magno incõmodo ad percipienda Sacramenta, & diuina officia audienda accedere nõ possunt, nouas Parochias, ét inuitis Rectoribus, iuxta formã Constit. Alexan. III. quæ incipit; Ad audientiã, constituere possint. Illis autem

cap. & temporis. 10. q. 1. & c. fi. de eccles. ædific.

c. ad audiẽtiam, de eccl. ædific.

sacerdotibus, qui de nouo erunt Ecclesijs nouiter erectis præficiendi, competens assignetur portio arbitrio Episcopi ex fructibus ad ecclesiam matricem quomodocumque pertinentibus, & si necesse fuerit, compellere possit populum, ea subministrare, quæ sufficiant ad vitam dictorum sacerdotum sustentandum: quacumque reseruatione generali, vel speciali, vel affectione, super dictis ecclesijs non obstantibus. Neque huiusmodi ordinationes, & erectiones possint tolli, nec impediri, ex quibuscumque prouisionibus, etiam vigore resignationis, aut quibusuis alijs derogationibus, vel suspensionibus.

Caput V.

ca. sicut vnire. de excess. præl. Conc. Lateran. sub Leo X. sess. 9. de refor. ca. 11. & inf. Sess. 24. c. 13.

VT etiam ecclesiarum status, vbi sacra Deo officia ministrãtur, ex dignitate cõseruentur: possint Episcopi, etiam tamquã Apostolicæ Sedis Delegati, iuxta formam iuris, sine tamen præiudicio obtinentium, facere vniones perpetuas quarumcumque Ecclesiarũ Parochialium, & Baptismalium, & aliorum beneficiorum curatorum, vel non curatorum, cum curatis propter earum paupertatem, & in ceteris casibus à iure permissis, etiam si dictæ Ecclesiæ, vel beneficia essent generaliter, vel specialiter reseruata, aut qualitercumque affecta. Quæ vniones etiam non possint reuocari, nec quoquomodo infringi vigore cuiuscumque prouisionis, etiam ex causa resignationis, aut derogationis, aut suspensionis.

ca. vnio. in fi. 10. q. 3. c. & tpis. cũ seq. 16. q. 1. c. 1. de rerum permut. in 6.

Ca-

Caput VI.

QVia illiterati, & imperiti Parochialium Ecclesiarum Rectores, sacris minus apti sunt officijs, & alij propter eorum vitæ turpitudinem potiùs destruunt, quàm ædificant: Episcopi etiam tamquam Apostolicæ Sedis delegati, eisdem illiteratis, & imperitis, si aliàs honestæ vitæ sint, Coadiutores, aut Vicarios pro tempore deputare; partemq. fructuum eisdem pro sufficienti victu assignare, vel aliter prouidere possint, quacumque appellatione, & exemptione remota. Eos verò, qui turpiter, & scandolosè viuunt, postquam præmoniti fuerint, coërceant, ac castigent, & si adhuc incorrigibiles in sua nequitia perseuerent, eos beneficijs, iuxta Sacrorum Canonum Constitutiones, exemptione, & appellatione quacumque remota, priuandi facultatem habeant.

cap. illiteratos. 39. d. c. nisi cũ pridẽ, de ren. c. 1. 38. d. c. cũ ex eo. de elect. in 6. Conc. Tol. 8. can. 8.

c. siquis frater. 7. q. 1.

Caput VII.

CVm illud quoque valde curãdum sit, ne ea, quæ sacris ministerijs dedicata sunt, temporũ iniuria obsolescãt, & ex hominũ memoria excidant: Epscopi, etiam tamquã Apostolicæ Sedis delegati, transferre possint beneficia simplicia etiã iuris patronatus, ex Ecclesijs, quæ vetustate, vel aliàs collapsæ sint, & ob eorum inopiam nequeant instaurari, vocatis ijs, quorum interest in matrices, aut alias Ecclesias locorum eorumdem, seu viciniorũ, arbitrio suo: atque in eiusdem

c. inuentũ. 16. q. 7. c. felicis, de pœ. in 6. & Clem. multorum. de pœn.

Eccle-

Ecclesijs erigant altaria, vel capellas sub eisdem inuocationib. vel in iā erecta altaria, vel capellas transferant cū omnib. emolumētis, et onerib. Priorib. Ecclesijs impositis; Parochiales verò Ecclesias, ēt si iurispatronatus sint, ita collapsas, refici, & instaurari procurent ex fructib. & prouentib. quibuscumque ad easdem Ecclesias quomodocumque pertinentib. qui si nō fuerint sufficientes, omnes patronos, & alios qui fructus aliquos ex dictis Ecclesijs prouenientes percipiunt, aut in illorum defectū parochianos omnibus remedijs opportunis ad prædicta cogant: quacumque appellatione, exemptione, & contradictione remota. Quod si nimia egest. te omnes laborent, ad matrices, seu viciniores Ecclesias transferantur, cum facultate tam dictas Parochiales, quàm alias Ecclesias dirutas in profanos vsus, nō sordidos, erecta tamen ibi Cruce, conuertendi.

c.1.& c.pe. de eccl. ędif. vel repar. infr. c. 8. & sup. Sess.7. c.8. de ref.

Caput VIII.

QVæcumque in Diœcesi ad Dei cultum spectant, ab Ordinario diligenter curari, atque ijs, vbi oportet prouideri ęquū est: propterea cōmendata Monasteria, ēt Abbatiæ, Prioratus, & Pręposituræ nuncupatæ, in quibus non viget regularis obseruantia, necnō beneficia tam curata, quā nō curata, secularia, & regularia, qualitercumque cōmendata, etiam exempta, ab Episcopis, etiam tamquam Apost. Sedis delegatis, annis singulis visitētur: cureutq. ijdem Episcopi

Sup. Ses.7. de ref. ca. 8. & infr. Ses.7.24.ca. 9 & Ses. vltima, de

pi congruentibus remedijs, etiam per sequestrationem fructuum, vt quæ renouatione indigent, aut restauratione, reficiātur, & cura animarum, si qua illis, vel eorum annexis immineat, aliaq. debita obsequia rectè exerceantur appellationibus quibuscumque, priuilegijs, consuetudinibus, etiam immemorabili tempore præscriptis, conseruatorijs iudicum deputationibus, & eorum inhibitionibus nō obstantibus, & si in eis vigeret obseruantia regularis, prouideant Episcopi paternis admonitionibus; vt eorum regularium superiores, iuxta eorum regularia instituta, debitam viuendi rationem obseruēt, & obseruari faciāt, & sibi subditos in officio contineant, ac moderentur. Quod si admoniti inter sex menses eos non visitauerint, vel correxerint, tum ijdem Episcopi, etiam vt Delegati Sedis Apostolicæ, eos visitare possint, & corrigere, prout ipsi superiores possent iuxta eorum instituta, quibuscumque appellationibus, priuilegijs, & exemptionibus penitus remotis, & non obstantibus.

reg. cap. 19. Conc. Tarracon. ca. 8. & Concil. Brac. 2. c. 1. c. decernimus. 10. q. 1. c. de his, ext. de eccl. ædific. infr. Sess. 22. cap. 8. de ref.

Caput IX.

CVm multa è diuersis antea Concilijs, tam Lateranensi, ac Lugdunensi, quā Viennēsi, aduersus prauos eleemosynarū Quæstorū abusus remedia tunc adhibita posterioribus temporibus reddita fuerint inutilia, potiusq. eorum malitia ita quotidie magno fidelium omnium scādalo, & querela excrescere deprehendatur, vt de eorum emen-

Cōc. Tarrā. cap. 62. sub Innoc. III. ca. cum ex eo. de pœnit. & rem. Clem abusionib. eod. tit.

emendatione nulla spes amplius relicta videatur: statuit vt posthac in quibuscumque Christianæ religionis locis eorum nomen, atque vsus penitus aboleatur, nec ad officium huiusmodi exercendũ vllatenus admittatur: nõ obstãtibus priuilegijs, Ecclesijs, Monasterijs, Hospitalibus, pijs locis, & quibusuis cuiuscumque gradus, status, & dignitatis personis concessis, aut consuetudinibus etiam immemorabilibus. Indulgentias verò, aut alias spirituales gratias, quibus non ideo Christi fideles decet priuari, deinceps per Ordinarios locorum, adhibitis duobus de Capitulo, debitis temporibus populo publicandas esse decreuit, quibus etiam eleemosynas, atque oblata sibi charitatis subsidia, nulla prorsus mercede accepta, fideliter colligendi facultas datur: vt tandem cælestes hos Ecclesiæ thesauros non ad quæstum, sed ad pietatem exerceri, omnes verè intelligant.

Inf. Sess. vlt. in decre. de Indulg.

Indictio futuræ Sessionis.

S*Acrosancta Oecumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritusancto legitimè congregata, Præsidentibus in ea eisdem Apostolicæ Sedis Legatis, statuit, & decreuit, proximam futuram Sessionem habendam, & celebrandam esse feria quinta post Octauam festi Natiuitatis Beatæ Mariæ Virginis, quæ erit 8. Mensis Septembris proximè futuri. Hoc tamen adiecto, quod dictum terminum, ac vni-*

cuique

cuique Sessioni in posterum præfigendum, ipsa S. Synodus pro eius arbitrio, & voluntate, sicuti rebus Concilij putauerit expedire, etiam in generali Congregatione restringere, & prorogare liberè possit, & valeat.

SESSIO XXII.

Quæ est Sexta sub Pio IV. Pont. Max.

Celebrata die 17. Mensis Septembr. 1562.

Doctrina de Sacrificio Missæ.

SACROSANCTA, Oecumenica, & generalis Tridētina Synodus, in Spiritusancto legitimè congregata, Præsidentibus in ea eisdem Apostolicæ Sedis Legatis, vt vetus absoluta, atque omni ex parte perfecta, de magno Eucharistiæ mysterio in Sancta Catholica Ecclesia fides, atque doctrina retineatur; & in sua puritate, propulsatis erroribus, atque hæresibus, conseruetur; de ea, quatenus verum, & singulare sacrificium est, Spiritussancti illustratione edocta, hęc, quę sequūtur, docet, declarat, & fidelibus populis prædicāda decreuit. Io. 14. 15. 16. & 20. Sup. Ses. 13. de sacr. Eucharist. in princ.

Ca-

Ad Heb. 7. Psal. 19. ad Heb. 7. c. 5. & ca. sacerdos, de cōs. dist. 3. Gen. 14. Eph. 5 & c. seq. cap. semel Christus, cū seq. de cōs. d. 2. & inf ca. 2. Leo Pap. epist 24. in princ. Ber. super Cant. Apo. 21. Clem. 1. iuxta princip. de sum. Trin. & fid. Cath. c omnib. ca. loqui. 24. q. 1. & cap. nuptiar. cir ca fi. 27 q. 1. Matt. 28. Clem. 1. ver. alia neque, de re liq. & ven. Sāct. & su. Sess. 13. de sāctis. Euc. Sac. i princ. ca. 1. calicē. & ca. accipite, de cōsecr. dist. 2. Luc. 22. 1. Cor. 11. cap. iteratur, de consecrat. d. 2. inf. c. 2.

Caput I.

Quoniam sub priori testamēto, teste Apostolo Paulo, propter Leuitici sacerdotij imbecillitatem consummatio nō erat; oportuit, Deo Patre misericordiarum ita ordinate, sacerdotem alium secundùm ordinem Melchisedech surgere, D. N. Iesum Christum, qui posset omnes, quotquot sanctificādi essent, consummare, & ad perfectum adducere. Is igitur Deus, & Dominus noster, etsi semel seipsum in ara Crucis, morte intercedente, Deo Patri oblaturus erat, vt æternā illic redemptionem operaretur; quia tamen per mortem sacerdotium eius extinguendū non erat, in cena nouissima, qua nocte tradebatur, vt dilectæ sponsæ suæ Ecclesiæ visibile, sicut hominum natura exigit, relinqueret sacrificiū, quo cruentū illud semel in Cruce peragendū repræsentaretur, eiusq. memoria in finē vsque sæculi permaneret, atque illius salutaris virtus in remissionē eorum, quæ à nobis quotidiè committuntur peccatorum applicaretur, sacerdotem secundū ordinem Melchisedech se in æternū cōstitutum declarans; corpus, & sanguinē suū, sub speciebus panis, & vini Deo Patri obtulit, ac sub earumdem rerū Symbolis, Apostolis, quos tūc noui Testamenti sacerdotes cōstituebat, vt sumerent, tradidit; & eisdē, eorumq. in sacerdotio successoribus, vt offerrent, præcepit, per hæc verba: Hoc facite in meā commemorationē; vti semper Catholica Ecclesia intellexit,

tellexit, & docuit. Nã celebrato veteri Pascha, quod in memoriam exitus de Ægypto multitudo filiorum Israel immolabat, nouũ instituit Pascha, seipsũ ab Ecclesia per sacerdotes sub signis visibilibus immolãdum in memoriam transitus sui ex hoc mundo ad Patrem, quãdo per sui sanguinis effusionem nos redemit, eripuitq. de potestate tenebrarum, & in regnum suum transtulit. Et hæc quidem illa munda oblatio est, quæ nulla indignitate, aut malitia offerentium inquinari potest: quam Dominus per Malachiam nomini suo, quod magnum futurum esset in gentib. in omni loco mundam offerendam prædixit; quam non obscurè innuit Apostolus Paulus, Corinthijs scribens, cum dicit: Non posse eos, qui participatione mensæ Dæmoniorum polluti sunt, mensæ Domini participes fieri: per mensam Altare vtrobique intelligens. Hæc denique illa est, quæ per varias sacrificiorum, naturæ, & legis tempore similitudines figurabatur; vtpotè, quæ bona omnia per illa significata, velut illorum omnium consummatio, & perfectio complectitur.

Exo.13. in 2. 1.Cor.5. Ioan.13. Coloss.2. Malac.1. 1.Cor.10.

Caput II.

ET quoniam in diuino hoc officio, quod in Missa peragitur, idem ille Christus continetur, & incruentè immolatur, qui in ara Crucis semel seipsum cruentè obtulit, docet S. Synodus, sacrificium istud verè propitiatorium esse, per ipsumq. fieri, vt, si cũ vero corde, & recta fide, cũ metu,

Ad Tit.2. Psalm.53. Heb.6. sup. 21.



Hebr.4. *& reuerentia, contriti, ac pœnitentes ad Deum accedamus, misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno. Huius quippe oblatione placatus Dominus gratiam, & donum pœnitentiæ concedens, crimina, & peccata, etiam ingentia dimittit: vna enim, eademq. est hostia, idem nunc offerens sacerdotum ministerio, qui seipsum tunc in Cruce obtulit, sola offerendi ratione diuersa. Cuius quidem oblationis, cruentæ, inquam, fructus per hanc incruentam vberrimè percipiuntur: tantum abest, vt illi per hanc quouis modo derogetur. Quare non solum pro fidelium viuorum peccatis, pœnis, satisfactionibus, & alijs necessitatibus, sed pro defunctis in Christo nondum ad plenum purgatis, ritè, iuxta Apostolorum traditionem, offertur.*

Inf. Sess. 25. in prin c. 1. de cel. miss. inf. c. 4.

Cap. III.

Inf. can. 4. & Sess 25. de inuoc. Sanct.

ET quamuis in honorem, & memoriam Sanctorum nonnullas interdum Missas Ecclesia celebrare consueuerit, non tamen illis sacrificium offerri docet, sed Deo soli, qui illos coronauit: unde nec sacerdos dicere solet, Offero tibi sacrificium, Petre, vel Paule; sed Deo de illorum victorijs gratias agens, eorum petrocinia implorat, vt ipsi pro nobis intercedere dignentur in cælis, quorum memoriam facimus in terris.

Caput IV.

*Inf sess. 24. c. fi. de Sacr. Matr.

*ET cum Sancta sanctè * administrari conueniat, sitq. hoc omnium sanctissimum sacrificium;*

ficium;

ficium; Ecclesia Catholica, ut dignè, reuerenterq. offerretur ac perciperetur, sacrum Canonem multis ante sæculis instituit, ita ab omni errore purum, ut nihil in eo contineatur, quod non maximè sanctitatem, ac pietatem quandam redoleat, mentesq. offerentium in Deum erigat: is enim constat cum ex ipsis Domini verbis, tum ex Apostolorum traditionibus, ac sanctorum quoque Pontificum pijs institutionibus.

Inf.can.6. Matt.26. Marc.14. Luc.11. 1 Cor.12. c cũ Marthæ. ext.de celeb. miss.

Caput V.

CVmq. natura hominum ea sit, ut non facilè queat sine adminiculis exterioribus ad rerum diuinarum meditationem sustolli: propterea pia Mater Ecclesia ritus quosdam, ut scilicet quædam submissa voce, alia verò elatiore, in Missa pronunciarentur, instituit. Cærimonias item adhibuit, ut mysticas benedictiones, lumina, thymiamata, vestes, aliaq. id genus multa, ex Apostolica disciplina, & traditione, quo & maiestas tanti sacrificij commendaretur, & mentes fidelium per hæc visibilia religionis, & pietatis signa ad rerum altissimarum, quæ in hoc sacrificio latent, contemplationem excitarentur.

Inf.can.7.

Caput VI.

OPtaret quidem sacrosancta Synodus, ut in singulis Missis fideles adstantes nõ solum spirituali affectu, sed sacramentali etiã Eucharistiæ perceptione communicarent, quo ad eos

Sup.Sess.13. c.8. de sacr. Euchar.

M san-

sanctissimi huius sacrificij fructus uberior proueniret: nec tamen, si id non semper fiat, propterea Missas illas, in quibus solus sacerdos sacramentaliter cõmunicat, vt priuatas, & illicitas, damnat, sed probat, atque adeo cõmendat; siquidem illæ quoque Missæ verè cõmunes censeri debent: partim, quod in eis populus spiritualiter communicet, partim verò, quòd à publico Ecclesiæ ministro non pro se tm̃, sed pro omnibus fidelibus, qui ad corpus Christi pertinẽt, celebrentur.

Caput VII.

Inf. can. 8. & ca in calicem, c. nõ oportet. & c. cum omne. de consecr. dist. 2. Conc Brac. 3. c. 2. Cõc. Cart. 3. ca. 23. S. Cypr. epist. 3. lib. 2. Apoc. 17.

Monet deinde S. Synodus, pręceptum esse ab Ecclesia sacerdotibus, vt aquam vino in calice offerendo miscerent: tũ quod Christum Dominum ita fecisse credatur, tum etiam quia è latere eius aqua simul cum sanguine exierit. quod Sacramentum hac mixtione recolitur, & cũ aquæ in Apocalypsi B. Ioan. populi dicãtur, ipsius populi fidelis cum capite Christo unio represẽtatur.

Caput VIII.

Inf. can. 9. c. oẽs, cum seq. 22. d. 2. in fin de sum. Trin. ca. fi de foro compet. sup. Ses. 14. ca. 3. de Sacr. Extr. Vnct.

Etsi Missa magnam contineat populi fidelis eruditionem, non tamen expedire visum est Patribus, ut uulgari passim lingua celebraretur. Quamobrem, retẽto vbique cuiusq. Ecclesiæ antiquo, & à S. Rom. Ecclesia omnium Ecclesiarum matre, & magistra probato ritu, ne oues Christi esuriant, neve paruuli panem petant, & non sit qui frangat eis; mandat S. Synodus Pastoribus, & singulis, curam animarum gerentibus, ut frequen-

quenter inter Missarum celebrationem, vel per se, vel per alios ex ijs, quæ in Missa leguntur, aliquid exponant, atque inter cetera sanctissimi huius sacrificij mysterium aliquod declarent, diebus præsertim Dominicis, & festis. Inf Sess.24. c.8. de ref.

Caput IX.

QVia verò aduersus veterem hanc, in sacrosancto Euangelio, Apostolorum traditionibus, sanctorumq. Patrum doctrina fundatam fidem, hoc tempore, multi disseminati sunt errores, multaq. à multis docentur, atque disputantur; sacrosancta Synodus, post multos, grauesq. his de rebus maturè habitos tractatus, vnanimi Patrum omnium consensu, quæ huic purissimæ fidei, sacræq. doctrinæ aduersantur, damnare, & à sancta Ecclesia eliminare per subiectos hos Canones, constituit.

De Sacrificio Missæ.

CANON I.

SI quis dixerit, in Missa non offerri Deo verum & proprium sacrificium, aut quod offerri non sit aliud, quam nobis Christum ad manducandum dari: anathema sit.

CANON II.

Si quis dixerit, illis verbis: Hoc facite in meam commemorationem, Christum non instituisse Apost. sacerdotes, aut non ordinasse, vt ipsi, aliiq. sacerdotes offerrent corpus, & sanguinem suum: anathema sit. 1.Cor.11. Sup cap.1. Clem.vnic. de reliq. & ven. Sanct. Matt.26. Luc.22.

CANON III.

Sup.c.2. ca.2.ext.de cel.miſ.inf. Seſſ.25. in prin. ſupra cap.2.

Si quis dixerit, Miſſæ ſacrificium tantum eſſe laudis, & gratiarum actionis, aut nudam commemorationem ſacrificij in Cruce peracti, non autem propitiatorium, vel ſoli prodeſſe ſumenti, neque pro viuis, et defunctis, pro peccatis, pœnis, ſatisfactionibus, & alijs neceſſitatibus offerri debere: anathema ſit.

CANON IV.

Si quis dixerit, blaſphemiā irrogari ſanctiſſimo Chriſti ſacrificio in Cruce peracto per Miſſæ ſacrificiū, aut illi per hoc derogari: anathema ſit.

CANON V.

Sup.c.3.

Si quis dixerit, impoſturam eſſe, Miſſas celebrare in honorem Sanctorum, & pro illorum interceſſione apud Deum obtinenda, ſicut Eccleſia intendit: anathema ſit.

CANON VI.

Sup.c.4.

Si quis dixerit, Canonem Miſſæ errores continere, ideoq. abrogandum eſſe: anathema ſit.

CANON VII.

Sup.c.5.

Si quis dixerit, cærimonias, veſtes, & externa ſigna, quibus in Miſſarū celebratione Eccleſia Catholica vtitur, irritabula impietatis eſſe magis, quàm officia pietatis: anathema ſit.

CANON VIII.

Sup.c.6.

Si quis dixerit, Miſſas, in quibus ſolus ſacerdos ſacramentaliter communicat, illicitas eſſe, ideoq. abrogandas: anathema ſit.

CA-

CANON IX.

Si quis dixerit Ecclesiæ Romanæ ritum, quo submissa voce pars Canonis, & verba consecrationis proferuntur, damnandum esse; aut lingua tm̃ vulgari Missam celebrari debere; aut aquam non miscendã esse vino in calice offerendo, eo ꝙ sit contra Christi institutionem: anathema sit.

Decretum de obseruandis, & euitandis in celebratione Missæ.

QVanta cura adhibenda sit, vt sacrosanctum Missæ sacrificiũ omni religionis cultu, ac veneratione celebretur, quiuis facilè existimare poterit, qui cogitarit, maledictum in Sacris Litteris eum vocari, qui facit opus Dei negligenter. Ier. 48. *Quod si necessariò fatemur, nullum aliud opus adeo sanctum ac diuinum à Christi fidelibus tractari posse, quam hoc ipsum tremendum mysterium, quo viuifica illa hostia, qua Deo Patri reconciliati sumus, in altari per sacerdotes quotidiè immolatur; satis etiam apparet, omnem operam, & diligentiam in eo ponendam esse, vt quanta maxima fieri potest interiori cordis munditia, & puritate, atque exteriori deuotionis, ac pietatis specie peragatur. Cum igitur multa iam siue temporum vitio, siue hominum incuria, & improbitate irrepsisse videantur, quæ à tanti sacrificij dignitate aliena sunt; vt ei debitus honor, & cultus ad Dei gloriam, &*

fidelis populi ædificationem restituatur: decernit S. Synodus, vt Ordinarij locorum Episcopi ea oīa prohibere atque è medio tollere sedulò curēt, ac teneantur, quæ vel auaritia, idolorū seruitus, vel irreuerētia, quę ab impietate vix seiūcta esse pōt, vel superstitio, veræ pietatis falsa imitatrix, induxit. Atque, vt multa paucis cōprehendantur: inprimis, q̃ ad auaritiā pertinet, cuiusuis generis mercedū conditiones, pacta, & quidquid pro Missis nouis celebrādis datur; necnon importunas, atque illiberales eleemosynarum exactiones potiùs, q̃ postulationes, aliaq. hmōi, quæ à simoniaca labe, vel certè à turpi quæstu nō longè absunt, omninò prohibeant. Deinde, vt irreuerentia vitetur, singuli in suis Diœcesibus interdicant, ne cui vago, & ignoto sacerdoti Missas celebrare liceat. Neminé præterea, qui publicè, & notoriè criminosus sit; aut sancto altari ministrare, aut sacris interesse permittāt; ne ve patiātur priuatis in domib. atque omninò extra Ecclesiā, & ad diuinū tantū cultū dedicata oratoria, ab eisdem Ordinarij designanda, & visitāda, sanctum hoc sacrificiū à secularib. aut Regularib. quibuscūque peragi, ac nisi prius qui intersint, decenter cōposita corporis habitu, declarauerint se mente etiam, ac deuoto cordis affectu, non solum corpore, adesse. Ab Ecclesijs verò musicas eas, vbi siue organo, siue cantu lasciuum, aut impurū aliquid miscetur, itē seculares omnes actiones, vana,

Ep. 5. Col. 3. c. cū oīs. ca. sicut vrgeri. 1. q. 1. ca. idololatria. 28. q. 1. & ca. auaritiæ. de præben. & dig. Greg. op. li. 9. ep. 53.
c. ad apostolicam, ext. de simon.
Conc. Lao. c. 58.
Conc. Car. can. 9. c. sicut nō alij, cum seq.
c. hic ergo. c. null⁹ p̄sbyter, & c. clericos, de consec. d. 1. & c. ext. catholicā, & cap. man⁹, ver. cum ergo. 1. q. 1.
Conc. Gab. c. 49.
Conc. Magun. c. 9.
c. missarū. & c. concedimus. de consec. d. 1.
Conc. Basil. Sess. 21. c. vlt.

na, atque adeo profana colloquia, deambulationes, strepitu, clamores arceant; ut domus Dei verè domus orationis esse uideatur, ac dici possit. Matt.21.& Isa.56. & Ierem.7.
Postremò, ne superstitioni locus aliquis detur, edicto, & pœnis propositis caueant, ne sacerdotes alijs, quam debitis horis celebrent, neve ritus alios, aut alias cerimonias, & preces in Missarũ celebratione adhibeãt, præter eas q̃ ab Ecclesia probatæ, ac frequenti, & laudabili vsu receptæ fuerint. Sup. Ses.6. c.3. *Quarundam verò Missarum, & cãdelarum certum numerum, qui magis à superstitioso cultu, quam à vera religione, inuentus est, omninò ab Ecclesia remoueant: doceantq. populum, quis sit, & à quo potissimum proueniat sanctissimi huius sacrificij tam pretiosus, ac cælestis fructus. Moneant etiam eumdem popolum, vt frequenter ad suas Parochias, saltem diebus Dominicis, & maioribus festis accedant.* c.2. de paro. Concil. Agat.ca.47. Conc.Trid. ver. doctrivera. *Hæc igitur omnia, quæ summatim enumurata sunt, omnibus locorũ Ordinarijs ita proponuntur, vt non solum ea ipsa, sed quæcumque alia huc pertinere visa fuerint, ipsi pro data sibi à sacrosancta Synodo potestate, ac etiam, vt delegati Sedis Apostolicæ, probibeant, mandent, corrigant, statuant; atque ad ea inuiolatè seruanda, censuris Ecclesiasticis, alijsq. pœnis, quæ illorum arbitrio constituentur, fidelem populum compellant: non obstantibus priuilegijs, exemptionibus, appellationibus, ac consuetudinibus quibuscumque.*

Decretum de reformatione.
Caput I.

EAdem sacrosancta Oecumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritusancto legitimè cōgregata, psidentib. in ea eisdē Apostolicæ Sedis Legatis, vt reformationis negotiū prosequatur, hæc, in psenti Sessione statuenda cēsuit.

Inf. ses. vlt. de ref. c. 1.

Nihil est, quod alios magis ad pietatem, & Dei cultum assiduè instruat, quam eorū vita, & exemplum, qui se diuino ministerio dedicarunt; cum enim à rebus seculi in altiorē sublati locum conspiciātur; in eos, tamquam speculum reliqui oculos conijciunt, ex ijsq. sumunt quod imitētur. Quapropter sic decet omninò Clericos in sortem Domini vocatos, vitā, moresq. suos omnes componere, vt habitu, gestu, incessu, sermone, alijsq. omnibus rebus, nil, nisi graue, moderatum, ac religione plenum, preseferant: leuia etiam delicta, quæ in ipsis maxima essent, effugiant; vt eorum actiones cunctis afferant venerationem. Cum igitur, quo maiore in Ecclesia Dei & vtilitate, & ornamento hæc sunt, ita etiam diligentiùs sint obseruanda, statuit Sancta Synodus, vt quæ aliàs à summis Pontificibus, & à sacris Concilijs de Clericorum vita, honestate, cultu, doctrinaq. retinenda, ac simul de luxu, commessationibus, choreis, aleis, lusibus, ac quibuscumque criminibus, necnon sæcularibus negotijs fugierdis copiosè, ac salubriter sancita fuerint, eadem in

Mar. 5. Tit. 2. ca. qual. il 2. de accus.

ca. clericos. 21. dist.

Sup. ses. 14. c. 6. de ref.

De vit. & ho. can. Apost. 6. 7. & 46. cū seq. de vit. & hone. cler. extra in 6. & in cle. 1. non oportet. in 2. de cons. dis. 5.

in posterum iisdem pœnis, vel maiorib⁹, arbitrio Ordinarij imponendis obseruentur; nec appellatio exercutionem hanc, quæ ad morum correctionem pertinet suspendat. Si qua verò ex his in desuetudinem abijsse compererint, ea quamprimum in vsum reuocari, & ab omnibus accuratè custodiri studeant: non obstantibus consuetudinibus quibuscumque: ne subditorum neglectæ emendationis ipsi condignas, Deo vindice, pœnas persoluant.

c. canonũ à 14. q. 3. cã credo. 21. q. 3. c. Epm cũ seq. & c. Presbyteri. dist. 12. Cõcil. Car. 1. can 6. & Carth. 3. c. 15. Con. Chal. cano. 2. Cõc. Are. 2. c. 14. cũ si. Conc. Tarra. ca. 2. & infr. sess. 24. de refor. c. 12. ca. cum in cunctis, & c. cũ nobis, de ele. c graue nimis, de prę ben. & inf. sess. 24. ca. 16 de ref. Conc. Sardi. ca. 13. Cõc. Rom. sub Nico. I. ver vt nullus laicus. Conc. Bra. 1. c. 38. c. de Syracusanæ. 28. d. & 61. per totam, c. licet, can. de ele. in 6. su. sess. 7. c. 1. de reform.

Caput II.

QVicumque posthac ad Ecclesias Cathedrales erit assumendus, is non solũ natalibus ætate, moribus, et vita, ac alijs, quæ à sacris Canonibus requiruntur, plenè sit præditus, verum ẽt in sacro ordine antea, saltem sex mensium spatio, constitutus, quarũ rerum instructio, si eius notitia nulla, aut recẽs in Curia fuerit à Sedis Apostolicæ Legatis, seu Nũcijs prouinciarũ, aut eius Ordinario, eoq. deficiente, à viciniorib. Ordinarijs sumatur. Sciẽtia uerò præter hæc eiusmodi polleat, ut muneris sibi iniũgendi necessitati possit satisfacere, ideoq. antea in vniuersitate studiorũ Magister, siue Doctor, aut Licentiatus in Sacra Theologia, vel iure Canonico meritò sit promotus, aut publico alicuius Academiæ testimonio idoneus ad alios docendos ostẽdatur. Qđ si Regularis fuerit, à superioribus suæ religionis sim. lẽ fidẽ hẽat. Prędicti aũt oẽs, vnde instructio,

seu

seu testificatio erit sumenda, hæc fideliter, & gratis referre teneantur: alioquin eorum conscientias grauiter oneratas esse scient: ac Deum, & Superiores suos habebunt ultores.

Caput III.

EPiscopi, etiam tamquã delegati Apostolici, ex fructibus, et prouentibus quibuscumque omnium dignitatum, personatuum, et officiorum in Ecclesijs Cathedralibus, vel Collegiatis existentiũ, tertiã partẽ in distributiones, eorũ arbitrio assignandas, diuidere possint, ut scilicet, qui eas obtinẽt, si personaliter cõpetens ibi seruitium iuxta formã, ab eisdẽ Epis præscribendam, quolibet die statuto non impleuerint; illius diei distributionem amittãt, nec eius quoquo modo dominium acquirant, sed fabricæ Ecclesiæ, quatenus indigeat; aut alteri pio loco, arbitrio Ordinarij applicetur. Crescente verò contumacia, cõtra eos iuxta Sacrorũ Canonũ Constitutiones procedant. Quod si alicui ex prædictis dignitatib. in Ecclesijs Cathedralib. vel Collegiatis, de iure, seu consuetudine, iurisdictio, administratio, uel officium nõ competat, sed extra Ciuitatẽ, in Diœcesi cura animarũ immineat, cui is, qui dignitatem obtinet, incumbere voluerit; tunc pro t pe, quo in curata Ecclesia resederit, ac ministrauerit, tãquam presens sit, ac diuinis intersit, in Ecclesijs Cathedralibus, ac Collegiatis habeatur. Hęc in ijs tantum Ecclesijs constituta intelligantur, in quibus nulla

Sup. Sess. 21. de ref. c. 3.

ca. cum ex eo. de elec. in 6. & de cler. non resi. p tot. inf. Ses. 24. cã. 12. de reform.

nulla est consuetudo, vel statutum, vt dictæ dignitates non seruientes aliquid amittant, quod ad tertiam partem dictorum fructuum, & prouentuum ascendat: non obstantibus consuetudinibus, etiam immemorabilibus, exemptionibus, & Constitutionibus, etiam iuramento, & quauis auctoritate firmitatis.

Caput IV.

QVicumque in Cathedrali, uel Collegiata, seculari, uel Regulari Ecclesia diuinis mācipatus officijs, in Subdiaconatus ordine saltem constitutus nō sit; vocem in huiusmodi Ecclesijs in Capitulo nō habeat, et si hoc sibi ab alijs liberè fuerit concessum. Ii verò, qui dignitates, personatus, officia, præbendas, portiones, ac quælibet alia beneficia in dictis Ecclesijs obtinent, aut in posterum obtinebūt, quibus onera varia sunt annexa, videlicet: vt alij Missas, alij Euang. alij Epistolas dicāt, seu cātent, quocūque priuilegio, exemptione, prærogatiua, generis nobilitate sint insigniti, teneantur, iusto impedimento cessante, infra annū ordines suscipere requisitos: alioquin penas incurrant, iuxta Constitutionē Conc. Viennensis, quæ incipit; Vt ij, qui: quā præsenti decreto innouat: cogantq; Epi eos diebus statutis dictos ordines per seipsos exercere, ac cetera omnia officia, quæ debent in cultu diuino pstare, sub eisdem, & alijs, etiam grauioribus pœnis, arbitrio eorū imponendis. Nec alijs in posterum fiat proui-

c. vt iidem, de ætat. & qualit. in Clem.

prouisio, nisi ijs, qui iam ætatem, & ceteras habilitates integrè habere dignoscantur: aliter irrita sit prouisio.

Caput V.

DIspensationes, quacumque auctoritate concedendæ, si extra Romanam Curiam committendæ erunt, committantur Ordinarijs illorum, qui eas impetrauerint; eæ verò, quæ gratiosè concedentur, suum non sortiantur effectum, nisi prius ab eisdem, tamquam delegatis Apostolicis, summariè tantum, & extraiudicialiter cognoscatur, expressas preces subreptionis, vel obreptionis vitio non subiacere.

Caput VI.

Inf. Sess. vlt. de ref. c. 4.

IN commutationibus vltimarum voluntatum, quæ non nisi ex iusta, & necessaria caussa fieri debent, Episcopi, tamquam delegati Sedis Apostolicæ, summariè, & extraiudicialiter cognoscant, nihil in precibus, tacita veritate, vel suggesta falsitate fuisse narratum, prius quàm commutationes prædictæ executioni demandentur.

Caput VII.

LEgati, & Nuncij Apostolici, Patriarchæ, Primates, & Metropolitani appellationibus ad eos interpositis, in quibusuis caussis, tam in admittēdis appellationibus, quā in cōcedendis inhibitionib. post appellationem seruare teneantur

tur

tur formam, & tenorem sacrarum Constitutionum, & præsertim Innoc. IV. quæ incipit; Romana: quacumque cõsuetudine, etiam immemorabili, aut stylo, vel priuilegio, in contrariũ non obstantibus: aliter inhibitiones, & processus, & inde secuta quæcumque sint ipso iure nulla. c. Romana, de app., in 6.

Caput VIII.

EPiscopi, etiam tamquam Sedis Apostolicæ delegati in casibus à iure concessis, omnium piarum dispositionum tam in vltima voluntate, quàm inter viuos, sint executores: habeant ius visitandi Hospitalia, Collegia quæcumque, ac Confraternitates laicorum, etiam quas scholas, siue quocumque alio nomine vocant; non tamen quæ sub Regũ immediata protectione sunt, sine eorum licentia eleemosynas Montis Pietatis; siue charitatis, & pia loca omnia, quomodocumque nuncupentur, etiam si prædictorum locorum cura ad laicos pertineat, atque eadem pia loca exemptionis priuilegio sint munita; ac omnia, quæ ad Dei cultum, aut animarum salutem, seu pauperes substentandos instituta sunt ipsi ex officio suo, iuxta Sacrorum Canonum statuta cognoscant, & exequantur: non obstantibus quacumque consuetudine, etiam immemorabili priuilegio, aut statuto.

c. eos quidẽ. c. si hæredes, c. tua nobis, & c. Ioan. de testament. Cl quia cõtingit, de relig. domib.

Sup. sess. 21. c. 2. de ref.

c. tua. & c. Ioãnes, de testam.

Caput IX.

ADministratores tã ecclesiastici, quàm laici fabricæ cuiusuis Ecclesiæ etiã Cathedralis,

c. 10. q. 3. ss. sess. 24. c. 2. in fin. de reform.

Clem. quia contingit. § vt autem præmissa, de reli. do. *lis, Hospitalis, Confraternitatis, Eleemosynæ, Montis Pietatis, & quorumcumque piorum locorum, singulis annis teneantur reddere rationem administrationis Ordinario: consuetudini-*

Sup. Sess. 7. c. vlt. & if. Sess. 25. ca. 8. de refor. Sess. 27. ca. 16. de ref. *bus, & priuilegijs quibuscumque in contrarium sublatis: nisi secus fortè in institutione, & ordinatione talis Ecclesiæ, seu fabricæ expreßè cautum esset. Quod si ex consuetudine, aut priuilegio, aut ex Constitutione aliqua loci, alijs ad id deputatis ratio reddenda esset; tunc cum ijs adhibeatur etiam Ordinarius, & aliter factæ liberationes dictis administrationibus minimè suffragentur.*

Caput X.

CVm ex Notariorũ imperitia plurima damna, & multarum occasio litium oriatur, possit Episcopus quoscumque Notarios, etiamsi Apostolica, Imperiali, aut Regia auctoritate creati fuerint, etiam tamquam delegatus Sedis Apost. examinatione adhibita eorum sufficientiam scrutari, illisq. non idoneis repertis, aut quandocumque in officio delinquentibus, officij eius in negotijs, litibus, & causis Ecclesiasticis, ac spiritualibus exercendi vsum perpetuò, aut ad tempus prohibere, neque eorum appellatio interdictionem Ordinarij suspendat.

Conc. Tri, c. 7.

Caput XI.

Conc. Aurel. 3. c. 2. Cõc. Paris. *SI quẽ clericorũ, vel laicorũ, quacũque is dignitate, etiã Imperiali, aut Regali præfulgeat,*

geat, in tantum malorū omnium radix cupiditas occupauerit, ut alicuius Ecclesiæ, seu cuiusuis sæcularis, vel regularis beneficij, Montium Pietatis, aliorumq. piorum locorū iurisdictiones, bona census, ac iura et feudalia, & emphyteutica, fructus, emolumenta, seu quascumque obuentiones quæ in ministrorum, & pauperū necessitates conuerti debent, per se, vel alios, vi, vel timore incusso, seu et per suppositas personas Clericorū, aut laicorū, seu quacumque arte, aut quocumque quæsito colore, in proprios vsus cōuertere, illosq. vsurpare præsumpserit; seu impedire, ne ab ijs, ad quos iure pertinent, percipiantur; is anathemati tamdiu subiaceat, quamdiu iurisdictiones, bona, res, iura, fructus, et redditus, quos occupauerit, vel qui ad eum quomodocūque etiam ex donatione suppositæ personæ peruenerint, Ecclesiæ, eiusq. administratori, siue beneficiato, integrè restituerit, ac deinde à Romano Pōtifice absolutionem obtinuerit. Quod si eiusdem Ecclesiæ patronus fuerit, etiā iure patronatus, ultra prædictas penas, eo ipso priuatus existat. Clericus verò, qui nefandæ fraudis, et vsurpationis huiusmodi fabricator, seu consentiens fuerit, eisdem pœnis subiaceat, necnon quibuscumque beneficijs priuatus sit, & ad quæcumque alia beneficia inhabilis efficiatur; & à suorum Ordinū executione, etiam post integram satisfactionem, & absolutionem, sui Ordinarij arbitrio suspendatur.

1. ca. 1. Cōc. Tur. 2. c. 25. Conc. Aurel. 5. c. 15. Conc. Magunt. c. 6. & 11. Conc. Vuorma. ca. 75. Concil. Aquisgr. c. 88. Conc. Lat. sub Leo. X. Sess. 9. & 10. ca. prædia. cū seq. 12. q. 2. c. at tēdendum est, 17. q. 4. ex Vrb. epist. ad vniuersos Episcopos.

Decre-

Decretum super petitione concessionis Calicis.

Sup. Sess. 13. In decr. prorogat. defi. quat. art. & sess. 12. c. 4.

INsuper cum eadem sacrosancta Synodus superiori Sessione duos articulos aliàs propositos, & tunc nondum discussos, videlicet: An rationes, quibus sancta Catholica Ecclesia adducta fuit, vt communicaret laicos atque etiam non celebrantes Sacerdotes sub vna panis specie, ita sint retinendæ, vt nulla ratione Calicis vsus cuiquam sit permittendus: & An si honestis, & Christianæ charitati consentaneis rationibus concedendus alicui vel nationi, vel regno calicis vsus videatur, sub aliquibus conditionibus concedendus sit, & quæ nam illæ sint; in aliud tempus, oblata sibi occasione examinandas, atque definiendas reseruauerit; nunc, eorum, pro quibus petitur, saluti optimè consultum volens, decreuit integrum negotium ad Sanctissimum Dominum nostrum esse referendum, prout præsenti decreti refert, qui pro sua singulari prouidentia id efficiat, quòd vtile Reip. Christianæ, & salutare petentibus vsum Calicis, fore iudicauerit.

Inf. Sess. 24. c. 1. de ref.

Indictio futuræ Sessionis.

INsuper eadem sacrosancta Tridentina Synodus diem futuræ Sessionis ad feriã quintam post octauam festiuitatis Omnium Sanctorũ, quæ erit dies 12. mẽsis Nou. indicat, et in ea decernetur

tur

tur de Sacramento Ordinis, & de Sacramento Matrimonij, &c.

Prorogata fuit Seſſio vſque ad diem 15. Iulij 1563.

SESSIO XXIII.

Quæ eſt VII. ſub Pio Quarto Pont. Max.

Celebrata die 15. menſis Iulij 1563.

Vera, & Catholica doctrina de Sacramento Ordinis ad condemnandos errores noſtri temporis, à Sancta Synodo Tridentina decreta, & publicata Seſſione ſeptima.

Caput I.



ACRIFICIVM, & ſacerdotiũ ita Dei ordinatione coniuncta ſunt, vt vtrumque in omni lege extiterit. Cũ igitur in nouo Teſtamẽto S. Euch. ſacrificiũ viſibile ex Domini inſtitutione Catholica Eccl. acceperit; fateri etiam oportet, in ea nouum eſſe viſibile, & externũ ſacerdotiũ, in quod vetus tranſlatũ eſt. Hoc autem

ab eodem Domino Saluatore nostro institutũ esse: atque Apostolis, eorumq. successorib. in sacerdotio potestatẽ traditã consecrandi, offerẽdi, & ministrandi corpus, & sanguinem eius: necnon et peccata dimittẽdi, et retinẽdi sacræ litteræ ostendũt, & Catholicæ Ecclesiæ traditio sẽper docuit.

Matt. 26. Mar. 4. Lucæ 22. Clem. I. vers. alia, nãq. de reliq. & ven. Sanct. Sup. sess. 22. cap. 1. de sacr. Miss. 1. Cor. 11. ad Hebr. c. translato de constit. Inf. can. 3. ca. multis, de ætat. & qual. infr. can. 2. & ca. 17. de reform. 1. Tim. 3. & Act. 21. c. à subdiacono. 93. d. Syriac⁹ Papæ epi. ad Hymeriũ, c. 9. Conc. Cartha. 4. c. 2. cũ seq. ca. subdiacon. cum seq. 23. d. c. nullus. il 2. 65. dist. cap. si quis corũ, cap. erubescãt. & ca. nemo. 32. dist. 2. Tim. 4.

Caput II.

CVm aũt diuina res sit tam sancti Sacerdotij ministerium, cõsenteanũ fuit, quo dignius, & maiori cum veneratione exerceri posset, ut in Ecclesiæ ordinatissima dispositione, plures, & diuersi essent ministrorum ordines, qui Sacerdotio ex officio deseruirent: ita distributi, vt, qui iam clericali tonsura insigniti essent, per minores ad maiores ascenderent. Nam non solum de sacerdotibus, sed & de Diaconis Sacræ litteræ apertam mẽtionem faciunt, & quæ maximè in illorum ordinatione attendenda sunt, grauissimis verbis docent, & ab ipso Ecclesiæ initio sequentium ordinum nomina, atque vniuscuiusque eorum propria ministeria, Subdiaconi, scilicet, & Acolythi, Exorcistæ, Lectoris, et Ostiarij in usu fuisse cognoscuntur, quamuis non pari gradu; nam Subdiaconatus ad maiores ordines à Patribus, & Sacris Concilijs refertur in quibus, & de alijs inferioribus frequentissimè legimus.

Caput III.

CVm Scripturæ testimonio, Apostolica traditione, et Patrũ vnanimi consensu perspicuum

cuum sit, per sacram ordinationem, quæ verbis, & signis exteriorib. perficitur, gratiā cōferri: & dubitare nemo debet, Ordinem esse verè, & propriè vnū ex septem Sanctæ Ecclesię Sacramētis. inquit.n. Apostolus: Admoneo te, vt resuscites gratiam Dei, quę est in te per impositionem manuū mearū: non enim dedit nobis Deus spiritū timoris, sed virtutis, & dilectionis, et sobrietatis.

Caput IV.

QVoniam verò in Sacramento ordinis, sicut & in Baptismo, & Cōfirmatione, character imprimitur, qui nec deleri, nec auferri pō; meritò S. Synodus damnat eorū sñiam, qui asserūt noui Testamenti sacerdotes temporariam tantummodo potestatē habere, & semel ritè ordinatos iterū laicos effici posse, si verbi Dei ministeriū non exerceant. Quòd si quis omnes Christianos promiscuè noui Testamēti sacerdotes esse, aut omnes pari inter se potestate spirituali præditos affirmet: nihil aliud facere videtur, quā Ecclesiasticā Hierarchiā, quæ est vt castrorū acies ordinata, confundere: perinde ac si contra Beati Pauli doctrinā omnes Apostoli, omnes Prophetæ, omnes Euangelistæ, omnes Pastores, omnes sint Doctores. Proinde sacrosancta Synodus declarat, præter cæteros ecclesiasticos gradus, Episcopos, qui in Apostolorū locum successerunt, ad hūc Hierarchicum ordinem præcipuè pertinere, & positos, sicut idē Apostolus ait, à Spiritusan-

Sup. Sess.7. can.9. de sacra. & inf. c.2. & c. displicet. cir. med. 33. q. 4. c. quō, ante med. de consecr. distin.4. Inf. can. 6. 1. Cor. 11. Ier.3. Eph. 4. cap. cum ex iniūcto, & cap. sicut in vno. de hær. ca. in nouo. 21. dist. ext. Ana. epist.2. ca. ecclesię. 35. d. c. quorum vices. 68. d. Vrb. I. epist. ad vniuer. Epis. Hier. epist.85. Act.20. Sup. Sess. 6. c.1. de ref.

ca.diaconi. 94. d. Anac. epist. 3. sup. Sess. 7. can. 3. de confi. ca. quarto, ex. de consuetud.

cto regere Ecclesiam Dei, eosq; Presbyteris superiores esse, ac Sacramentũ Confirmationis conferre, ministros Ecclesiæ ordinare, atque alia plenaque peragere ipsos posse, quorũ functionũ potestatem reliqui inferioris Ordinis nullam habent. Docet insuper sacrosancta Synodus in ordinatione Episcoporũ, sacerdotũ, & ceterorũ Ordinum, nec populi, nec cuiuscuis sæcularis potestatis, & magistratus consensum siue vocationem, siue auctoritatẽ ita requiri, vt sine ea irrita sit ordinatio: quin potiùs decernit, eos, qui tantummodo à populo, aut sæculari potestate, ac magistratu vocati, & instituti, ad hæc ministeria exercenda ascendunt, & qui ea propria temeritate sibi sumunt, omnes nõ Ecclesiæ ministros, sed fures, & latrones, per ostiũ nõ ingressos habẽdos esse. Hæc sunt, quæ generatim sacræ Synodo visum est Christi fideles de Sacramento Ordinis docere. His autem contraria certis, & proprijs Canonibus in hunc, qui sequitur, modum damnare constituit, vt omnes, adiuuante Christo fidei regula vtentes, in tot errorum tenebris catholicam veritatem faciliùs agnoscere, & tenere possint.

Ioan. 10. c. ordinationes, 1. q. 1. & ca. tr s, 23. q. 4 ca. relatum, ex tr. de iur. patr.

CANON I.

De Sacramento Ordinis.

Sup. capit. Matt. 10. Ioan. 20. ca. audiuimus, cum seq. 24. q. 1.

SI quis dixerit, nõ esse in nouo Testamento sacerdotium visibile, & externum: vel non esse potestatẽ aliquã cõsecrãdi, & offerẽdi uerum corpus, & sanguinẽ Domini, & peccata remitten-

ten-

tendi, & retinendi, sed officium tantũ, et nudum ministerium prædicandi Euang. vel eos, qui non prædicant, prorsus non esse sacerdotes: anath. sit.

CANON II.

Si quis dixerit, præter sacerdotium non esse in Ecclesia Catholica alios ordines, & maiores, & minores, per quos, velut per gradus quosdam, in sacerdotium tendatur: anathema sit.

Sup. ca. 1. in singulis, cũ seq. dist. 77. sup. Sess. 6. c. 1. de reform.

CANON III.

Si quis dixerit, Ordinẽ siue sacrã ordinationẽ non esse verè, & propriè Sacramentum à Christo Domino institutum, vel esse figmentũ quoddam humanũ excogitatũ à viris rerũ Ecclesiasticarũ imperitis, aut esse tantũ ritum quẽdam eligendi ministros verbi Dei, & Sacramentorũ: anath. sit.

Sup. cap. 1. Matt. 16. Ioan. 20. ca. vt constitueretur. d. 50. c. audiuimus, c. s. q. 24. q. 1. ca. displicet, 23. q. 4. sup. c. 4. & c. consultationi. extr. de tẽp. ord.

CANON IV.

Si quis dixerit, per sacram ordinationem non dari Spiritumsanctum, ac proinde frustra Epos dicere. Accipite Spiritũsanctũ, aut per eam non imprimi characterem, vel eũ, qui sacerdos semel fuit, laicum rursus fieri posse: anathema sit.

CANON V.

Si quis dixerit, sacrã Vnctionem, qua Ecclesia in Sancta ordinatione vtitur, nõ tantũ nõ requiri, sed contemnendam, & perniciosam esse: similiter & alias Ordinis cærimonias: anathema sit.

CANON VI.

Si quis dixerit, in Ecclesia Catholica non esse Hierarchiã diuina ordinatione institutã, quæ cõ-

Anac. Pap. epis. 3. sup. c. 4.

N 3 stat

stat ex Epis, Presbyteris, & ministris: anath. sit.

CANON VII.

Anac. ca.4. & c. diaconi septem. 93. dist. ex Conc. Neoc. c.4. sup. ea. *Si quis dixerit, Episcopos nō esse Presbyteris superiores, vel nō habere potestatem confirmādi & ordinandi; vel eā, quam habent, illis esse cum Presbyteris commune; vel ordines ab ipsis collatos, sine populi, vel potestatis secularis consensu, aut vocatione irritos esse; aut eos, qui nec ab Ecclesiastica, & canonica potestate ritè ordinati, nec missi sunt, sed aliunde veniūt, legitimos esse verbi, & Sacramētorū ministros: anathema sit.*

CANON VIII.

Si quis dixerit, Episcopos, qui auctoritate Romani Pontificis assumuntur, non esse legitimos, & veros Episcopos, sed figmentum humanum: anathema sit.

Decretum de reformatione:

E*Adem sacrosancta Tridentina Synodus reformationis materiam prosequens, hæc, quæ sequuntur, in præsenti decernenda esse statuit, & decreuit:*

Caput I.

Io. 21. Act. 20. c. Ephes. 43. dist. c. sicut. 7. q. 1. qui Episcopatū. 2. q. 3. c. præcipue. 1. q. 3. c. gloria Episcopi, 12. q. 1. C*Vm præcepto diuino mandatum sit omnibus, quibus animarum cura commissa est, oues suas agnoscere, pro his sacrificium offerre, verbiq. diuini prædicatione, Sacramentorū administratione, ac bonorum omniū operū exemplo pascere; pauperū, aliarumq. miserabilium personarum curam paternam gerere, & in cetera mu-*

nia

na pastoralia incumbere, quæ omnia nequaquam ab ijs præstari, et impleri possunt, qui gregi suo nõ inuigilant, neque assistunt, sed mercenariorum more deserũt, sacrosancta Synodus eos admonet, & hortatur, vt diuinorum præceptorum memores, factiq; forma gregis, in iudicio, & veritate pascãt, & regãt. Ne verò ea, q̃ de residentia sanctè, et vtiliter iã ante sub fel. rec. Paulo III. sancita fuerunt, in sensus à sacrosanctæ Synodi mente alienos, trahantur; ac si vigore illius decreti quinque mensibus cõtinuis abesse liceat; illis inhærendo, declarat sacrosancta Synodus, oẽs Patriarchalibus, Primatialibus, Metropolitanis, ac Cathedralib. Ecclesijs quibuscũque, quocumque nomine & titulo præfectos, etiã si S.R.E. Cardinales sint, obligari ad personalẽ in sua Ecclesia, vel Diœcesi residẽtiã, vbi iniuncto sibi officio defungi teneãtur, neque abesse posse, nisi ex causis, & modis infrascriptis. Nã cũ Christiana charitas, vrgẽs necessitas, debita obediẽtia, ac euidẽs Ecclesiæ vel Reip. vtilitas aliquos nonnunquam abesse postulẽt, et exigãt decreuit eadẽ sacrosancta Synodus, has legitimæ absentiæ causas à Beatis. Rom. Põt. aut à Metropolitano, vel eo absente, Suffraganeo Epo antiquiori residẽte, qui idem Metropolitani absentiã probare debebit, in scriptis esse approbãdas, nisi cũ absẽtia inciderit pp aliquod munus, & Reip. officium Epatib. adiunctũ: cuius, quoniã causæ sũt notoriæ, et interdum

1. Pet. 5.

Sup. Sess. 6. de ref. c. 1. Inf. in Bul. S. D. N. Pij III. super. de resid. p. 375.

c. de cetero, c. inter quattuor. ca. tuæ; & cã. relatũ, de cler. nõ resid. c. ad supplicationem, de renũc. c. quorundã. 74. dist.

repentinæ, ne eas quidem significari Metropolitano necesse erit, ad eundem tñ cũ Concilio prouinciali spectabit iudicare de licẽtijs à se, vel à Suffraganeo datis: & videre, ne quis eo iure abutatur: & vt pœnis Canonicis errantes puniantur. Interea meminerint discessuri, ita ouib. suis prouidendũ, vt, quantũ fieri poterit, ex ipsorũ absentia nullũ damnũ accipiant. Quoniam aũt qui aliquãtisper tm̃ absunt, ex veterũ Ca... ũ sentẽtia, nõ videntur abesse, quia statim reuersuri sunt, sacrosancta Synodus vult, illud absentiæ spatium singulis annis siue cõtinuũ, siue interruptũ, extra prædictas causas, nullo pacto debere duos, aut ad summum tres menses excedere, & habere rõnem vt id æqua ex causa fiat, & absque vllo gregis detrimento, quod an ita sit abscedentiũ conscientiæ reliquit, quã sperat religiosam, & timoratam fore: cũ Deo corda pateãt: cuius opus nõ fraudulenter agere suo periculo tenentur. Eosdẽ interim admonet, & in Domino hortatur, ne per illi⁹ tp̃is spatium Dominici aduẽtus, Quadragesimæ, Natiuit. Resurrectionis Domini, Pẽtecostes item, & Corporis Christi dieb. quib. refici maximè, & in Dño gaudere Pastoris præsentia oues debeãt, ipsi ab Ecclesia sua Cathedr. vllo pacto absint, nisi Episcopalia munia in sua Diœcesi eos aliò uocent.

c. cũ ex eo, de ele. in 6. cap. beneficium, de regu. eod. l. & c. 1. in fi. sup. Sess. 6.

c. præsentium, 7. q. 1. & infra Sess. 14. de reform.

4. Reg. 16. & 3. Reg. 8. & Baruc. 3. Bonau. in Can. de quo.

1. Reg. 3.

c. si quis in clero, 7. q. 1.

Conc. Aga. c. 64.

Cõc. Lugd. 2.

Si quis aũt (quod vtinam nunquam eueniat) contra huius decreti dispositionẽ abfuerit, statuit sacrosancta Synodus, præter alias pœnas aduer-

sus

sus non residentes, sub Paulo III. impositas, et innouatas, ac mortalis peccati reatũ, quẽ incurrit, eum pro rata temporis absentiæ, fructus suos non facere, nec tuta conscientia, alia ẽt declaratione non secuta, illos sibi detineri posse: sed teneri, aut ipso cessante per Superiorem Ecclesiasticum illos fabricæ Ecclesiarũ, aut pauperibus loci erogare; probibita quacumque conuentione, vel cõpositione, quæ pro fructib. malè perceptis appellatur, ex qua ẽt prædicti fructus in totum, aut pro parte ei remitterentur: non obstãtibus quibuscũque priuilegijs cuicumque Collegio, aut fabricæ concessis. Sup. sess. 6. d ref. c. 1. & inf. in Bulla S. D. N. Pij IV. sup residẽtia, c. 2. cõquerẽte, & ferè p tot. de cler. non resid.

Eadem omninò ẽt quo ad culpam, amissionem fructuum, & pœnas de curatis inferioribus, & alijs quibuscũque qui beneficiũ aliquod Ecclesiasticum curã animarũ habẽs, obtinent, sacrosancta Synodus declarat, & decernit; ita tñ, vt quãdocumque eos causa prius per Epm cognita, ẽt probata, abesse cõtigerit, Vicariũ idoneũ, ab ipso Ordinario approbandũ, cũ debita mercedis assignatione relinquãt. Discedendi aũt licentiã in scriptis, gratisq. cõcedendã ultra bimestre tps, nisi ex graui causa nõ obtineãt. Quod si per edictũ citati ẽt nõ personaliter, cõtumaces fuerint, liberũ esse vult Ordinarijs p cẽsuras ecclesiasticas, & sequestrationẽ, & subtractionẽ fructuũ, aliaq. iuris remedia, ẽt vsque ad priuationẽ, cõpellere; nec executionẽ hãc, quolibet priuilegio, licẽtia, familiaritate, exemptione, ẽt ratione cuiuscũque benefi- Sup. Sess. 6. c. 8. de ref. c. 18. d ref. inf. sess 24. de ref.

cij,

c. cum ve- nerabilis & c. fin. de cõsuet. extrau. cũ Diuina. & pri. Sup. Sess. 6. de ref. c. 1.

cij, pactione, statuto, etiam iuramento, vel quacumque auctoritate confirmato, consuetudine, etiam immemorabili, quæ potius corruptela censenda est, siue appellatione, aut inhibitione, etiam in Rom. Curia, vel vigore Eugenianæ Constitutionis suspendi posse. Postremò, tam decretum illud sub Paulo III. quam hoc ipsum in Concil. Prouincialib. & Epalibus publicari, sancta Synodus præcipit: cupit enim, quæ adeò ex pastorum munere, animarumq. salute sunt, frequenter omnium auribus, mentibusq. infigi, vt in posterum, Deo iuuante, nulla temporum iniuria, aut hominum obliuione, aut desuetudine aboleantur.

Caput II.

Cõc. Chal. action. 17. c. 25. Cõc. Vuor. c. 76. c. qm. 75. dist. ca. qm. 100 d. & sup Ses. 7. ca 9.

ECclesijs Cathedralibus, seu superioribus, quocumque nomine, ac titulo præfecti, etiam si S. R. E. Cardinales sint, si munus consecrationis intra tres menses non susceperint, ad fructuum perceptorum restitutionem teneatur; si intra totidem menses postea id facere neglexerint, Ecclesijs ipso iure sint priuati. Consecratio verò, si extra Curiam Romanam fiat, in Ecclesia, ad quam promoti fuerint, aut in Prouincia, si commodè fieri poterit, celebretur.

Caput III.

Inf. cap. 8. & 10. sup. sess. 14. c. 3. de reform. Conc. Carthag. 3. c. 22.

EPiscopi per semetipsos ordines conferant, quod si ægritudine fuerint impediti, subditos suos non aliter, quam iam probatos, et examinatos ad alium Episcopum ordinandos dimittant.

Ca-

Caput IV.

PRima tonsura nō initiētur, qui Sacramentum Confirmationis nō susceperint, & fidei rudimēta, edocti nō fuerint, quique legere, et scribere nesciant, et de quib. probabilis coniectura non sit, eos non sæcularis iudicij fugiendi fraude, sed vt Deo fidelē cultū, prȩstēt, hoc vitȩ genus elegisse.

c. 1. de tēpo. ord. in 6. & ca. cum contingat. extr. de ætate. & qual.

Caput V.

AD minores ordines promouendi, bonum à Parocho, et à magistros scholȩ, in qua educantur testimonium habeāt. Hi verò, qui ad singulos maiores erunt assumendi, per mensem ante ordinationē Episcopū adeant, qui Parocho, aut alteri, cui magis expedire videbitur, cōmittat, vt nominib. ac desiderio eorū qui volent promoueri, publicè in Ecclesia propositis, de ipsorū ordinandorum natalibus ætate, moribus, & vita à fide dignis diligenter inquirat: & litteras testimoniales, ipsam inquisitionem factā continētes, ad ipsum Episcopum quamprimum transmittat.

c. quando. 2. dist.

Caput VI.

NVllus prima tōsura initiatus, aut etiam in minoribus ordinib. cōstitutus, ante decimum quartum annū beneficium possit obtinere. Is ēt fori priuilegio non gaudeat, nisi beneficium ecclesiasticum habeat: aut clericalē habitum, & tonsuram deferens, alicui Ecclesiæ ex mandato Epi inseruiat, vel in Seminario Clericorū, aut in aliqua Schola, vel Vniuersitate de licentia Epi quasi

ca. indecorū, ext. de æt. & qual. Inf. c. 18. c. cū in cunctis, §. inferiora: de elect.

quasi in via ad maiores ordines suscipiēdos versetur. In clericis vero coniugatis seruetur Constitutio Bonifacij VIII. quæ incipit; Clerici, qui cum vnicis modo biclerici alicuius Ecclesiæ seruitio, vel ministerio ab Episcopo deputati, eidē Ecclesiæ seruiant, vel ministrent, et clericali habitu, & tonsura vtantur, nemini, quoad hoc priuilegio, vel consuetudine, etiam immemorabili suffragante.

ca. 1. de cle. coniu. in 6.

c. 10. ext. de cle. coniug.

Caput VII.

SAncta Synodus, antiquorum Canonum uestigijs inhærēdo, decernit, vt quando Eps ordinationē facere disposuerit, omnes, qui ad sacrum ministeriū accedere voluerint, feria quarta ante ipsam ordinationem, vel quando Episcopo videbitur, ad ciuitatem euocentur. Episcopus autem sacerdotibus & alijs prudentibus viris, peritis diuinæ legis, ac in ecclesiasticis sanctionib. exercitatis, sibi ascitis, ordinandorū genus, personā, ætatem, institutionem, mores, doctrinam, & fidem diligenter inuestiget, & examinet.

ca. quando. 24. dist.

c. quādo, & c. nullus ordinetur. 24. dist. ex Concil. Cart. 3. c. 22. c. fin. dist. 24.

Caput VIII.

ORdinationes sacrorū ordinū statutis à iure tēpibus ac in Cathedrali Ecclesia vocatis, præsētibusq. ad id Ecclesię Canonicis, publicè celebrentur. si autem in alio Diœcesis loco præsente Clero loci, dignior, quantum fieri poterit, Ecclesia semper adeatur, vnusquisque autem à proprio Episcopo ordinetur. Quod si quis ab alio pro-

Leo. Pa. ep. 79. ca. quod partib. 75. d. Gelasi. I. ep. 1. ca. 11. c. vlt. 75. d. c. 3. cū seq. de tēp. ordi. c. ordinat. & ca. quādo. 75. d. Cōc. Carth. 4. ca. 22.

promoueri petat, nullatenus id ei etiam cuiusuis generalis, aut specialis Rescripti, vel Priuilegij prætextu etiã statutis temporibus permittatur; nisi eius probitas, ac mores Ordinarij sui testimonio commendentur, si secus fiat; ordinans à collatione ordinum per annum, & ordinatus à susceptorum ordinum executione, quamdiu proprio Ordinario videbitur expedire, sit suspensus.

Sup. ses. 14. de ref. ca. 2. & 3. inf. c. 10. Conc. Cart. 3. ca. 11. Cõc. Aure. 3. ca. 15. c. 1. 21. q. 2. 9. q. 2. per totã, c. 1. cum seq. de tẽp. ord. in 6.

Caput IX.

EPiscopus familiarem suum non subditum ordinare non possit, nisi per triennium secum fuerit commoratus, & beneficium, quacumque fraude cessante, statim, re ipsa, illi conferat, consuetudine quacumque, etiam immemorabili, in contrarium non obstante.

Caput X.

ABbatibus, ac alijs quibuscumque, quãtumuis exemptis, non liceat in posterum, intra fines alicuius Diæcesis consistentibus, etiam si nullius Diæcesis, vel exempti esse dicantur, cuiquam, qui regularis subditus sibi non sit, Tonsuram, vel minores ordines conferre; nec ipsi Abbates, & alij exempti, aut Collegia, vel Capitula quæcumque, etiam Ecclesiarũ Cathedralium, litteras dimissorias aliquibus Clericis sæcularibus, ut ab alijs ordinentur, concedant. sed horum omnium ordinatio, seruatis omnibus, quæ in huius sacrosanctæ Synodi decretis continentur, ad Episcopos intra quorum Diæcesis fines

Abbates quos ordines cõferre possint. ca. quoniam, d. 69. c. cum contingat, ext. de ætate, & qual.

Sup. ca. 5. cum seq. & inf. c. 21. cũ seq.

nes existant, pertineat: non obstantibus quibuscumque priuilegijs, præscriptionibus, aut consuetudinibus, etiam immemorabilibus. Pœnam quoque impositam ijs, qui contra huius S. Synodi sub Paulo III. decretum à capitulo Episcopali Sede vacante, litteras dimissorias impetrant; ad illos, qui easdem litteras non à Capitulo, sed ab alijs quibusuis, in iurisdictione Episcopi loco Capituli, Sede vac. succedentibus, obtinerent, mandat extendi: Concedentes autem dimissorias contra formam decreti, ab officio, & beneficio per annum sint ipso iure suspensi.

Sup. Sess. 7. de refor. c. 10.

Caput XI.

Minores ordines ijs, qui saltem Latinã linguam intelligãt, per temporũ interstitia, nisi aliud Epo expedire magis videretur, conferantur: vt eò accuratiùs, quantũ sit huius disciplinæ pondus, possint edoceri; ac in vnoquoque munere iuxta præscriptũ Epi, se exerceant, idq. in ea, cui adscripti erunt Ecclesia; nisi fortè ex causa studiorũ absint; atque ita de gradu in gradum ascendant: vt in eis cũ ætate vitæ meritum, & doctrina maior accrescat; quod & bonorum morũ exemplũ, & assiduum in Ecclesia ministeriũ, atque maior ergà Presbyteros, & superiores ordines reuerentia, & crebrior, quàm antea, Corporis Christi communio maximè comprobabunt. Cumq. hinc ad altiores gradus, & sacratissima mysteria sit ingressus, nemo ijs initietur, quem

c. in sing. cũ seq. 77. dis. Syr. Pap. epi. ad Hymer. c. 9 Ordines maior. a quando, & quibus conferendi. Inf. ca. 17. & c. 1. 15. d.

quem non sciẽtiæ spes maiorib. ordinibus dignum ostendat. Hi verò non nisi post annũ à susceptione postremi gradus minorum ordinum ad sacros ordines promoueantur, nisi necessitas, aut Ecclesiæ vtilitas, iudicio Episcopi, aliud exposcat.

Conc. Tol. 8. c. 8. & c. qui ecclesiasticis, d. 59.

Caput XII.

NVllus in posterum ad Subdiaconatus ordinem ante vigesimum secundum, ad Diaconatus ante vigesimum tertium, ad Presbyteratus ante vigesimum quintum ætatis suæ annum promoueatur. Sciant tamen Episcopi, non singulos, in ea ætate cõstitutos, debere ad hos ordines assumi, sed dignos dumtaxat, & quorum probata vita senectus sit. Regulares quoque nec in minori ætate, nec sine diligenti Episcopi examine ordinentur: priuilegijs quibuscumque, quo ad hoc, penitus exclusis.

c. in singulis cũ multis seq dist. 77. c. subdiaconus. cũ seq. 77. d. & c. generalem. de ætat. & qual. i Cle.

Caput XIII.

SVbdiaconi, & Diaconi ordinentur, habentes bonum testimonium, & in minorib. ordinibus iam probati, ac litteris, & ijs, quæ ad ordinem exercendũ pertinent, instructi. Qui sperent Deo auctore, se continere posse; Ecclesijs, quibus ascribentur, inseruiant: sciantq. maximè decere, si saltem diebus Dominicis, & solemnibus, cum altari ministrauerint, sacram Communionem perceperint. Promoti ad sacrũ Subdiaconatus ordinem, si per annum saltem in eo non sint versati, ad altiorem gradum, nisi aliud Episcopo

ca. quicumque, 87. d. Syria. Pap. d. epist. ad Hy. c. 9.

Sup. c. 11.

videa-

ca. litteras, & c. dilectus, de temp. ord.

videatur, ascendere non permittantur. Duo sacri ordines non eodem die, etiam Regularibus, conferantur: priuilegijs, ac indultis quibusuis concessis, non obstant ibus quibuscumque.

Caput XIV.

Conc. Tol. 4. ca. 19. in fi. c. quicunque, 77. d.

QVi piè, & fideliter in ministerijs ante actis se gesserint, et ad Presbyteratus ordinem assumuntur, bonū habeant testimonium: et hi sint, qui nō modo in Diaconatu ad minus annum integrum, nisi ob Ecclesię vtilitatem, ac necessitatem aliud Episcopo videretur, ministrauerint, sed ēt ad populum docendum ea, quæ scire omnibus necessarium est ad salutē, ac ministranda Sacramenta, diligenti examine præcedente, idonei comprobentur: atque ita pietate, ac castis moribus conspicui, vt præclarum bonorum operum exemplum, & vitæ monita ab eis possint expectari. Curet Episcopus, vt ij saltem diebus Dominicis, & festis solemnibus; si autem curam habuerint animarum, tam frequenter, vt suo muneri satisfaciant, Missas celebrent. Cum promotis per saltum, si non ministrauerint, Episcopus ex legitima causa possit dispensare.

Sup. c. 11. & 13.

Sup. sess. 22. de obser. & euit. in cel. mis. & c. 1. de sac. Mis.

Caput XV.

Clem. dudum, § ac deinde, de sepult.

QVamuis Presbyteri in sua ordinatione à peccatis absoluendi potestatem accipiant: decernit tamen sancta Synodus, nullum, etiam Regularem, posse confessiones sæcularium, etiam sacer-

sacerdotum, audire; nec ad id idoneum reputari, nisi aut Parochiale beneficium, aut ab Episcopis per examen, si illis videbitur esse necessarium, aut aliàs idoneus iudicetur: & approbationem, quæ gratis detur, obtineat; priuilegijs, & consuetudine quacumque, etiam immemorabili, non obstantibus.

Caput XVI.

CVm nullus debeat ordinari, qui iudicio sui Episcopi non sit vtilis, aut necessarius suis Ecclesijs S. Synodus vestigijs sexti Canonis Concilij Chalcedonensis inhærendo, statuit, vt nullus in posterum ordinetur, qui illi Ecclesiæ, aut pio loco pro cuius necessitate, aut vtilitate assumitur, non ascribatur, vbi suis fungatur muneribus; nec incertis vagetur sedibus. Quod si locum inconsulto Episcopo deseruerit: & ei sacrorum exercitium interdicatur. Nullus præterea Clericus peregrinus sine commendatitijs sui Ordinarij litteris, ab vllo Episcopo ad diuina celebrāda, & Sacramēta administrāda admittatur.

c. neminē, 7.d. Cō. Chalc. ca.6.c.non oportet, & cap. si quis verò, 7.q.1. ex Cōc Nicæ.3.ca.15. & 16.c.sanctorum.70. d.c.tuæ, de cler. pereg. Conc. Antioch. c.7. Cōc. Calc. cap.13. Conc. Aquisg. ca. 56.&61. Cōc. Epau. c.6.

Caput XVII.

VT sanctorū ordinū à Diaconatu ad Ostiariatum functiones, ab Apostolorum tēporib. in Ecclesia laudabiliter receptæ, & pluribus in locis aliquādiu intermissæ, in vsū iuxta sacros Canones reuocentur; nec ab hæreticis, tamquam otiosæ, traducantur: illius pristini moris restituendi desiderio flagrans Sancta Synodus, decernit,

Conc. Aur. 3. c. 15. c. quoniam, 11. q. 1. ca. nullum.71. d. c. duob. præced. c.2.25.d.c. accolytus. exorcista, c.ostiarius. & ca. Psal-

cernit, vt in posterum huiusmodi ministeria non nisi per constitutos in dictis ordinib. exerceãtur; omnesq., et singulos Prælatos Ecclesiarũ in Dño hortatur, & illis præcipit, vt quantum fieri commodè poterit, in Ecclesijs Cathedralib. Collegiatis, et in Patrochalib. suæ Diœcesis si populus frequẽs, & Ecclesiæ prouentus id ferre queãt, hmõi functiones curẽt restituẽdas, & ex aliqua parte redditũ aliquorum simplicium beneficiorũ, vel fabricæ Ecclesiæ, si prouẽtus suppetãt, aut vtrisque illorũ, eas functiones exercẽtib. stipẽdia assignẽt, quibus si negligẽtes fuerint Ordinarij iudicio, aut ex parte mulctari, aut in totum priuari possint. Quod si ministerijs quattuor minorũ ordinũ exercẽdis Clerici cęlibes pręsto nõ erũt: sufficti possint ẽt coniugati, vitæ probatæ, dũmodo non bigami, ad ea munia obeunda idonei, & qui Tonsurã, & habitũ clericalẽ in Ecclesia gestent.

mista. 23. d. sup. c. 11. Cõc. Cart. 4. ca. 2. cum seq. c. in singulis, cum seq dis. 77. Syr. Pap. ad Hym. c. 9. ea. 1. de ætat. & qual.

c. 1. cũ seq. ext. de big. non ord.

Caput XVIII.

CVm adolescentium ætas nisi rectè instituatur, prona sit ad mũdi voluptates sequendas, et nisi à teneris annis ad pietatẽ, & religionẽ informentur, antequã uitiorum habitus totum hominem possideat, nũquam perfectè, ac sine maximo, ac singulari propemodum Dei omnipotẽtis auxilio in disciplina ecclesiastica perseueret; sancta Synodus statuit, ut singulæ Cathedrales, Metropolitanæ, atque his maiores Ecclesiæ, ꝓ modo facultatũ, & Diœcesis amplitudine, certũ puerorum

Gen. 8. Conc. Aquisgr. cap. 135. Conc. Lat. sub Leo. X Ses. 9. de ref cur. ę & aliorum, & Conc. Tol. 4. ca. 23. ca. 1. 12. q. 1. August. de Ciu. Dei. li. 17. c. 20. to. 5. Conc. Constan. ses. 41.

rum ipsius ciuitatis, & Diœcesis, vel eius Prouinciæ, si ibi nō reperiātur, numerū in collegio ad hoc prope ipsas Ecclesias, vel alio in loco conueniēti, ab Epo eligēdo, alere, ac religiosè educare, & Ecclesiasticis disciplinis instituere teneantur. In hoc verò collegio recipiantur, qui ad minimū duodecim annos, et ex legitimo matrimonio nati sint, ac legere, & scribere cōpetēter nouerint, & quorū indoles, et volūtas spem afferat, eos Ecclesiasticis ministerijs perpetuo inseruituros. Pauperū autem filios præcipuè eligi vult, nec tamen ditiorum excludit, modò suo sumptu alantur, & studium præseferāt Deo, & Ecclesiæ inseruiendi. Hos pueros Eps in tot classes quot ei videbitur, diuisos, iuxta eorum numerum, ætatem, ac in disciplina ecclesiastica progressum, partim cū ei opportunum videbitur, Ecclesiarum ministerio addicet: partim collegio erudiēdus retinebit; aliosq. in locum eductorum sufficiet, ita vt hoc collegiū Dei ministrorum perpetuum seminarium sit. Vt verò in eadem disciplina ecclesiastica commodiùs instituatur; Tonsura statim, atque habitu clericali semper vtentur; Grāmatices, cantus, cōputi ecclesiastici, aliarumq. bonarū artium disciplinam discent: sacram Scripturam, libros ecclesiasticos, homilias Sanctorū, atque Sacramentorum tradendorū, maximè, quæ ad Confessiones audiēdas uidebūtur opportuna, et rituū ac cærimoniarum formas ediscēt. Curet Eiscopus, vt singulis

c. quia. de mag. cū alleg. in meo tra. de priui. sch. pri. 78. sup. Ses. 5. c. 1. de reform.

O 2 dicbus

diebus missæ sacrificio intersint, ac saltē singulis mensibus cōfiteātur peccata, & iuxta Cōfessoris iudiciū sumāt corpus D.N.I.Christi; Cathedrali, & alijs loci Ecclesijs dieb. festis inseruiant. Quæ oīa, atque alia ad hanc rē opportuna, & necessaria, Epi singuli cū consilio duorum Canonicorum seniorum et grauiorum, quos ipsi elegerint, prout Spiritus sanctus suggesserit, constituent: eaq. ut semper obseruentur, sæpiùs visitando operam dabunt. Discolos, & incorrigibiles, ac malorū morū seminatores acriter puniēt, eos ēt, si opus fuerit, expellendo, oīaq. impedimenta auferentes, quæcūque ad conseruandū, & augēdum tā pium, & sanctū institutū pertinere videbuntur, diligenter curabūt. Et quia ad collegij fabricā instituendā, & ad mercedē præceptorib. & ministris, soluendā, & ad alendā iuuentutē, & ad alios sumptus certi redditus erunt necessarij, vltra ea, quæ ad instituendos, vel alēdos pueros sunt in aliquibus ecclesijs, & locis destinata, quæ eo ipso huic Seminario sub eadē Epi cura applicata censeātur, ijdē Episcopi cum cōsilio duorū de Capitulo, quorum alter ab Episcopo, alter ab ipso Capitulo eligatur, itemq. duorum de Clero ciuitatis, quorum quidē alterius electio similiter ad Episcopum, alterius verò ad Clerū pertineat, ex fructibus integris mensæ Epalis, & Capituli, & quarumcūque dignitatū, personatuum, officiorū, præbendarum, portionū, Abbatiarum, et Prioratuū, cuiuscum-

que

que Ordinis, ĕt Regularis, aut qualitatis, vel cõditionis fuerint, ĕt Hoſpitaliũ, quæ dãtur in titulum, vel adminiſtrationẽ, iuxta Cõſt. Conc. Viennenſis, quæ incipit; Quia contingit: & beneficiorum quorumcũque ĕt Regulariũ, ĕt ſi Iuriſpatronatus cuiuſcũque fuerint, ĕt ſi exempta, ĕt ſi nullius Diœceſis, vel alijs Eccleſijs, Monaſterijs, & Hoſpitalib⁹, & alijs quibuſuis locis pijs, ĕt exemptis, annexa, & ex fabricis Eccleſiarũ, & aliorũ locorũ, ĕt ex quibuſcũque alijs Eccleſiaſticis redditib: ſeu prouẽtib. ĕt aliorũ Collegiorũ, in quibus tamen Seminaria diſcentium, vel docentium ad cõmune Eccleſiæ bonũ promouendum actu nõ habẽtur: hæc.n.exẽpta eſſe voluit: præterquã rõne reddituũ, qui ſuperflui eſſent vltra cõuenientem ipſorũ Seminariorũ ſuſtentationẽ, ſeu corporum, vel cõfraternitatũ, quæ in nonnullis locis Scholæ appellãtur, & oĩum Monaſteriorum, nõ tñ mendicantium, ĕt ex decimis quacumque ratione ad laicos, ex quib. ſubſidia Eccleſiaſtica ſolui ſolent, & milites cuiuſcunque Militiæ, aut Ordinis pertinentibus (fratribus S. Ioanni Hieroſolymitani dumtaxat exceptis) partẽ aliquã, vel portionem detrahent, et eã portionem ſic detractam, necnon beneficia aliquot ſimplicia cuiuſcunque qualitatis, & dignitatis fuerint, vel ĕt præſtimonia, vel præſtimoniales portiones nũcupatas, etiam ante vacationẽ, ſine cultus diuini, & illa obtinẽtium præiudicio, huic Collegio applicabũt, & incorporabunt.

c. quia contingit. de relig. do. in Clem.

c. fi. de magi. & c. cũ ex eo. de elec. in 6. c. de quibuſdam. 3. diſ.

trabunt. Quod locũ habeat, et si beneficia sint reseruata, vel affecta; nec per resignationem ipsorum beneficiorum, vniones, & applicationes suspendi, vel vllo modo impediri possint, sed omninò quacumque vocatione, et si in Curia effectum suum sortiantur, quacumque Constitutione non obstante. Ad hãc autem portionem soluendã, beneficiorũ, dignitatum, personatuum, & omnium, & singulorum supra commemoratorum possessores, non modò pro se, sed pro pensionib. quas alijs forsan ex dictis fructib. soluerent, retinendo tamen pro rata, quidquid pro dictis pensionibus illis erit soluendum, ab Episcopo loci per censuras ecclesiasticas, ac alia iuris remedia compellãtur, etiã vocato ad hoc, si videbitur, auxilio brachij sæcularis, quibusuis, quoad omnia, & singula supradicta, priuilegijs, exemptionibus, etiã si specialem derogationem requirerent, consuetudine etiam immemorabili, & quauis appellatione, & allegatione, quæ executionẽ impediat, nõ obstantibus. Succedẽte verò casu, quo p vniones effectũ suum sortientes, vel aliter Seminarium ipsum in totum, vel in partem dotatum reperiatur, tunc portio ex singulis beneficijs, vt supra, detracta, & incorporata ab Episcopo, prout res ipsa exegerit, in totum, vel pro parte remittatur. Quod si cathedralium, & aliarum maiorum Ecclesiarum Prælati in hac Seminarij erectione, eiusq; conseruatione negligentes fuerint, ac suam por-

tionem

tionem soluere detractauerint: Episcopum, Archiepiscopus, Archiepiscopum, et Superiores Synodus prouincialis acriter corripere, eósq. ad omnia supradicta cogere debeat, et vt quamprimùm hoc sanctũ, & pium opus, vbicumque fieri poterit, promoueatur, studiorè curabit. Rationes autem redditum huius Seminarij, Episcopus annis singulis accipiat, præsentibus duobus à Capitulo, & totidem à Clero Ciuitatis deputatis.

Deinde, vt cum maiori impensa hmõi scholis instituendis prouideatur, statuit S. Synodus, vt Epi, Archiepiscopi, Primates, & alij locorũ Ordinarij scholasterias obtinentes, & alios, quibus est lectionis, vel doctrinæ munus annexũ ad docendum in ipsis scholis instituendos, per seipsos, si idonei fuerint, alioquin per idoneos substitutos, ab eisdem scholasticis eligẽdos, & ab Ordinarijs approbandos, et per subtractionem fructuum cogant, & compellant. Quod si iudicio Episcopi digni non fuerint; aliũ, qui dignus sit, nominẽt, omni appellatione remota. Quod si neglexerint, Eps ipse deputet. Docebũt autem prædicti, quæ videbuntur Episcopo expedire. De cetero verò officia, vel dignitates illæ, quæ scholasteriæ dicũtur, non nisi Doctoribus vel Magistris, aut Licẽtiatis in sacra pagina, aut iure Canonico, et alias personis idoneis, & qui per seipsos id munus explere possint, conferantur, & aliter facta prouisio nulla sit, & inualida, non obstantib. quibusuis priuile-

O 4 gijs,

gijs, & cõsuetudinibus etiam immemorabilibus.

Si verò in aliqua prouincia Ecclesiæ tanta paupertate laborẽt, vt Collegium in aliquib. erigi non possit: Synodus Prouincialis, vel Metropolitanus cũ duobus antiquioribus Suffraganeis in Ecclesia Metropolitana, vel aliæ prouinciæ Ecclesia commodiori, vnum, aut plura Collegia, prout opportunũ iudicabit, ex fructib. duarum, aut plurium Ecclesiarum, in quibus singulis Collegium commodè institui nõ potest, erigenda curabit, vbi pueri illarum Ecclesiarum educentur.

In Ecclesijs autem, amplas Diœceses habentibus possit Episcopus vnum, vel plura in Diœcesi, prout sibi opportunum videbitur, habere Seminaria; quæ tamen ab illo, quod in ciuitate erectũ, & cõstitutum fuerit, in omnibus depẽdeat.

Postremò, si vel pro vnionibus, seu pro portionum taxatione, vel assignatione, & incorporatione, aut qualibet alia ratione difficultatem aliquam oriri cõtigerit, ob quam huius Seminarij institutio, vel conseruatio impediretur, aut perturbaretur: Episcopus cum supra deputatis, vel Synodus prouincialis pro regionis more, pro Ecclesiarum, & beneficiorum qualitate, etiam suprascripta, si opus fuerit, moderando, aut augendo, omnia, & singula, quæ ad felicem huius Seminarij profectum necessaria, & opportuna videbuntur, decernere, ac prouidere valeat.

In-

Indictio futuræ Sessionis.

INsuper eadem sacrosancta Tridentina Synodus, proximam futurã Sessionem in diem decimamsextam mensis Septembr. indicit, in qua agetur de Sacramento Matrimonij, & de alijs, si qua erunt ad doctrinam fidei pertinentia, quæ expediri possint; item de prouisionib. Episcopatuum, dignitatũ, aliarumq. beneficiorũ ecclesiasticorum, ac diuersis reformationis, articulis.

Prorogata fuit Sessio vsque ad diem 11. Nouembr. 1563.

SESSIO XXIV.

Quæ est VIII. sub Pio IV. Pont. Max.

Celebrata die 11. Nouembris 1563.

Doctrina de Sacramento Matrimonij. Gen. 2. 3. Esdr. 4. Eph 3. 1. Cor. 6. c. fraternitatis, 15. q. 10. c. debitũ. de big. ca. 1. in princ. de cõiug. leg.



ATRIMONII perpetuum indissolubilemq. nexum primus humani generis parens diuini Spiritus instinctu pronũciauit, cũ dixit: Hoc nũc os ex ossib. meis, et caro de carne mea: quãobrẽ relinquet homo patrẽ suũ, & ma-

matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna.

Matth. 19. Marc. 10. 1. Cor. 6. Eph. 5. c. sunt qui, 27. q. 2. c. si. 29. q. 1. c. de consan. & affi. ca. Martinus, de cognat. spirit. c. deinde, 26. d. c. an qđ, & c. quod De⁹, 33. q. 2. c. puto, 32. q. 5. inter corporalia, de transf. ep. c. nemo, in fin 31. q. 4. Eph. 5. in fi. c. debitū de big.

Hoc autem vinculo duos tātummodo copulari, & cōiungi, Christus Dominus apertiùs docuit, cū postrema illa uerba, tamquā à Deo prolata, referens, dixit. Itaque iam nō sunt duo, sed vna caro, statimq. eiusdem nexus, firmitatem ab Adamo tanto ante pronunciatam his verbis cōfirmauit. Quod ergo Deus coniunxit, homo nō separet.

Gratiam verò, quæ naturalem illum amorem perficeret, & indissolubilem vnitatē cōfirmaret, coniugesq. sanctificaret, ipse Christus venerabiliū Sacramentorū institutor, atque perfector, sua nobis passione promeruit; qđ Paulus Apost. innuit dicens: Viri diligite vxores vestras, sicut Christus dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea; mox subiungēs, Sacramentū hoc magnum est; ego autem dico in Christo, & in Ecclesia. Cum igitur Matrimoniū in lege Euangelica veteribus cōnubijs per Christū gratiam præstet, meritò inter nouæ legis Sacramēta annumerandum S. Patres nostri, Concilia, & vniuersalis Ecclesiæ traditio semper docuerūt, aduersus quā impij homines huius sęculi insanientes, nō solùm perperā de hoc venerabili Sacramento senserūt, sed de more suo, prętextu Euangelij libertatē carnis introducentes, multa ab Ecclesia Catholicæ sensu, & ab Apostolorū temporib. probata consuetudine aliena, scripto, & verbo asseruerunt, non sine magna

Eph. 5. Conc. Flor. sub Eug. IV. c. ad abolendam. de hær.

Christi

Christi fidelium iactura: quorum temeritati sancta, & vniuersalis Synodus cupiens occurrere, insigniores prædictorum schismaticorum hæreses, & errores ne plures ad se trahat perniciosos eorum contagio, exterminandos duxit, hos in ipsos hæreticos, eorumq. errores decernens anathematismos.

De Sacramento Matrimonij.

CANON I.

SI *quis dixerit, Matrimonium non esse verè, & propriè unum ex septem legis Euangelicæ Sacramentis, à Christo Domino institutum, sed ab hominibus in Ecclesia inuentum, neque gratia conferre: anathema sit.*

Matt.10. Mar.8. Eph.5. c.ad abolẽdam.de hære.

CANON II.

Si quis dixerit, licere Christianis plures simul habere vxores, & hoc nulla lege diuina esse prohibitum: anathema sit.

Matt.19. ca. si quis, 32.d.1. toto titu. de spon. duorum, c gaudemus, de diuort.

CANON III.

Si quis dixerit, eos tantum consanguinitatis, & affinitatis gradus, qui in Leuitico exprimuntur, posse impedire matrimonium contrahẽdum, & dirimere contractum, nec posse Ecclesiam in nonnullis illorum dispensare, aut constituere, vt plures impediant, & dirimant: anathema sit.

Conc. Cõst: 6.c.88. Leu. 18. cap. pietas omnium, 30.q.3. Conc. Tol. 2.c.5.35.q. 2.& 3: per totam, c. non dẽt, de consang. & affi.inf.c.1. & 5. de ref. matr.

CANON IV.

Si quis dixerit, Ecclesiam non potuisse constituere impedimenta matrimonium dirimentia, vel in ijs constituendis errasse: anathema sit.

CA-

CANON V.

ca. de ille, cum seq. de diu. ca. 1. fi delib. de consang. & aff inf. c. 7.

Si quis dixerit, propter hęresim, aut molestam cohabitationẽ, aut affectatã absẽtiam à coniuge, dissolui posse matrimonij vinculũ: anathema sit.

CANON VI.

ca. commissum, de spõsal.

Si quis dixerit, matrimonium ratum, nõ consummatũ, per solemnem Religionis professionem alterius coniugum non dirimi: anathema sit.

CANON VII.

Matt. 10. Luc. 16. 1. Cor. 7. ca. placuit. cum mul tis seq. 33. q. 7. cap. de diuort. Conc. Mi leu. ca. 17. Cõc. Aph. c. 6.

Si quis dixerit, Ecclesiam errare, cum docuit, & docet, iuxta Euangelicam, & Apostolicam doctrinã, propter adulterium alterius coniugum matrimonij vinculũ nõ posse dissolui, & vtrumque vel etiam innocentem, qui causam adulterio non dedit, non posse, altero coniuge viuẽte, aliud matrimonium contrahere, mœcharique eum, qui, dimissa adultera, aliam duxerit, & eam, quæ dimisso adultero, alij nupserit: anathema sit.

CANON VIII.

ca. aliter. 41. d. c. p̃sbyteris. 27. d. & per totum. 17. q. 1. per totã, ext. q cler. vel vouen. per totum. Conc. Car. 4. cap. 104.

Si quis dixerit, Ecclesiam errare, cũ ob multas causas separationem inter coniuges, quo ad torum, seu quo ad cohabitationem, ad certum incertumve tempus fieri posse decernit: anath. sit.

CANON IX.

Si quis dixerit, Clericos in sacris ordinib. constitutos, vel Regulares castitatẽ solemniter professos posse matrimonium cõtrahere, contractũq. validum esse, non obstante lege Ecclesiastica, vel voto, & oppositum nil aliud esse, quam damnare matri-

matrimonium; posseq. omnes contrahere matrimonium, qui non sentiunt se castitatis, etiam si eam vouerint habere donum: anathema sit. cum Deus id rectè petentibus non deneget, nec patiatur nos supra id quod possumus, tentari.

Conc. Matiscon. c.4. cum sim. 1.Cor.19. c.1. §. iur. gen.40. d. c. inter hæc sciendum, de pœn.d.2.

CANON X.

Si quis dixerit, statum coniugalem anteponendũ esse statui virginitatis, vel cælibatus, & non esse meliùs ac beatiùs manere in virginitate, aut cælibatu, quàm iungi matrimonio: anathema sit.

Matth.19. 1.Cor.7. in fi. ca. nuptiæ, 32.q.1.c. qui sitit.33.q.9. c. commissum, de sponf. ca. nuptiarũ. 27.q.1.ca. sic.n. §. qui dat.28.q.1. Apoc. 14.

CANON XI.

Si quis dixerit, probibitionem solemnitatis nuptiarũ, certis anni temporibus superstitionem esse tyrannicam, ab ethnicorum superstitione profectam; aut benedictiones, & alias cærimonias, quibus Ecclesia in illis vtitur, damnauerit: anathema sit.

Inf. 1c.10. diffusè. Conc. Lao. c.52. c.multorum, 35. q.6. c.1. in fi. de consan. & affi. c. accedentib. de excess. prælat. c. auditis. de præscr.

CANON XII.

Si quis dixerit, causas matrimoniales non spectare ad iudices ecclesiasticos: anathema sit.

Decretum de reformat. Matrimonij.

Caput I.

Matrimonium, fiat libero consensu.

TAmetsi dubitandũ non est clandestina matrimonia, libero cõtrahentium consensu facta, rata, & vera esse matrimonia, quamdiu Ecclesia ea irrita nõ fecit, & proinde iure damnan-

di

Consensus parentũ nõ requiritur, ca. non omnis. ca. honoratur, & c. fi. 32. q. 1. c. aliter, & c. nostrates, 30. q. 5. c. videtur, qui matr. accus. poss. Cõcil. Tol. 2. c. 10. cap. erubescãt. 32. dis.

di sint illi, vt eos S. Synodus anathemate dãnat; qui ea vera ac rata esse negant; quiq. falsò affirmãt, matrimonia à filijsfamilias, sine cõsensu parẽtũ cõtracta, irrita esse, & parentes ea rata, vel irrita facere posse: nihilominus S. Dei Ecclesia ex iustissimis causis illa semper detestata est, atque prohibuit. Verũ cũ S. Synodus animaduertat prohibitiones illas propter hominum inobediẽtiam iam non prodesse, & grauia peccata perpendat quæ ex eisdẽ clãdestinis coniugijs ortum hẽnt, præsertim verò eorũ, qui in statu dãnationis permanẽt, dum priore vxore, cum qua clàm contraxerant, relicta, cũ alia palàm contrahunt, & cum ea in perpetuo adulterio viuunt; cui malo cũ ab ecclesia, quæ de occultis nõ iudicat succurri non possit, nisi efficaciùs aliquod remedium adhibeatur: idcircò sacri Later. Conc. sub Inn. III. celebrati, vestigijs inhærendo, præcipit, vt posterum, antequã matrimonium contrahatur, ter à proprio contrahentiũ Parocho, tribus continuis dieb. festiuis in Ecclesia inter Missarũ solẽnia publicè denuncietur, inter quos matrimonium sit contrahendũ, quibus denũciationib. factis, si nullum legitimũ opponatur impedimentũ, ad celebrationẽ matrimonij in facie Ecclesiæ procedatur: vbi Parochus viro, & muliere interrogatis, & eorũ mutuo consensu intellecto, vel dicat. Ego vos in matrimoniũ cõiungo, in nõie Patris, & Filij, & Spiritussancti, vel alijs vtatur verbis, iuxta receptũ vniuscuiusque

In c. 51. & in c. cũ inhibitio. de clãd. desp.

cap. fin. 31. q. 2.

pro-

prouinciæ ritum. Quod si aliquando probabilis fuerit suspicio, matrimonium malitiosè impediri posse, si tot processerint denunciationes: tunc vel vna tãtum denunciatio fiat, vel saltem Parocho & duob. vel trib. testib. præsentib. matrimonium celebrẽtur. deinde ante illius consummationẽ denunciationes in Ecclesia fiãt, vt si aliqua subsunt impedimẽta, faciliùs detegantur: nisi Ordinarius ipse expedire iudicauerit, vt prædictæ denunciationes remittantur; quod illius prudentiæ & iudicio S. Synodus relinquit. Qui aliter quã præsẽte Parocho, vel alio sacerdote, de ipsius Parochi, seu Ordinarij licẽtia, & duob. vel trib. testib. matrimoniũ cõtrahere attentabũt, eos S. Synodus ad sic contrahendum omninò inhabiles reddit; & hmôi contractus irritos, & nullos esse decernit, prout eos præsenti decreto irritos facit, et annullat. Insuper Parochũ, vel aliũ sacerdotẽ, qui cũ minore testium numero, & testes, qui sine Parocho, vel sacerdote huiusmodi contractui interfuerint, nec non ipsos contrahentes grauiter arbitrio Ordinarij puniri præcipit. Præterea, eadem S. Synodus hortatur, ut coniunges ante benedictionẽ sacerdotalẽ in tẽplo suscipiendã, in eadẽ domo non cohabitent; statuitq. benedictionẽ à proprio Parocho fieri; neque à quoquã, nisi ab ipso Parocho, vel ab Ordinario licẽtiã ad pdictã benedictionẽ faciendã alij sacerdoti cõcedi posse: quacũque consuetudine, etiã immemorabili, quæ potiùs corruptela

Matrimoniũ præsente Parocho, & testibus contrahendum.

ca. videtur. 35. q 6.
Cõiuges à Parocho benedictionẽ accipiãt, c. aliter. 30 q. 6.
Cõc Car. 4. ca. 13. cap. sponsus. d. 23 & ca. aliter. & c. spõsus, 30. q. 5. Calixt. Papa, ep. 2. vel cõditiones, & c. 1. cùm

dicen-

multis seq. 30.q.5.c.de coniugali. 27.q.1. dicenda est, vel priuilegio non obstante.

Quod si quis Parochus, uel alius sacerdos, siue regularis, siue secularis sit, etiãsi id sibi ex priuilegio, vel immemorabili consuetudine licere contendat, alterius Parochiæ sponsus, sine illorũ Parochi licẽtia matrimonio coniungere, aut benedicere ausus fuerit; ipso iure tamdiu suspẽsus maneat, quãdiu ab Ordinario eius Parochi q. matrimonio interesse debebat, seu à quo benedictio suscipiẽda erat, absoluatur. Habeat Parochus librũ in quo coniugũ, & testiũ nomina, diemq. & locũ contracti matrimonij describat, quem diligenter apud se custodiat. Postremò S. Synodus coniuges hortatur vt antequã cõtrahãt, vel saltem triduo ante matrimonij cõsummationem suo peccata diligenter cõfiteãtur, & ad sanctissimum Eucharistiæ sacramentum piè accedant. Si quæ prouinciæ alijs, vltra prædictas, laudabilib. cõsuetudinibus & cerimonijs hac in re vtũtur, eas omninò retineri S. Synod⁹ vehemẽter optat. Ne verò hæc tã salubria præcepta quemquam lateant, Ordinarijs omnib. præcipit, vt cũ primũ potuerint, curẽt hoc decretũ populo publicari, ac explicari in singulis suarũ Diœcesum Parochialib. Ecclesijs, idq. in primo anno quam sæpissimè fiat, deinde verò quoties expedire viderint. Decernit insuper, vt hmõi decretũ in vnaquaque Parochia suũ robur post triginta dies habere incipiat à die primæ publicationis, in eadẽ Parochia factæ numerandos.

In libro matrimonia describantur.

Coniunges ante cõsummationem matrimonij cõfiteã tur, & Euchar. accipiant.

Ca-

Caput II.

DOcet experientia, propter multitudinē prohibitionum, multoties in casibus prohibitis ignoranter cōtrahi matrimonia, in quib. vel non sine magno peccato perseueratur, vel ea non sine magno scandalo dirimuntur. Volens itaque S. Synodus huic incōmodo prouidere, & à cognationis spiritualis impedimēto incipiēs, statuit, vt vnus tm̄, siue vir, siue mulier, iuxta sacrorū Canonū instituta, vel ad summū vnus, & vna baptizatum de baptismo suscipiant, inter quos, ac baptizatū ipsum, & illius patrē, et matrem, necnon inter baptizantem, et baptizatū, baptizatiq. patrem, ac matrē tm̄ spiritualis cognatio contrahatur. Parochus, antequam ad baptismū cōferendū accedat, diligenter ab ijs, ad quos spectabit, sciscitetur, quem, vel quos elegerint, vt baptizatū de sacro fonte suscipiāt, et eū, uel eos tantū ad illum suscipiendū admittat, & in libro eorū noīa describat: doceatq. eos, quā cognationē cōtraxerint, ne ignorantia vlla excusari valeant. Quod si alij, vltra designatos, baptizatum tetigerint, cognationem spiritualem nullo pacto cōtrahant, constitutionibus in cōtrarium faciētibus non obstantibus. Si Parochi culpa, vel negligentia secus factum fuerit: arbitrio Ordinarij puniatur.

Cognatio spiritualis, quę, & Iter quos in baptismo contrahatur. c. sciscitatur, cū seq. 30. quæst. 4. c. non plures, de consecr. d. 4. & c. quāuis, de cognat. spir. in 6. in Catechis. de cōsecr. d. 4. c. sup. quibus, c. pyslaciū, & c. fi. 30. q. 3. c. 8. sup. eo. & ferè p tot. de cognat. spir. c. 1. eo. tit. in 6. Vide inf. bul. S D. N. Pij V. super declar. huius decr. p. 401. & eiusdem declarationē. p. 406. c. quāuis, de cognat. spirit. in 6.

Ea quoque cognatio, quæ ex Confirmatione contrahitur, cōfirmantem, et confirmatū, illiusq. patrem, & matrem, ac tenētem non egrediatur:

Cognatio quæ cōtrahatur in confirmatione.

omnibus inter alias personas huius spiritualis cognationis impedimentis omninò sublatis.

c. ad audiẽtiã, & c. spõsã. cum ib. no. de spõ. S. Th. in q. additis ad 3. q. 55. art. 4. & Sot. li. 4. sẽt. d. 41. q. vni. ar 2. & 3. i fi. Vid ẽt if. bul. D. N. Pij V. sup. declar. hui9 decreti. p. 410.

Caput III.

IVstitiæ publicæ honestatis impedimentum, vbi sponsalia quacumque ratione valida non erunt S. Synodus prorsus tollit: vbi autem valida fuerint, primum gradum non excedant; quoniam in vlterioribus gradibus, iam non potest huiusmodi prohibitio absque dispẽdio obseruari.

Cognatio q̃ pueniat ex fornicatione, c. q̃dã, cũ multis seq 32. q. 7. & toto tit. de eo q cogno consan. vx. suę. vid ĩf. Bul. S. D. Pij V. sup. decl. huius decr. pag 404. & eiusdẽ declarationẽ. p. 406. c. fi. §. pen. de clan. desp. Clem. vni. de consan. & affi. Matrim. qñ & qũo separetur, c. fi. de immun. eccl. c. q. a. frustra. de vsu.

Caput IV.

PRæterea S. Synodus, eisdem, & alijs grauissimis de causis adducta, impedimentum, quod propter affinitatem ex fornicatione contractam inducitur, & matrimonium postea factum dirimit, ad eos tantum, qui primo, & secundo gradu, coniunguntur, restringit. in vlterioribus verò gradibus statuit, huiusmodi affinitatem matrimonium postea contractum non dirimere.

Caput V.

SI quis intra gradus prohibitos sciẽter matrimoniũ contrahere præsumpserit; separetur, & spe dispensationis consequendæ careat, idq. in eo multò magis locum habeat, qui non tantum matrimonium contrahere, sed etiam cõsummare ausus fuerit. Quod si ignoranter id fecerit, si quidem solemnitates requisitas in cõtrahendo matrimonio neglexerit, eisdem subijciatur pœnis. Nõ enim dignus est, qui Ecclesiæ benignitatẽ facilè experiatur, cuius salubria præcepta temerè

con-

contempsit. Si verò solemnitatibus adhibitis, impedimentum aliquod postea subesse cognoscatur, cuius ille probabilem ignorantiam habuit: tunc faciliùs cum eo, & gratis dispensari poterit. In contrahendis matrimonijs, vel nulla omninò detur dispensatio, vel raro, idq. ex causa, & gratis concedatur. In secundo gradu numquam dispensetur, nisi inter magnos Principes, & ob publicam causam.

In matrimonio quãdo dispensandum.

Caput VI.

DEcernit sancta Synodus inter raptorem, & raptã, quamdiu ipsa in potestate raptoris manserit, nullum posse consistere matrimonium. Quòd si rapta à raptore separata, & in loco tuto, & libero constituta, illum in virum habere consenserit, eam raptor in vxorem habeat, & nihilominus raptor ipse, ac omnes illi consilium, auxilium, et fauorem præbentes sint ipso iure excommunicati, ac perpetuò infames, omniumq. dignitatum incapaces, & si Clerici fuerint, de proprio gradu decidãt. Teneatur præterea raptor mulierem raptam, siue eam in vxorem duxerit, siue non duxerit, decenter arbitrio iudicis dotare.

Matrimonium inter raptorẽ, & raptã nullũ. & corũ pœnæ. c. fin. de rapt. c. puellis. 32. q. 1. Côc. Chal. ca. 27. Côc. Vvor. ca. 77. Exo. 21. ca. 1. de adult.

Caput VII.

MVlti sunt, qui vagantur, & incertas habent sedes, &, vt improbi sunt ingenij, prima vxore relicta, aliã, & plerumque plures,

Vaghi ad matrimonium non recipiendi.

Côc. Colo. par.7. c.45. Rom.8.

illa viuente, diuersis in locis ducunt; cui morbo cupiēs sancta Synodus occurrere, omnes, ad quos spectat, paternè monet, ne hoc genus hominū vagantium ad matrimonium facilè recipiant: magistratus etiam sæculares hortatur, vt eos seuere coërceant. Parochis autem præcipit, ne illorum matrimonijs intersint, nisi prius diligentem inquisitionem fecerint, & re ad Ordinarium delata, ab eo licentiam id faciendi obtinuerint.

Caput VIII.

Cōcubinariorū pęna. Inf. Sef.15, c.14. de reformat. Côc. Rom. sub Nic.I. in fin. Côc. Later. sub Leo.X. Seff. 9. de refor. cur. & aliorum. ver. concubinarij. Conc. Tol. 1. c.17. ca. is, qui, 34. dist.

GRaue peccatum est, homines solutos concubinas habere: grauissimū verò, & in huius magni sacramenti singularem contemptū admissum, uxoratus quoque in hoc dānationis statu viuere, ac audere eas quandoque domi ēt cum uxoribus alere, & retinere. Quare, ut huic tāto malo sancta Synodus opportunis remedijs prouideat; statuit huiusmodi concubinarios tā solutos, quàm vxoratos, cuiuscumque status, dignitatis, et conditionis existant, si postquā ab Ordinario, & iā ex officio, ter admoniti ea de re fuerint, concubinas non eiecerint, seq; ab earum consuetudine non seiunxerint, excommunicatione feriendos esse; à quam non absoluantur, donec re ipsa admonitioni factæ paruerint. Quòd si in cōcubinatu per annū, censuris neglectis, permanserint: contra eos ab Ordinario seuerè pro qualitate criminis procedatur. Mulieres, siue cōiugatæ, siue solutæ, quæ cū adulteris, seu cōcubinarijs publicè viuūt, si ter admo-

Conc. Arel. 2.c.3.c. fraternitatis, 34: dist. ca. si cōcubinæ,

nitæ

nitæ non paruerint, ab Ordinarijs locorum, nullo etiã requirente, ex officio grauiter pro modo culpæ puniantur, & extra opidum, vel Diœcesim, si id eisdem Ordinarijs videbitur, inuocato si opus fuerit brachio sæculari, eijciantur: alijs pęnis contra adulteros, & concubinarios inflictis, in suo robore permanentibus.

de sentent. excõ. c. 2. in fin. de cohab. cler. & mul.

Caput IX.

ITa plerumque temporalium Dominorum, ac Magistratuum mentis oculos terreni affectus, atque cupiditates excęcãt, vt viros, & mulieres sub eorum iurisdictione degentes, maximè diuites, vel spem magnæ hæreditatis habentes, minis, & pęnis adigant cum ijs matrimonium inuitos contrahere, quos ipsi Domini, vel Magistratus illi præscripserint. Quare, cum maximè nefarium sit, matrimonij libertatẽ violare, & ab eis iniurias nasci, à quibus iura expectantur, præcipit sancta Synodus omnibus cuiuscumque gradus, dignitatis, & conditionis existant, sub anathematis pœna, quam ipso facto incurrant, ne quouis modo directè, vel indirectè, subditos suos, vel quoscumque alios cogant, quo minus liberè matrimonia contrahant.

Matrimonij libertas non impedienda, c. cùm locum, c. requisiuit. & c. Gemma. de spon. ca. fi. in fi. 31. q. 2. & c. fin. 36. q. 2. Cõc. Paris. 1. c. 6. cap. nullus. 36. q. 2.

Caput X.

AB aduẽtu Domini nostri Iesu Christi vsque in diem Epiphaniæ, & à feria quarta Cinerum vsque ad octauã Paschatis inclusiuè, antiquas solemnium nuptiarum prohibitiones dili-

Conc. Laodicen. can. 52. Conc. Salegustadiẽ. cap. 3.

c. nõ oportet, cũ trib. seq. 33. q. 4. ca. Capellanus, de fer. ca. 1. de treg. & pa. sup. Sef. 22. c. 4. de sac. Mis.

genter ab omnibus obseruari S. Synodus præcipit; in alijs verò temporibus nuptias solemniter celebrari permittit: quas Episcopi, vt ea, qua decet, modestia, & honestate fiant, curabunt: sancta enim res est matrimonium, & sanctè tractandum.

Decretum de reformatione.

Eadem sacrosancta Synodus, reformationis materiam prosequens, hæc in præsenti Sessione statuenda decernit.

Caput I.

Sup. de ref. Sef. 6. ca. 1. Sef. 7. ca. 1. Sef. 22. c. 2. de ref.

SI in quibuslibet Ecclesiæ gradibus prudẽter, scienterq. curandum est, vt in Domini domo nihil sit inordinatum, nihilq. præposterum: multò magis elaborandum est, vt in electione eius, qui supra omnes gradus constituitur, non erretur: nam totius familiæ Domini status, & ordo mutabit, si quod requiritur in corpore, non inueniatur in capite. Vnde etsi aliàs sancta Synodus de promouendis ad cathedrales, & superiores Ecclesias nonnulla vtiliter decreuit: hoc tamen munus huiusmodi esse censet, vt, si pro rei magnitudine expẽdatur, nunquam satis cautum de eo videri possit. Itaque statuit, vt, cum primum Ecclesia vacauerit, supplicationes, ac preces publicè, priuatimq. habeantur, atque à Capitulo per Ciuitatem, & Diœcesim indicantur, quibus Clerus, populusq. bonum à Deo pastorem valeat impe-

impetrare. Oẽs verò, & singulos, qui ad promotionẽ, pręficiendorum, quodcumque ius quacũque rõne à Sede Apost. habent, aut alioquin operam suã præstãt, nihil in ijs pro præsenti temporũ rõne innouanda, hortatur, & monet, vt in primis meminerint, nihil se ad Dei gloriam, & populorum salutẽ vtilius posse facere, q̃ si bonos pastores, & Ecclesiæ gubernãdæ idoneos promoueri studeant: eosq. alienis peccatis cõicantes mortaliter peccare, nisi, quos digniores, & Ecclesiæ magis vtiles ipsis iudicauerint, nõ quidem precib. vel humano affectu, aut ambiẽtium suggestionibus, sed eorum exigentibus meritis præfici diligẽter curauerint, et quos ex legitimo matrimonio natos, et vita, ætate, doctrina, atque alijs omnibus qualitatibus præditos sciant, quæ iuxta Sacros Canones, & Tridentinæ huius Synodi decreta requiruntur. Quoniam verò in sumẽdo de prædictis omnib. qualitatib. graui, idoneoq. bonorũ, & doctorũ virorũ testimonio, nõ vniformis rõ vbique ex nationum, populorũ, ac morum varietate põt adhiberi; mandat S. Synodus, vt in prouinciali Synodo per Metropolitanũ habenda, præscribatur, quibusque locis, & prouincijs propria examinis, seu inquisitionis, aut instructionis faciendæ forma, sanctiss. Rom. Pontificis arbitrio approbãda, quæ magis eisdẽ locis vtilis, atque opportuna esse videbitur; ita tñ, vt cũ deinde hoc examen, seu inquisitio de persona promouenda perfecta fue-

c. cũ in cunctis, & ca. cum nobis olim, de elect. Conc. Lateran. sub Leo. X. de ref. Curiæ, in prin. sess. 9. cum alle. sup. ses. 22. de ref. c. 2.

rit; ea in instrumentũ publicũ redacta, cũ toto testimonio, ac professione fidei ab eo facta, q̃ primũ ad Sãctiss. Rom. Pont. omninò transmittatur, vt ipse Sũmus Põtifex, plena totius negotij, ac personarũ notitia habita, pro gregis Dominici commodo de illis, si idonei per examẽ, seu per inquisitionem factã reperti fuerint, Ecclesijs possit vtilius prouidere. Oẽs verò inquisitiones, informationes, testimonia, ac probationes, quæcumque de promouendi qualitatibus & Ecclesię statu à quibuscumque ẽt in Rom. Curia habitæ, per Cardinalẽ, qui relationẽ facturus erit in Consistorio, & alios tres Cardinales diligenter examinentur, ac relatio ipsa Cardinalis relatoris, & trium Cardinaliũ subscriptione roboretur, in qua ipsi singuli quatuor Cardinales affirmẽt, se adhibita accurata diligentia, inuenisse promouẽdos qualitatib. à iure, et ab hac S. Synodo requisitis p̃ditos: ac certo existimare sub periculo salutis æternæ, idoneos esse, qui Ecclesijs præficiãtur, ita vt relatione in vno Cõsistorio facta, quo maturiùs interea de ipsa inquisitione cognosci possit, in aliud Consistorium iudicium differatur, nisi aliud Beatiss. Pontifici videbitur expedire. Ea verò omnia, & singula, quæ de Eporum præficiẽdorum vita, ætate, doctrina, & ceteris qualitatibus alias in eadem Synodo constituta sunt, decernit eadem etiam in creatione S. Ro. Eccl. Cardinalium, etiam si Diaconi sint exigenda, quos sanctissimus Romanus Pon-

S. D. N. Pi⁹ IV. in Bull. super forma iuram. profess. fidei. inf. p. 169.

In dictis locis.

Sup. Ses. 6. & 7. c. 1. de ref. & Sess. 22. c. 1. de ref. & Ses. 23. de sacr. Ord. de reform.

Pontifex ex oib. Christianitatis nationibus quantū commodè fieri poterit, prout idoneos repererit, assumet. Postremò eadē S. Synodus, tot grauissimis Eccles. incōmodis cōmota, nō pōt nō commemorare nihil magis Ecclesiæ Dei esse necessariū, quā vt Beatissimus Romanus Pontifex, quā sollicitudinē vniuersæ Ecclesiæ ex muneris sui officio debet, eam hic potissimū impendat, vt lectissimos tantum sibi Cardinales asciscat, & bonos maximè, atq; idoneos Pastores singulis Ecclesijs præficiat, idq. eo magis, quod ouium Christi sanguinem, quæ ex malo negligentium, & sui officij immemorum Pastorum regimine peribunt D.N. Iesus Christus de manibus eius sit requisiturus.

Sup. Sess. 6. ca. 1. de reform. Act. 26. ca. Eph. 43. d. sup. Sess. 6. de reform. c. 1.

Caput II.

PRouincialia Concilia, sicubi omissa sunt ꝑ moderandis moribus corrigendis excessibus cōtrouersijs componendis, alijsq. ex sacris Canonib. permissis renouentur. Quare Metropolitani per seipsos, seu illis legitimè impeditis, Coepiscopus antiquior intra annū ad minus à fine ꝑsentis Concilij, et deinde quolibet saltē triēnio post Oct. Paschæ Resurrectionis D.N. Iesu Christi, seu alio cōmodiori tēpore pro more Prouinciæ, nō prætermittat Synodum in ꝓuincia sua cogere: quo Epi oēs, et alij, q de iure, vel cōsuetudine interesse debēt, exceptis ijs, qb. cū imminēti periculo trāsfretandū esset cōuenire oīnò teneantur. Nec Epi cōprouinciales ꝑtextu cuiuslibet consuetudinis ad Metropo-

Conc. prouincialia renouāda & quon. Conc. Tol. 3. c. 18. ca. cōcilia, 17. dist. ca. de cōciliis, & ca. pp ecclesiasticas, cum seq. 18. dist. ca. sicut olim. de accus. Concil. Arel. 3. c. 1. Conc. Lat. sub Leo. X. Sess. 10. Syn. Gr. c. 18. Conc. Nic. c. 5. Conc. Ant. cap. 10. Inf. Sess. 25. c. 2. de ref.

tropolitanam Ecclesiam in posterum accedere inuiti compellātur. Idē Epi qui nulli Archiepiscopo subijciuntur, aliquem vicinū Metropolitanum semel eligant in cuius Synodo prouinciali cum alijs interesse debeant, & quæ ibi ordinata fuerint, obseruent, ac obseruari faciant; in reliquis omnibus eorū exemptio, & priuilegia salua, atque integra maneant. Synodi quoque Diœcesanæ, quotannis celebrentur, ad quas exempti ēt omnes qui aliâs cessante exemptione, interesse deberēt, nec Capitulis generalib. subduntur, accedere teneantur: rōne tamen Parochialium, aut aliarum sæcularium Ecclesiarū, ēt annexarum, debeāt ij, qui illarū curā gerunt, quicumque illi sint, Synodo interesse. Quod si in his tam Metropolitani, quā Episcopi, & alij suprascripti negligentes fuerint, pœnas sacris Canonibus sancitas incurrant.

Conc. Tarrac. ca.8. & Cōc. Agat. c. 71. & c. sicut olim, de acc. ca. annis, cum seq. 8. dist. Dist. 18. ferè per totā. Conc. Aur. 5. c. 18. Conc. Tarrac. c. 7. Cōc. Cōst. 6. c. 8. Conc. Aur. 3. ca. 1. si quis aūt, cum seq. 28. d. Cōc. Tolet. 4. c. 55.

Caput III.

Visitationes quō fieri debeant, & qn. & à quibus.

Patriarchæ, Primates, Metropolitani, & Epi propriā Diœcesim per seipsos, aut si legitimè impediti fuerint, per suum generalem Vicarium, aut Visitatorem, si quotannis totam, propter eius latitudinem visitare non poterunt, saltem maiorem eius partē, ita tamen, vt tota bennio per se, vel Visitatores suos cōpleatur, visitare non prætermittant. A Metropolitanis verò, etiam post plenè visitatā propriam Diœcesim, non visitentur Cathedrales Ecclesiæ, neque diœceses suorū comprouincialiū, nisi causa cognita, & ꝓbata in Concilio

cilio

cilio prouinciali.. Archidiaconi aũt, Decani, & alij inferiores, in ijs Ecclesijs vbi hactenus visitationem exercere legitimè consueuerunt, debeãt quidem, assumpto notario, de consensu Epi deinceps per seipsos tantum ibidem visitare. Visitatores ẽt à Capitulo deputãdi, vbi Capitulũ ius uisitandi hẽt, prius ab Episcopo approbentur: sed nõ ideo Eps, vel eo impedito, eius Visitator easdem Ecclesias seorsũ ab his visitare probibeatur; cui ipsi Archidiaconi, uel alij inferiores, uisitationis factæ infra mensem rationem reddere, & depositiones testium, ac integra acta ei exhibere teneãtur: non obstantib. quacumque consuetudine, etiã immemorabili, atque exemptionib. et priuilegijs quibuscumque. Visitationũ aũt oĩum istarũ prę-cipuus sit scopus, sanam, orthodoxãq. doctrinam, expulsis hæresibus inducere, bonos mores tueri, prauos corrigere, populum cohortationib. & admonitionib. ad religionẽ, pacẽ, innocentiamq. accendere, cetera, prout locus, tps, et occasio feret, ex visitantiũ prudẽtia ad fidelium fructum constituere. Quæ vt faciliùs, feliciùsq. succedant; monentur prędicti omnes, & singuli, ad quos uisitatio spectat, vt paterna charitate, Christianoq. zelo omnes amplectantur, ideoq. modesto contẽti equitatu, famulatuq. studeant quam celerrimè, debita tñ cum diligentia, visitationem ipsam absoluere. Interimq. caueãt, ne inutilibus sũptibus cuiquam graues, onerosive sint; neve ipsi, aut quis-

c.2. §. sanct. de censi. in 6. §. Florentinum. 87. dist.

Cõc. Brac. 2. c. 2. Concil. Ticin. versic. statuimus, etiam ne Episcopi.

c.cauendũ, & c. inter cetera, 10. q.3. & c. cũ Apostolus. de censib. c.exigit, de censi. in 6.

quisquam suorum quidquam procurationis causa pro visitatione, etiam testamentorũ ad pios usus, præter id, quod ex relictis pijs iure debetur, aut alio quouis nomine nec pecuniã, nec munꝰ quodcumque sit, etiã qualitercumque offeratur, accipiant: non obstante quacũque consuetudine etiam immemorabili: exceptis tñ victualib. quæ sibi ac suis frugaliter, moderateq. pro temporis tñ necessitate, & non vltra, erũt ministranda. Sit tñ in optione eorũ, qui visitantur, si malint soluere id quod erat ab ipsis ante a solui, certa pecunia taxata, cõsuetum, an verò prædicta victualia subministrare, saluo item iure conuentionũ antiquarum cum Monasterijs, alijsve pijs locis, aut Ecclesijs non Parochialib. inito, quod illæsũ permaneat. In ijs verò locis, seu Prouincijs, vbi consuetudo est, vt nec victualia, nec pecunia, nec qdquã aliud à visitatoribus accipiatur, sed omnia gratis fiant, ibi id obseruetur. Qđ si quisquã (qđ absit) aliquid ampliùs in supradictis omnibus casibus accipere præsumpserit, id præter dupli restitutionem intra mensem faciendã, alijs ẽt pœnis iuxta Constitut. Concilij generalis Lugdunen. quæ incipit; Exigit, necnon, et alijs pœnis in Synodo prouinciali arbitrio Synodi absque vlla spe veniæ mulctetur. Patroni verò in ijs, quæ ad Sac. administrationẽ spectãt, nullatenus se p̃sumant ingerere, neque visitationi ornamẽtorũ Eccl. aut bonorũ stabiliũ, seu fabricarũ prouẽtib. immisceãt, nisi quatenꝰ id eis

c.exigit, de censi. in 6.

ex

ex institutione, ac fundatione competat, sed Episcopi ipsi hæc faciant, & fabricarum redditus in usus Ecclesiæ necessarios, et utiles, prout sibi expedire magis visum fuerit, expendi curent. Sup. Sess. 21. c. 9. de ref. & c. 1. 10. q. 3.

Caput IV.

Prædicationis munus, quod Eporum præcipuum est, cupiens sancta Synodus, quò frequentiùs possit ad fidelium salutem exerceri, Canones aliàs super hoc editos sub fel. rec. Paulo III. aptiùs præsentium temporum usui accommodãdo, mandat, vt in Ecclesia sua ipsi per se, aut si legitimè impediti fuerint, per eos, quos ad prædicationis munus assument, in alijs aũt Ecclesijs per Parochos, siue ijs impeditis, per alios ab Epo impensis eorum, qui eas præstare, vel teneantur, vel solent, deputandos in ciuitate, aut in quacumque parte Diœcesis censebũt expedire, saltẽ omnibus Dominicis, & solemnibus diebus festis: tempore aũt Ieiuniorũ, Quadragesimæ, & Aduẽtus Domini quotidie, vel saltem tribus in hebdomada diebus, si ita oportere duxerint, Sacras Scripturas, Diuinamq. legem annuncient, & alias, quotiescumque id opportunè fieri posse iudicauerint. Moneatq. Episcopus populum diligenter, teneri vnumquemque Parochiæ suæ interesse, vbi commodè id fieri põt, ad audiendũ verbũ Dei. Nullus aũt sæcularis, siue regularis, etiam in Ecclesijs suorum Ordinum, contradicente Episcopo, predicare præsumat. Idẽ etiam saltem Dominicis,

Prędicationis munus propriũ Episcoporũ. Sup. Sess. 5. de ref. c. 2. Conc. Carth. 4. ca. 20. Concil. Rhem. ca. 14. c. Eps nullam rei. 88. dist. Conc. Arelaten. c. 10. Cõc. Later. sub Innoc. III. c. 10. c. inter cetera. de offic. ord. Conc. Magun. c. 25.

Sy. Gre. 49. ca. non liceat. 92. d. c. excõmunicamus, §. quia vero, de hæret. Sup. Ses. 5. c. 2. de ref.



& alijs festiuis diebus pueros in singulis Parochijs fidei rudimenta & obedientiã erga Deum, & parentes, diligenter ab ijs, ad quos spectabit, doceri curabũt: & si opus sit, etiam per censuras Ecclesiasticas compellent: non obstantibus priuilegijs, & consuetudinibus. In reliquis ea, quæ de prædicationis munere sub eodem Paulo III. decreta fuerunt, suum robur obtineant.

d. Sess. 1.2. de ref.

Caput V.

e. ad abolẽdã, & c. excõicemus. ibi, §. damnati verò. de hære. & cap. quo iure, 5. dist.

CAusæ criminales grauiores contra Episcopos, etiam hæresis (quod absit) quæ depositione, aut priuatione dignæ sunt, ab ipso tantùm Summo Rom. Pont. cognoscãtur, & terminẽtur. Quòd si eiusmodi sit causa, quæ necessariò extra Rom. Curiam sit committenda; nemini prorsus ea committatur, nisi Metropolitanis aut Episcopis, à Beatissimo Papa eligendis. Hec verò commissio & specialis sit, & manu ipsius Sanctissimi Pontificis signata: nec vmquam plus his tribuat, quàm vt solum facti instructionem sumant, processumq. conficiant; quem statim ad Rom. Pontificem transmittant, reseruata eidem Sanctissimo sententia definitiua. Cetera aliàs sub fel. rec. Iulio III. super his decreta, necnon & constitutio sub Innocentio III. in Concilio generali, quæ incipit; Qualiter, & quando, quam sancta Synodus in præsẽti innouat, ab omnibus obseruetur. Minores verò criminales causæ Episcoporum in Concilio tantum prouinciali cognoscãtur, & terminen-

Sup. ses. 11. de ref. c. 6. ext. de accus. c. qualiter, & quando. il secondo.

nentur, vel à deputādis per Concil. prouinciale.

Caput VI.

LIceat Episcopis in irregularitatib. omnibus & suspensionibus, ex delicto occulto prouenientibus, excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario, & exceptis alijs deductis ad forum contentiosum, dispensare, & in quibuscumque casibus occultis, etiam Sedi Apostolicæ reseruatis, delinquentes quoscumque sibi subditos, in Diœcesi sua per seipsos, aut Vicarium, ad id specialiter deputandum, in foro conscientiæ gratis absoluere, imposita penitentia salutari. Idem & in hæresis crimine in eodem foro conscientiæ eis tantum, non eorum Vicarijs sit permissum.

Episcopi in quib. causis dispensare possint, c. miror. & c. contumaces, 50. d. c. erga 1. q. c. at si clerici. i. de iud. & ca. nuper. de sent. excō. c. sacro. de sent. excō.

Caput VII.

VT fidelis populus ad suscipiēda Sacramenta maiori cū reuerētia atque animi deuotione accedat, præcipit sancta Synodus Episcopis omnibus, vt non solum, cum hæc per seipsos erunt populo administranda, prius illorū vim, & vsum pro suscipientium caput explicēt, sed etiam idem à singulis Parochis piè, prudenterq., etiam lingua vernacula, si opus sit, & commodè fieri poterit, seruari studeant, iuxta formā à sancta Synodo in Catechesi, singulis Sacramentis prescribēdā, quā Episcopi in vulgarem linguam fideliter verti, atque à Parochis omnibus populo exponi curabunt: necnon vt inter Missarum solemnia, aut diuinorum celebrationem sacra eloquia,

Inf. ses. fin. in prin. supr. Sess. 22. de sacrific. Missæ, c. 8.


&

& salutis monita eadem vernacula lingua singulis diebus festis vel solemnibus, explanent, eademq. in omnium cordibus, postpositis inutilibus quæstionibus, inserere, atque eos in lege Domini erudere studeant.

Caput VIII.

1. Tim. 5. c. sed illud, 45. d. c. si peccauerit, ver. ergo. 2. q. 1.

Apostolus monet, publicè peccantes palã esse corripiendos. Quando igitur ab aliquo publicè, & multorum conspectu crimen commissum fuerit, vnde alios scãdalo offensos, cõmotosq. fuisse non sit dubitandum: huic condignam pro modo culpę pœnitentiã publicæ iniungi oportet; vt quos exemplo suo ad malos mores prouocauit, suæ emendationis testimonio ad rectam reuocet vitam. Episcopus tamen publicæ hoc pęnitentiæ genus in aliud secretum poterit commutare, quãdo ita magis iudicauerit expedire. In omnib. etiã Cathedralib. Ecclesijs, vbi id commodè fieri poterit, pœnitentiarius aliquis cum vnione præbẽdæ ꝓximè vacaturæ, ab Episcopo instituatur, qui Magister sit, vel Doctor, aut Licentiatus in Theologia, vel Iure Canonico, & annorũ quadraginta, seu aliàs, qui aptior pro loci qualitate reperiatur; qui dum confessiones in Ecclesia audiet, interim præsens in choro censeatur.

c. pęnitentes, & c. in capite, cum seq. 20. dis.

Caput IX.

Sup. Sess. 6. de ref c. 4. & Sess. 7. de reform.

Quæ aliàs sub felic. record. Paulo III. & nuper sub Beatissimo Domino Nostro Pio IV. in hoc eodem Concilio de adhibenda

da ab Ordinarijs diligentia in beneficiorũ, etiam exemptorum visitatione constituta sunt; eadem etiam in ijs Ecclesijs sæcularibus obseruentur, quæ in nullius Diœcesi esse dicuntur, vt ab Episcopo, cuius cathedralis Ecclesia est proximior, si id constet, alioquin ab eo, qui semel in Concilio Prouinciali à Prælato loci illius electus fuerit, tamquam Sedis Apostolicæ delegato, visisẽtur; non obstantibus priuilegijs, & consuetudinibus, quibuscumque, etiam immemorabilibus. c.8.Seff.21. de ref. c.8.

Caput X.

EPiscopi, vt aptiùs, quem regũt populum possint in officio, atque obediẽtia continere; in omnib. ijs, quæ ad visitationem, ac morum correctionem subditorum suorum spectãt, ius, & potestatem habeant, ẽt tamquã Apostolicæ Sedis delegati, ea ordinandi, moderãdi, puniẽdi, & exequẽdi, iuxta Canonũ sanctiones, q̃ illis ex prudentia sua ꝓ subditorũ emendatione, ac Diœcesis suæ vtilitate necessaria videbuntur. Nec in his, vbi de visitatione, aut morũ correctione agitur, exẽptio, aut vlla inhibitio, appellatio, seu querela, ẽt ad Sedem Apostolicam interposita, executionem eorum, quæ ab his mandata, decreta, aut iudicata fuerint, quoque modo impediat, aut suspendat. de ref.cá.1, Sup.Sef.22; & Seff. 13. de reform, c.1.

Caput XI.

QVoniam priuilegia, & exẽptiones, quæ varijs titulis plerisque cõcedũtur hodie perturbationem in Episcoporum iurisdictione, ex- Sup.Seff.6, cap.3.

citare, & exemptis occasionẽ laxioris vitæ præbere cognoscuntur, decernit Sancta Synodus, vt, si quãdo iustis, grauibus, & ferè necessarijs suadẽtib. causis, aliquos honorarijs titulis Protonotariatus, Acolitatus, Comitis Palatini, Capellani Regij, aut alijs huiusmodi in Rom. Curia, vel extra insignib. decernendos esse placuerit; necnõ alios, cuicunque monasterio oblatos, vel quõcunque addictos, aut sub noĩe seruientiũ militijs, seu monasterijs, hospitalibus, collegijs, aut quocũque alio titulo assumi; nihil ex ijs priuilegijs detractũ esse Ordinarijs intelligatur, quo minus ij, qb. ea iam cõcessa sunt, vel in posterũ cõcedi contigerit, ipsis Ordinarijs tamquam Apost. Sedis delegatis, plenè in oĩb. & quo ad Capellanos Regios, iuxta Constit. Innoc. III. quæ incip. Cum Capella, subiecti existant; exceptis tñ ijs, qui pdictis locis aut militijs actu seruiũt, & intra eorum septa, ac domos residẽt, subq. eorũ obedientia viuunt, siue ijs, qui legitimè, & secundũ regulã earũdem militarũ professionẽ fecerint, de qua Ordinario constare deãt: nõ obstantib. priuilegijs quibuscumque ẽt Relig. S. Io. Hierosolymitani, & aliarum militarũ. Quæ verò priuilegia residẽtib. in Cur. Rom. vigore Eugenianæ Cõstit. aut familiaritatis Cardin. competere solent; ea in ijs, qui beneficia Ecclesiast. obtinent, rõne prædictorũ beneficiorũ minimè intelligantũ; sed Ordinarij iurisdictioni subiecti pmaneãt: nõ obstãtib. quibuscumque inhibit.

ea. cũ capel. ext. đ priu.

c. diuina de priu. in extrau. cõmun.

Ca-

Caput XII.

CVm dignitates in Ecclesijs præsertim Cathedralibus, ad cõseruandã, augendãq. ecclesiasticã disciplinã fuerint institutæ, vt qui eas obtinerẽt, pietate præcellerẽt, alijsq. exemplo essent, atque Episcopos opere, & officio iuuarent: meritò, qui ad eas vocãtur, tales esse debent, qui suo muneri respondere possint. Nemo igitur deinceps ad dignitates quoscumque quib. animarum cura subest promoueatur, nisi qui saltem 25. suæ ætatis annũ attigerit, & in clericali ordine versatus, doctrina ad suũ munus exequendum necessaria, ac morũ integritate cõmendetur: iuxta Cõstit. Alex. III. in Conc. Later. promulgatam, quę incipit: Cum in cunctis. Archidiaconi ẽt, qui oculi dicuntur Episcopi sint in omnibus Ecclesijs, vbi fieri poterit, Mag. in Theolog. seu Doct. aut Licentiati in iure Canonico. Ad ceteras aũt dignitates, vel personatus, quibus animarum cura nulla subest, Clerici alioquin idonei, & 22. an. nõ minores asciscantur. Prouisi etiam de beneficijs, quibuscumque, curam animarum habẽtibus, teneantur à die adeptæ possessionis, ad minus intra duos menses in manibus ipsius Episcopi, vel, eo impedito, corã generali eius Vicario, seu officiali, Orthodoxæ suæ fidei publicam facere professionem, & in Ro. Ecclesiæ obedientia se permansuros spondeãt, ac iurent. Prouisi aũt de Canonicatibus, & dignitatib. in Ecclesijs Cathedralibus,

cap. licet cano. cũ seq. de ele. in 6. Sup. Sess. 6. ca. 1. de ref. c. cũ in cunctis, de ele. Cle. I. epi. 1. ad Iac. & epi. 3. Anaclet. epist. 1. ca. Diaconi. 93. d. & cap. ad hęc. de offic. Archid.

Inf. in Bul. S. D. N. Pij IV. sup forma iu am. prof. fidei.

ext. de Summa Trin. & fide Cath. per tot.

non solùm corã Epo, seu eius officiali, sed ẽt in Capitulo idẽ facere teneantur: alioquin prædicti oẽs prouisi, vt supra, fructus nõ faciant suos, nec illis possessio suffragentur. Neminẽ ẽt deinceps ad dignitatẽ, Canonicatũ, aut portionem recipiãt, nisi qui eo ordine sacro, aut sit initiatus, quem illa dignitas, p̃bẽda, aut portio requirit, aut in tali ætate, vt infra tẽpus à iure, & ab hac sancta Synodo statutum initiari valeat. In omnibus verò Ecclesijs Cathedralibus oẽs Canonicatus, ac portiones, habeãt annexũ ordinẽ Presbyterij, Diaconatus, vel Subdiaconatus. Episcopus aũt cũ consilio Capituli designet, & distribuat, prout uiderit expedire, quib. quisque ordo ex sacris annexus in posterũ esse debeat; ita tñ, vt dimidia saltem pars Presbyteri sint, ceteri verò Diaconi, aut Subdiaconi. Vbi verò consuetudo laudabilior habet, vt plures, vel oẽs sint Presbyteri, oĩnò obseruetur. Hortatur ẽt S. Synodus, vt in Prouincijs, vbi id cõmodè fieri põt, dignitates oẽs, & saltẽ dimidia pars Canonicatuũ in Cathedralibus Ecclesijs, & Collegiatis insignib. conferãtur tm̃ Magistris, vel Doctoribus, aut ẽt Licentiatis in Theologia, vel iure Canonico. Præterea, obtinentib. in eisdẽ Cathedralib. aut Collegiatis, dignitates, Canonicatus, præbẽdas, aut portiones, nõ liceat vigore cuiuslibet statuti, aut cõsuetudinis, vltra tres mẽses ab eisdẽ ecclesijs quolibet anno abesse: saluis nihilominꝰ earũ eccles. cõstitutionib. q̃ longius seruitij tem-

c. licet can. & c. cum ex eo. de cle. in 6.
Sup Sess. 7. de ref c. 12. c. 3. cũ seq. ext. de ætate, & qual. c. in Eccles. ext. de inst.

Sup. Ses. 23. de ref. c. 1.

tempus requirunt: alioquin anno primo priuetur vnusquisque dimidia parte fructuũ, quos rõne ẽt præbẽdæ, ac residẽtiæ fecit suos. Qđ si iterũ eadẽ fuerit vsus negligẽtia, priuetur oĩb. fructib⁹, quos eodẽ anno lucratus fuerit. Crescẽte verò cõtumacia, cõtra eos iuxta Sacrorũ Canonũ Constitutiones, ꝓcedatur. Distributiones verò, qui statis horis interfuerint, recipiant: reliqui, quauis collusione, aut remissione exclusa, his careant, iuxta Bonif. VIII. decretũ, ꝙ incipit: Cõsuetudinẽ; ꝙ S. Synodus in vsũ reuocat, nõ obstãtib. quibuscumque statutis, & cõsuetudinibus. Oẽs verò diuina per se, & nõ per substitutos compellantur obire officia, & Ep̃o celebranti, aut alia Pontificalia exercenti, adsistere, & inseruire, atque in Choro ad psallendũ instituto, hymnis & canticis Dei nomẽ reuerẽter, distinctè, deuoteq. laudare. Vestitu insuper decẽti tã in Eccl. q̃ extra, assiduè vtantur, ab illicitisq. uenationib⁹, aucupijs, choreis, tabernis, lusibusq. abstineãt: atque ea morũ integritate polleãt, ut meritò Eccles. Senatus dici possit. Cetera, quę ad debitum in diuinis officijs regimẽ spectãt, deq. cõgrua in his canẽdi, seu modulãdi rõne, de certa lege in choro cõueniendi, et permanendi, simulq. de oĩb. Eccl. ministris, quæ necessaria erũt; & si qua hmõi; Synodus Prouincialis, pro cuiusq. Prouinciæ vtilitate, & moribus certã cuique formulã ꝑscribet. Interea verò Episcopus nõ minus, quã cum duobus Canonicis,

Sup. Sess. 5. c. 1. de ref. c. 1. de cler. non resid. in 6.

c. licet. & c. extirpãdæ, §. qui verò, de præben. c. quia nõnulli, de cle. non resid.

Conc. Turon. c. 8. Cõc. Agat. can. 55. quæ incipit; Episc. c. Episcopum. 34. d. tot. tit. de vit. & hon. cler. extra. in 6. & in Clem.

quorum vnus ab Epo, alter à Capitulo eligatur, in ijs, quæ expedire uidebūtur, poterit prouidere.

Caput XIII.

Sup. Seſſ.7. de ref.ca.6. & 7. & Seſ. 14.de ref.c. 9. & infr.c. 15.

QVoniam pleræque Cathedrales Eccleſiæ tā tenuis redditus ſunt, & anguſtæ, vt Epiſcopali dignitati nullo modo reſpondeant, neque Eccleſiarū neceſſitati ſufficiant; examinet Concilium prouinciale, vocatis ijs, quorū intereſt, & diligēter expēdat, quas propter anguſtias, tenuitatemq. inuicem unire, vel nouis prouētibus augere expediat, cōfectaq; de pręmiſſis inſtrumenta, ad Summū Rom. Pon. mittat: quibus inſtructus Sum. Pontifex ex prudentia ſua, prout expedire iudicauerit, aut tenues inuicem vniat, aut aliqua acceſſiones ex fructib. augeat. Interim uerò, donec prædicta effectū ſortiantur, huiuſmodi Epiſcopis, qui fructuum ſubuētione pro Diœceſis ſuæ tenuitate indigent, poterit de beneficijs aliquibus, dum tamen curata non ſint, nec dignitates, ſeu Canonicatus, & præbendæ, nec Monaſteria in quibus viget regularis obſeruantia; vel quę Capitulis generalibus, et ceteris Viſitatorib. ſubduntur, à Sūmo Rom. Pont. prouideri. In Parochialibus etiam Eccleſijs, quarū fructus æquè adeo exigui ſunt, vt debitis nequeant onerib. ſatisfacere, curabit Epiſcopus, ſi per beneficiorum vnionē, nō tn̄ regulariū, id fieri non poſſit, vt primitiarū, vel decimarū aſſignatione, aut per Parochianorū Symbola, ac collectas, aut qua commo-

ca.vnio.10. q.3.cap.tēporis, cum ſeq.16.q.1.

modiori ei videbitur rōne, tantū redigatur, quod pro Rectoris, aut parochiæ necessitate decenter sufficiat. In vnionib. verò quibuslibet, seu ex supradictis, seu alijs causis faciēdis, Ecclesię Parochiales Monasterijs quibuscūque, aut Abbatijs, seu dignitatibus, siue præbendis Ecclesiæ Cathedralis, vel collegiatæ, siue alijs beneficijs simplicibus, aut hospitalibus, militijsve nō vniantur, & quæ vnitæ sunt, reuideantur ab Ordinarijs, iuxta aliàs decretū in eadem Synodo sub fel. rec. Paulo III. quod etiam in vnitis ab eo tēpore citra æquè obseruetur: non obstantib. in ijs quibuscumque verborū formis, quæ hic pro sufficienter expressis habeantur. Ad hæc in posterum, omnes hæ Cathedrales Ecclesiæ, quarum redditus summam ducatorū 1000. & parochiales, quæ summam ducatorum 100. secundùm verum annuum valorem non excedunt, nullis pensionib. aut reseruationib. fructuū grauentur. In ijs quoque ciuitatib. ac locis, vbi parochiales Eccl. certos non habent fines, nec earum Rectores propriū populum, quem regāt, sed promiscuè petentiq. Sacramenta administrant, mandat Synodus Episcopis pro tutiori animarum eis commissarum salute, vt distincto populo in certas, propriasq. parochias, vnicuique suum perpetuum peculiaremq. Parochum assignent, qui eas cognoscere valeat, & à quo solo licitè Sacramenta suscipiant, aut alio vtiliori modo, prout loci qualitas exegerit,

Sup. Sess. 6. de ref. c. 6.

ca. Pastoralis. de his, quæ fin. à præl. c. 113. q. 1. c. plures, 16 q. 1: ca 1. de paroch. & supr: Sess. 14. de reform. c. 9.

prouideant. Idemq. in ijs ciuitatibus, ac locis, vbi nullæ sũt parochiales, quamprimùm fieri curent; non obstantibus quibuscumque priuilegijs, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus.

Caput XIV.

IN plurib. Ecclesijs, tã Cathedralib. quã Collegiatis, et Parochialib. ex earum cõstitutionibus, aut ex praua cõsuetudine obseruari intelligitur, vt in electione, præsentatione, nõiatione, institutione, confirmatione, collatione, vel alia prouisione, siue admissione ad possessionẽ alicuius Cathedralis Ecclesiæ, vel beneficij, canonicatuũ, aut præbẽdarum, vel partem prouentuum, seu ad distributiones quotidianas certæ conditiones, seu deductiones ex fructib. solutiones, promissiones, cõpensationesve illicitæ, aut ẽt, quæ in aliquibus Eccl. dicuntur Turnorũ lucra, interponãtur: hæc cũ S. Synod⁹ detestetur, mãdat Epis, ut quæcumque hmõi in vsus pios nõ conuertũtur, atque ingressus eos, qui simoniacæ labis, aut sordidæ auaritiæ suspicionẽ habẽt, fieri non permittãt; ipsiq. diligenter de eorũ Constitutionib. siue Cõsuetudinib. super prædictis cognoscãt, et illis tantũ, quas vt laudabiles probauerint, exceptis, reliquas, vt prauas, ac scãdalosas, reijciãt, et aboleãt. Eos verò, qui aduersus hæc in præsenti decreto comprehensa, quauis rõne cõmiserint, pœnis cõtra simoniacos editis, sacris Canonib. et varijs Sum. Pontificum Constitutionibus, quas oẽs innouat, teneri

1. q. 1. ferè per totam. Conc. Tol. 8. can. 3. c. cum super, de confes. to. ferè tit. ꝺ simo. ext.

ri

ri decernit: nõ obstantib. quibuscumque statutis, Constitutionibus, & Consuetudinibus, etiam immemorabilibus, etiam Apostolica auctoritate confirmatis, de quarum subreptione, obreptione, & intentionis defectu, Episcopus tanquam Apostolicæ Sedis delegatus, cognoscere possit.

Caput XV.

IN *Ecclesijs Cathedralibus, & Collegiatis insignibus, vbi frequentes, adeoq. tenues sunt præbendæ simul cum distributionib. quotidianis, vt sustinendo decenti Canonicorum gradui, pro loci, & personarum qualitate non sufficiant, liceat Episcopis cum cõsensu Capituli, vel aliquot simplicia beneficia, non tamen regularia, ijs unire, vel, si hac ratione prouideri non possit, aliquibus ex ijs suppressis, cum patronorum consensu, si de iure patronatus laicorum sint, quarum fructus, & prouentus reliquarum prębendarum distributionibus quotidianis applicentur, eas ad pauciorem numerum reducere; ita tamen, vt tot supersint, quæ diuino cultui celebrando, ac dignitati Ecclesiæ commodè valeant respondere: non obstantibus quibuscumque Constitutionibus, & priuilegijs, aut quacumque reseruatione generali, vel speciali, aut affectione; neque prædictæ vniones, aut suppressiones tolli, seu impediri possint ex quibuscumque prouisionibus, etiam vigore resignationis, aut quibusuis alijs derogationibus, vel suspensionibus.*

Sup. ca. 13.

c. in ecclesi. ex. de inst.

Ca-

Caput XVI.

Cõc. Calc. act.6. c.25. in fin. Cõc.Vorm. c.76. c.non liceat, 12.q. 2.

Capitulum, Sede vacante, vbi fructuũ percipiẽdorum ei munus incũbit, Oeconomum vnum, vel plures, fideles, ac diligẽtes decernat, qui rerum Ecclesiasticarũ, et prouentuum curam gerãt, quorum rõnem ei, ad quem pertinebit, sint reddituri. Item Officialem, seu Vicarium infra octo dies post mortem Epi constituere, vel existentem cõfirmare omnino teneatur, qui saltem in iure Canonico sit Doctor, vel Licentiatus, vel aliàs, quantum fieri poterit idoneus: si secus factum fuerit, ad Metropolitanum deputatio hmõi deuoluatur. Et, si Ecclesia ipsa Metropolitana fuerit, aut exempta. Capitulumq. vt præfertur, negligens fuerit, tunc antiquior Eps ex Suffraganeis in Metropolitana, & propinquior Episcopus in exempta Oeconomum, & Vicarium idoneos possit constituere. Episcopus verò ad eãdem Ecclesiã vacantem promotus, ex ijs, quæ ad eum spectant, ab eisdem Oeconomo, Vicario, & alijs quibuscũque officialib. & administratoribus, qui Sede vacante fuerunt à Capitulo, vel ab alijs in eius locum constituti, etiam si fuerint ex eodem Capitulo, rationem exigat officiorum, iurisdictionis, administrationis, aut cuiuscumque eorũ muneris; possitq. eos punire, qui in eorum officio, seu administratione deliquerint; etiamsi prędicti officiales, redditis rationibus, à Capitulo, uel à deputatis ab eodem, absolutionẽ, aut liberationem obtinue-

c.nõ liceat, ll 1. 12.q.2. & c.fine. de suppl. neglig. Prælat. in 6.

tinue-

tinuerit. Eidem quoque Epo teneatur Capitulum de scripturis, ad Ecclesiam pertinentibus, si qua ad Capitulum peruenerunt, rationem reddere.

Caput XVII.

CVm ecclesiasticus Ordo peruertatur, quando vnus plurium officia occupat Clericorum; sanctè sacris Canonib. cautũ fuit, neminem oportere in duab. Ecclesijs conscribi. Verum quoniam multi, improbæ cupiditatis affectu, seipsos, non Deũ decipiẽtes, ea, quæ bene cõstituta sũt, varijs artib. eludere, & plura simul beneficia obtinere non erubescunt: S. Synodus debitam regẽdis Ecclesijs disciplinã restituere cupiens, præsenti decreto, qd in quibuscũque personis, quocunque titulo, ẽt si Cardinalatus honore fulgeant, mãdat obseruari; statuit, vt in posterũ vnum tm̃ beneficiũ ecclesiasticũ singulis conferatur. Qđ quidem si ad vitã eius, cui confertur, honestè sustentandã nõ sufficiat; liceat nihilominus aliud simplex sufficiẽs, dummodo vtrumque personalẽ residentiã nõ requirat, eidẽ cõferri. Hæcq. non modo ad Cathedrales Ecclesias, sed ẽt ad alia omnia beneficia, tã sæcularia, quã regularia quæcumque, etiam cõmendata, pertineant, cuiuscũque tituli, ac qualitatis existãt. Illi verò, qui in p̃senti plures Parochiales Ecclesias, aut unã Cathedralem et aliã Parochialẽ obtinẽt; cogãtur oĩno, quibuscumque dispensationib. ac vnionib. ad vitã non obstãtib. vna tm̃ Parochiali, vel sola Cathedrali reten-

ca. vnio. §. sed & hoc. 10. q. 3. c. qa in tantum, c. cum non ignores, de præb. cum alleg. supr. Ses. 7. de refor. c. 2. ca. referẽte. & c. de multa. de præben. 21. q. 1. per totã. c. quia nõnulli. de cle. non resid. c. eã te. de ætat. & qual.

Sup. Sess. 7. de ref. ca. 4.

retenta, alias Parochiales infra spatiũ sex mensium dimittere: alioquin tam Parochiales, quàm beneficia omnia, quæ obtinent, ipso iure vacare censeantur, ac tamquam uacãtia liberè alijs idoneis conferantur; nec ipsi, antea illa obtinentes, tuta conscientia, fructus post dictum tempus retineant. Optat autem S. Synodus, vt resignãtium necessitatibus commoda aliqua ratione, prout Summo Pontifici videbitur, prouideatur.

ca. execrabilis, §. qui verò, i extrauag. comm. tit. de præbend.

Caput XVIII.

EXpedit maximè animarũ saluti, à dignis, atque idoneis Parochis gubernari. Id vt diligẽtiùs, ac rectiùs perficiatur, statuit S. Synodus, vt cũ Parochialis Ecclesiæ uacatio, etiam si cura Eccl. vel Epo incumbere dicatur, & per vnum, vel plures administretur; etiã in Ecclesijs patrimonialibus, seu receptiuis nuncupatis, in quibus consueuit Eps, vni, vel plurib. curã animarũ dare, quos oẽs ad infrascriptũ examen teneri mãdat per obitũ, vel resignationem, etiam in Curia, seu aliter quomodocumque cõtigerit, etiã si ipsa Parochialis Ecclesia reseruata, vel affecta fuerit generaliter, vel specialiter, ét vigore indulti, seu priuilegij in fauorem S. R. E. Cardinaliũ, seu Abbatum, vel Capitulorũ; debeat Episcopus statim, habita notitia vacationis Ecclesiæ (si opus fuerit) idoneum in ea Vicarium, cum congrua eius arbitrio, fructuum portionis assignatione, constituere; qui onera ipsius Ecclesiæ sustineat, donec

ei

ei de Rectore prouideatur. Porrò Eps, & qui ius patronatus habet, intra decem dies, vel aliud tps ab Episcopo prascribendũ, idoneos aliquot Clericos ad regendã Ecclesiã corã deputandis examinatoribus nominet. Liberũ sit tñ ẽt aliјs, qui aliquos ad id aptos nouerint, eorũ nomina deferre, vt possit postea de cuiuslibet ætate, moribus, & sufficientia fieri diligẽs inquisitio. Et, si Epo, aut Synodo prouinciali pro regionis more videbitur magis expedire, per edictũ ẽt publicũ vocentur, qui volent examinari. Trãsacto cõstituto tẽpore, oẽs, qui descripti fuerint, examinentur ab Epo, siue eo impedito, ab eius Vicario generali, atque ab aliјs examinatorib. non pauciorib. quã tribus, quorũ votis, si pares, aut singulares fuerint, accedere possit Eps, vel Vicarius quib. magis videbitur. Examinatores aũt singulis annis in Diœcesana Synodo ab Episcopo, vel eius Vicario ad minus sex proponãtur, qui Synodo satisfaciãt, & ab ea ꝓbẽtur. Aduenieẽteq. vacatione cuiuslibet Ecclesiæ, tres ex illis eligat Eps, qui cũ eo examẽ perficiãt: indeq. succedẽte alia uacatione, aut eosdẽ, aut alios tres, quos maluerit, ex ꝓdictis illis sex eligat. Sint verò hi examinatores Mag. seu Doctores, aut Licentiati in Theol. aut iure Canon. vel aliј Clerici, seu Regulares ẽt ex ordine Mẽdicãtiũ, aut ẽt sæculares, qui ad id videbũtur magis idonei, iurẽtq. oẽs ad sancta Dei Euang. se quacumque humana effectione postposita, fideliter

Inf. Sef. vlt. de ref. c. 9.

e. quando, 24. dist. sup. Sess. 21. ca. 1. de ref.

ter munus executuros. Caueātq. ne qdquam prorsus occasione huius examinis nec antè, nec post accipiant: alioquin simoniæ vitiū tā ipsi, quā alij dantes incurrant: à qua absolui nequeāt, nisi dimissis beneficijs, q̄ quocūque ēt antea obtinebāt, & ad alia in posterum inhabiles reddātur. Et de his oībus nō solū corā Deo, sed ēt in Synodo prouinciali (si opus erit) rōnem reddere teneātur; à qua si quid cōtra officiū eos fecisse cōpertū fuerit, grauiter eius arbitrio puniri possit. Peracto deinde examine, renuncientur, quotcūque ab his idonei iudicati fuerint ætate, moribus, & doctrina, prudētia, & alijs reb. ad vacantem Ecclesiā gubernandā opportunis, ex hisq. Episcopus eū eligat, quē ceteris magis idoneū iudicauerit, atque illi, & non alteri, collatio Ecclesiæ ab eo fiat, ad quē spectabit eā conferre. Si verò iurispatronatus, ecclesiastici erit, ac institutio ad Episcopū, ēt non

Sup. Ses. 14. c. 13. de reform.

ad aliū pertineat, is, quē patronus digniorē inter probatos ab examinatoribus iudicabit, Episcopo præsentare teneatur, vt ab eo instituatur. Cū verò institutio ab alio, quā ab Epo erit facienda, tūc

Sup. Ses. 14. 2. ca. 11. de ref. c. illud. & ca. relatum, de iu. patr.

Eps solus ex dignis eligat digniorē, quē patronus ei præsentet, ad quē institutio spectat. Quod si ius patronatus laicorū fuerit, debeat qui à patrono præsentatus erit, ab eisdem deputatis, vt supra, examinari, & non nisi idoneus repertus fuerit, admitti. In omnibusq. supradictis casibus non cuiquā alteri, quā vni ex prædictis examinatis,


&

& ab examinatorib. approbatis, iuxta supradictam regulã, de Ecclesia prouideatur; nec prædictorũ examinatorũ relationẽ, quo minus executionem hẽat, ulla deuolutio, aut appellatio, ẽt ad Sedẽ Apost. siue eisdẽ Sedis Legatos, aut Vicelegatos, aut Nuncios, seu Epõs, aut Metropolitanos, Primates, vel Patriarchas interposita, impediat, aut suspendat: alioquin Vicarius quẽ Ecclesiæ vacãti antea Eps arbitrio suo ad tps deputauit, vel forsan postea deputabit, ab eius Ecclesiæ custodia, & administratione non amoueatur, donec aut eidem, aut alteri, qui probatus, et electus fuerit, ut supra, sit prouisũ; aliàs prouisiones oẽs, seu institutiones, preter supradictam formam factæ, subreptitiæ esse censeantur: nõ obstantibus huic decreto exẽptionib⁹, indultis, priuilegijs, ꝓuẽtionib⁹, affectionib. nouis ꝓuisionib. indultis, concessis quibuscumque Vniuersitatib. ẽt ad certam summã, & alijs impedimentis quibuscũque. Si tamen adeo exigui redditus dictæ parochiales fuerint, vt totius huius examinationis operã non ferant: aut nemo sit, qui se examini quærat subijcere, aut ob apertas factiones, seu dissidia, quæ in aliquib. locis reperiuntur facilè grauiores rixæ, ac tumultus possint excitari, poterit Ordinari⁹, si pro sua conscientia cum deputatorum consilio ita expedire arbitrabitur, hac forma omissa, priuatum aliud examen, ceteris tamen, vt sup. seruatis adhibere. Licebit etiam Synodo prouinciali,

si qua

si qua in supradictis circa examinationis formam addenda, remittendave esse censuerit, prouidere.

Caput XIX.

Expectatiuæ tolluntur.

DEcernit sancta Synodus, mandata de prouidendo, & gratias, quæ expectatiuæ dicuntur, nemini amplius, etiam Collegijs, Vniuersitatibus, Senatibus, & alijs singularibus personis, etiam sub nomine indulti, aut ad certam summam, vel alio quouis colore concedi, nec hactenus concessis cuiquam vti licere. Sed nec reseruationes mentales, nec aliæ quęcunque gratiæ ad vacatura, nec indulta ad alienas Ecclesias, vel Monasteria alicui etiam ex sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, concedantur, & hactenus concessa, abrogata esse censeantur.

ca. 2. de concess. pręben. & ca. detestanda, eo. tit. in 6.

Caput XX.

Causæ oẽs Ecclesiast. I primæ inst. corã Ord. tractandæ, & inf. bienniũ finiendæ, c. 1. ext. de for. cõp. Inf. Ses. vlt. c. 10 in fin. de ref.

CAusæ omnes ad forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinentes, etiam si beneficiales sint, in prima instantia coram Ordinarijs locorum dumtaxat cognoscantur, atque omninò saltem infra biennium à die motæ litis, terminentur: alioquin post id spatium liberum sit partibus, uel alteri illarum iudices Superiores, aliàs tamen competentes, adire, qui causam in eo statu, quo fuerit, assumant, & quamprimùm terminari curent; nec anteà alijs committantur, nec auocentur: neque appellationes ab eisdem interpositæ, per Superiores quoscumque recipiantur,

eorumve

eorumve commissio, aut inhibitio fiat, nisi à definitiua, vel à definitiuæ vim habente, & cuius grauamen per appellationē à definitiua reparari nequeat. Ab his excipiantur causæ, quæ iuxta Canonicas sanctiones apud Sedē Apostolicā sunt tractādæ, vel quas ex vrgēti, rationabiliq. causa iudicauerit summus Romanus Pontifex per speciale rescriptū Signaturæ Sanctitatis suę manu propria subscribendū cōmittere, aut auocare.

c. nec licuit, 17. d. cap. maiores, de bap. Vigil. Pap. in epist. ad Eleuth. in fi. & Pelag. 2. in epist. cir. fi. cū si.

Ad hæc, causæ matrimoniales, & criminales non Decani, Archidiaconi, aut aliorū inferiorum iudicio; etiam visitando, sed Epi tantum examini, & iurisdictioni relinquantur, ēt si in præsenti inter Episcopū, & Decanū, seu Archidiaconum, aut alios inferiores super causarum istarum cognitione lis aliqua in quacumque instantia pendeat: corā quo, si pars verè paupertatē probauerit, nō cogatur extra prouinciam, nec in secunda, nec in tertia instantia in eadem causa matrimoniali litigare, nisi pars altera, & alimenta, et expensas litis velit subministrare. Legati quoque etiam de Latere, Nuncij, Gubernatores Ecclesiastici, aut alij quarūcumque facultatū vigore, non solū Episcopos in prædictis causis impedire, aut aliquo modo eorū iurisdictionē ijs præripere, aut turbare nō psumāt: sed nec ēt cōtra Clericos, aliasve personas Ecclesiast. nisi Epo prius requisito, eoq. negligente pcedāt; aliàs eorum processus ordinationesve nullius momēti sint, atque ad

Causæ criminales, & matrimoniales ab Episcopis tantum tractandæ.

damni satisfactionem, partibus illati, teneantur.

Appellans, quid agere debeat. c. de appellationibus, ferè per tot. & c. significauerunt, cum seq. de test. & attest. cum simil.

Præterea, si quis in casib. à iure permissis appellauerit; aut de aliquo grauamine conquestus fuerit; seu aliàs ob lapsum biennij, de quo supra, ad alium iudicem recurrerit, teneatur acta omnia coram Episcopo gesta, ad iudicem appellationis expensis suis trãsferre, eodem tamen Episcopo prius admonito, vt, si quid ei pro causæ instructione videbitur, possit iudici appellationis significare. Quod si appellatus cõpareat: cogatur tunc is quoque actorum, quæ translata sunt, expensas, pro portione sua, si illis vti voluerit, subire, nisi aliter ex loci consuetudine seruetur, vt scilicet ad appellantem integrum hoc onus pertineat. Porrò ipsam actorũ copiam teneatur Notarius, congrua mercede accepta, appellanti quanto citiùs, & ad minus intra mensem exhibere. Qui Notarius si in differenda exhibitione fraudem fecerit, ab officij administratione arbitrio Ordinarij suspendatur, & ad dupli pœnam, quanti ea lis fuerit, inter appellantem, & pauperes loci distribuendam compellatur. Iudex verò, si & ipse impedimenti huius conscius, particepsve fuerit, aliterve obstiterit, ne appellanti integrè acta intra tempus traderentur, ad eamdem dupli pœnam, prout supra, teneatur: non obstantibus, quo ad omnia suprascripta, priuilegijs, indultis, concordijs, quæ suos tantum teneant auctores, & alijs quibuscumque consuetudinibus.

Ca-

Caput XXI.

CVpiens S. Synodus, vt ex decrecis ab ea editis nulla vmquam futuris temporibus dubitandi occasio oriatur, verba illa posita in decreto, publicato Sess. I. sub Beatiss. D. N. Pio IV. videlicet: *Quæ proponentibus Legatis, ac Præsidentibus, ad horum temporum leuandas calamitates, sedandas de religione controuersias,* Sup. Ses. 17. *coërcendas linguas dolosas, deprauatorum morum abusus corrigendos, Ecclesiæ verã, & Christianam pacem conciliandam apta, & idonea ipsi sanctæ Synodo videbuntur;* explicando declarat, mentis suæ non fuisse, vt ex prædictis verbis solita ratio tractandi negotia in generalibus Concilijs vlla ex parte immutaretur; neque noui quidquam, præter id, quod à Sacris Canonibus, vel generalium Synodorum forma hactenus statutum est, cuiquam adderetur, vel detraheretur.

Indictio futuræ Sessionis.

IN super eadẽ sacrosancta Synodus proximam futuram Sessionẽ feria V. post Conceptionem B. Mariæ Virginis, quę erit dies nona mensis Decembr. proximè venturi, habendam esse statuit, & decernit, cũ potestate ẽt abbreuiandi, in qua Sessione tractabitur de sexto nunc in eam dilato capite, & de reliquis reformationis capitibus iam exhibitis, deq. alijs ad eã pertinentibus.

Si verò opportunum videbitur, & tempus patietur, poterit etiam de nonnullis dogmatibus tractari, prout suo tempore in Congregationibus proponetur.

Abbreuiata est dies Sessionis.

SESSIO XXV.

Quæ est nona, & vltima, sub Pio IV. Pontif. Max.

Cœpta die tertia, absoluta die quarta Dec. 1563.

Decretum de Purgatorio.

Ioan. 14. 15. 16. & 20. Sup. Ses. 22. de sac. miss. in princ. Sup. Ses. 22. c. 2. & ca 3. Conc. Sen. decr. 12. ca. qualis, cum seq. dis. 25. 2. Mac. 12. Heb. 1. c. non æstimemus, & c. pro obeuntibus 13.

Cum Catholica Ecclesia, Spiritusancto edocta, ex Sacris litteris, & antiqua Patrum traditione, in Sacris Concilijs, & nouissimè in hac Oecumenica, Synodo docuerit, Purgatorium esse: animasq. ibi detentas, fidelium suffragijs, potissimum verò acceptabili altaris sacrificio iuuari; præcipit Sancta Synodus Episcopis, vt sanam de Purgatorio doctrinam, à sanctis Patribus, & Sacris Concilijs traditam, à Christi fidelibus credi, teneri, doceri, & vbique prædicari diligenter studeant. Apud rudem verò plebem difficiliores ac subtiliores

liores

liores quæstiones, quæque ædificationem non faciunt, & ex quibus plerumque nulla fit pietatis accessio, à popularibus concionibus secludantur. Incerta item, vel quæ specie falsi laborant, euulgari, ac tractari non permittant. Ea verò, quæ ad curiositatem quamdam, aut superstitionem spectant, vel turpe lucrum sapiunt, tamquam scandala, & fidelium offendicula probibeãt. Curent autem Episcopi, vt fidelium viuorum suffragia, Missarũ scilicet sacrificia, orationes, eleemosynæ, aliaq. pietatis opera, quæ à fidelibus pro alijs fidelibus defunctis fieri consueuerunt, secundùm Ecclesiæ instituta piè, & deuotè fiant, & quæ pro illis ex testatorum fundationibus, vel alia ratione debentur, nõ perfunctoriè, sed à Sacerdotibus, & Ecclesiæ ministris, & alijs, qui hoc præstare tenentur, diligenter, & accuratè persoluantur.

q.2. Matth. 21. Luc. 3. ca. fin. de pęn. dist. 7. ca. quiescamus, d. 43. c. 1. de rem. in 6. Rom. 12. Act. 1.

De inuocatione, & veneratione, & Reliquiis Sanctorum, & sacris Imaginibus.

Mandat sancta Synodus omnibus Episcopis, & ceteris docendi munus, curamq. sustinentibus, vt iuxta Catholicæ, & Apostolicę Eccles. vsum, à primæuis Christianæ religionis temporib. receptum, sanctorumq. Patrũ consensionẽ, & Sacrorum Cõciliorũ decreta, in primis de Sãctorum intercessione, inuocatione, Reliquiarũ bonore, et legitimo imaginum vsu fideles,

Conc. Senon. decr. 13. cũ seq.

Concil. Const. 5. Act. 2.

les, diligenter instruant: docentes eos Sanctos vnâ cum Christo regnãtes, orationes suas pro hominibus Deo offerre, bonum atque vtile esse suppliciter eos inuocare, & ob beneficia impetranda à Deo per filium eius Iesum Christum D. N. qui solus noster Redẽptor, & Saluator est, ad eorum orationes, opem, auxiliumq. cõfugere: illos verò qui negant Sanctos, æterna felicitate in cælo fruentes, inuocandos esse; aut qui asserunt, uel illos pro hominibus nõ orare, vel eorum vt pro nobis ẽt singuli orẽt inuocationem esse idololatriã; vel pugnare cum verbo Dei: aduersariq. honori vnius mediatoris Dei, et hoĩum Iesu Christi; uel stultũ esse, in cęlo regnãtib. voce, vel mente supplicare: impiè sentire. Sanctorũ quoque martyrũ, et aliorũ cum Christo viuentiũ sancta corpora, q̃ viua mẽbra fuerunt Christi, & templũ Spiritus sancti ab ipso ad æternã vitam suscitanda et glorificanda à fidelib. veneranda esse: per quæ multa beneficia à Deo hoĩb. præstantur: ita vt affirmantes, SS. Reliquijs venerationem, atque honorem non deberi, vel eas aliaq. sacra monumẽta à fidelibus inutiliter honorari: atque eorum opus impetrandæ causa Sanctorum memorias frustra frequentari, omninò damnãdos esse: prout iã pridem eos damnauit, & nunc ẽt damnat Ecclesia. imagines porrò Christi, deiparæ Virginis, & aliorum Sãctorum, in templis præsertim habẽdas, & retinendas, eisq. debitum honorẽ, & venerationem

Sup. Sess. 5. de pecca. orig. vers. si quis hoc Adæ ad Hebr. 8. 9. & 11. c. 1. 1. Tim. 2. Leo. Pa. ep. 5. c. 2. & epist. 69. c. multiplex. de pœ. d. 1. c. cum ad Verum, 96. d. c. quoniã. d. 10. c. cũ Matthę. vers. ceterum, de cel. Miss. Sup. Ses. 22. c. 3. de sacr. Miss. 1. Cor. 6. Cõc. Nicæ. per tot. Cõc. Generale. 8. can. 3.

tionem

tionem impertiendam, non quod credatur inesse aliqua in ijs diuinitas, vel virtus, propter quam sint colendæ, vel quod ab eis sit aliquid petendũ, vel quod fiducia in imaginibus sit figenda, veluti olim fiebat à Gentibus, quæ in idolis spem suam collocabant; sed quoniam honos, qui eis exhibetur, refertur ad prototypa, quæ illa repræsentant: ita vt per imagines, quos osculamur, & coram quibus caput aperimus, & procumbimus, Christum adoremus, & Sanctos, quorũ illæ similitudinẽ gerũt, veneremur, id quod Conciliorum, præsertim verò secundæ Nicænæ Synodi decretis contra imaginum oppugnatores est sancitum.

Cõc. Nicæ. 2. act. 3. & 4.

Cõc. Nicæ. act. 2. 4. circi. 5. & 6.

Illud verò diligenter doceant Epi, per Historias misteriorũ nostræ redemptionis, picturis vel alijs, similitudinibus expressas erudiri, & cõfirmari populũ in articulis Fidei cõmemorãdis, & assiduè recolẽdis, tũ verò ex oĩb. sacris imaginib. magnũ fructũ percipi, nõ solùm, quia admonetur populus beneficiorum, et munerũ, q̃ à Christo sibi collata sunt, sed ẽt, Dei per sanctos miracula, & salutaria exẽpla oculis fideliũ subijciũtur, vt pro ijs Deo gratias agãt, ad sanctorũq. imitationem vitã, moresq. suos cõponãt; excitenturq. ad adorandũ, ac diligendũ Deũ, & ad pietatẽ colẽdam. Si quis autem his decretis cõtraria docuerit, aut senserit; anathema sit. In has autem sanctas, & salutares obseruationes, si qui abusus irrepserint, eos prorsus aboleri S. Synodus vehementer

cupit: ita vt nullæ falsi dogmatis imagines, & rudib. periculosi erroris occasionẽ præbentes, statuantur. Quod si aliquãdo historias, & narrationes S. Scripturæ cũ id indoctæ plebi expediet, exprimi, & figurari cõtigerit; doceatur populus, nõ propterea diuinitatem figurari, quasi corporeis oculis conspici, vel colorib. aut figuris exprimi possit. Omnis porrò superstitio in Sãctorum inuocatione, Reliquiarũ veneratione, & imaginũ sacro vsu tollatur, oĩs turpis q̃stus eliminetur: oĩs denique lasciuia vitetur; ita vt ꝓcaci venustate imagines nõ pingantur, nec ornentur, & Sanctorũ celebratione, ac Reliquiarũ visitatione, hoĩes ad cõmessationes, atque ebrietates nõ abutãtur, quasi festi dies in honorẽ Sanctorũ per luxum, ac lasciuiam agãtur. Postremò, tãta circa hæc diligẽtia, & cura, ab Epis adhibeatur, ut nihil inordinatũ, aut ꝑpostere, & tumultuariè accommodatũ, nihil profanũ, nihilq. inhonestum appareat; cũ domũ Dei deceat sanctitudo. Hæc vt fidelius obseruẽtur, statuit S. Synodus, nemini licere vllo in loco, vel Ecclesia, et quomodolibet exempta, vllam insolitam ponere, vel ponendam curare imaginem, nisi ab Episcopo approbata fuerit; nulla etiam admittenda esse noua miracula, nec nouas Reliquias recipiendas, nisi eodem recognoscente, & approbante Episcopo: qui simul atque de ijs aliquid compertum habuerit; adhibitis in consilium Theologis, & alijs pijs viris,

Inf. in d.c. 1. de Indul. & sup. Sess. 21. c.9. de ref. c.2. extra de rel. & ven. Sãc.

Ps. 98. & c. decet, de immun. eccles. in 6.

c.1. & 2. extra d̃ reliq. & ven. sãc. Conc. Lat. sub Innoc. III. cap. 62.

ea

ea faciat, quæ veritati, & pietati consentanea iudicauerit. Quod si aliquis dubius, aut difficilis abusus sit exstirpandus, vel omnino aliqua de iis rebus grauior quæstio incidat: Episcopus, antequam controuersiam dirimat, Metropolitani, & comprouincialium Episcoporum in Concilio Prouinciali sententiam expectet: ita tamen, vt nihil inconsulto sanctissimo Rom. Pont. nouum, aut in Ecclesia hactenus inusitatum decernatur.

De Regularibus, & Monialibus.

Eadem Sacrosancta Synodus, reformationem prosequens, ea, quæ sequuntur, statuenda esse censuit.

Caput I.

Regulares, qua ratione vitam instituere debeant.

QVoniam non ignorat S. Synodus quantum ex Monasteriis piè institutis, & rectè administratis in Ecclesia Dei splendoris, atque vtilitatis oriatur, necessariũ esse cẽsuit, quò faciliùs ac maturiùs, vbi collapsa est, vetus, & Regularis disciplina instauretur, & cõstantiùs, vbi conseruata est, perseueret, præcipere, prout hoc decreto præcipit, ut oẽs Regulares, tam viri, quàm mulieres, ad Regulæ, quam professi sunt, præscriptum uitã instituant, & componant: atque in primis, quæ ad suæ professionis perfectionem, vt obedientiæ, paupertatis, castitatis, ac si quæ alia sunt alicuius Regulæ et Ordinis peculiaria vota, & precepta, ad eorũ respectiuè essentiam, necnon

Cl. exiui, §. cũ igitur in primis, de verb. sign.

ad

ad commununem vitam, victum, & vestitum obseruanda, pertinentia, fideliter obseruet. Omnisq. cura, & diligentia à Superiorib. adhibeatur tam in Capitulis Generabilibus, & Prouincialibus, quàm in eorũ visitationibus, quæ suis temporib. facere non prætermittant; ut ab illis non recedatur: cum compertum sit, ab eis non posse ea, quæ ad substantiam Regularis vitæ pertinent, relaxari. Si enim illa, quæ bases sunt, & fundamenta totius Regularis disciplinæ, exactè non fuerint conseruata, totum corruat ædificium necesse est.

c. cũ ad monasteriũ. in fin. de statu mona. c. cum Paulus. 1. q. 1.

Caput II.

NEmini igitur Regulariũ, tã virorũ, quàm mulierũ, liceat bona immobilia, vel mobilia, cuiuscũque qualitatis fuerint, etiã quouis modo ab eis acquisita, tãquam propria, aut etiã nomine Cõuẽtus possidere, vel tenere; sed statim ea Superiori tradãtur, Cõuentuiq. incorporẽtur. Nec deinceps liceat Superioribus bona stabilia alicui Regulari cõcedere, ẽt ad vsumfructũ, vel vsum administrationẽ, aut commendã. Administratio autem bonorũ Monasteriorum, seu Cõuentuum ad solos officiales eorũdem, ad nutum Superiorum amouibiles pertineat. Mobilium verò vsum ita Superiores permittant, vt eorũ suppellex statui paupertatis, quam professi sunt, conueniat; nihilq. superbi in ea sit, nihil etiam, quod sit necessariũ, eis denegetur. Quod si quis aliter quidquã tenere deprehensus, aut conuictus fuerit,

c. 2. & c. cũ ad monasterium. de sta. regul.

rit,

rit, is biennio actiua, & passiua voce priuatus sit; atque etiam iuxta suæ Regulæ, & ordinis Constitutiones puniatur.

Caput III.

Concedit sancta Synodus omnibus Monasterijs, & domibus tam virorum, quàm mulierum, & Mendicantium, exceptis domib. Fratrum S. Francisci Capuccinorum, & eorum, qui Minorum de Obseruantia vocantur, etiam quibus aut ex Constitutionibus suis erat prohibitũ, aut ex priuilegio Apostolico non erat cõcessum, vt deinceps bona immobilia eis possidere liceat. Quod si aliqua loca ex prædictis, quibus auctoritate Apost. similia bona possidere permissum erat, eis spoliata sint; eadem omnia illis restituenda esse decernit. In prædictis autem Monasterijs, & domibus tam virorum, quam mulierum, bona immobilia possidentibus, vel non possidentibus, is tantum numerus cõstituatur, ac in posterum conseruetur, qui vel ex redditibus proprijs Monasteriorum, vel ex consuetis eleemosynis commodè possit sustentari; nec de cetero similia loca erigantur sine Episcopi, in cuius Diœcesi erigenda sunt, licentia prius obtenta.

Quib. regularib. bona immobilia possidere liceat. ca. exist, q seminat, §. portò. de ver. sig. l 6.

Conc. Arelat. c. 2. Conc. Magun. c. 19. c. 1. & c. auctoritate, de inst. c. quoniã. vt ait de vita, & honest. cler. c. vni. §. sanè; vt hoc, de stat. reg. in 6.

Caput VI.

Prohibet sancta Synodus, ne quis Regularis, sine sui Superioris licẽtia, prædicationis, uel lectionis, aut cuiusuis pij operis prætextu, subijciat se obsequio alicuius Prælati, Principis, vel

Regulares alicuius obsequiis se subiicere nõ poſsũt, sine superiorum licentia.

Vni-

c. quãto, de off. ord. Cl. ne in agro, §. quia verò, de statu monach.

Vniuersitatis, vel Communitatis, aut alterius cuiuscumque personæ, seu loci; neque ei aliquod priuilegium, aut facultas, ab alijs super ijs obtenta, suffragetur. Quod si contra fecerit: tamquam inobediens arbitrio Superioris puniatur. Nec liceat Regularibus à suis Conuentibus recedere, etiam prætextu ad Superiores suos accedẽdi: nisi ab eisdem missi, aut vocati fuerint. Qui verò sine prædicto mandato, in scriptis obtento, repertus fuerit ab Ordinarijs locorum, tamquam desertor sui instituti puniatur. Illi autem, qui studiorum causa ad Vniuersitates mittuntur, in Conuentibus tãtum habitent, alioquin ab Ordinarijs contra eos procedatur.

Caput V.

ca. periculoso, de sta. regul. in 6.

BOnifacij VIII. Constitutionẽ, quæ incipit: Periculoso, renouãs S. Synodus, vniuersis Episcopis sub obtestatione diuini iudicij, & intermi-natione maledictionis æternę, præcipit, vt in omnib. Monasterijs sibi subiectis, ordinaria, in alijs verò Sedis Apostolicæ auctoritate, clausuram Sanctimonialium, vbi violata fuerit, diligenter restitui, & vbi inuiolata est, conseruari maximè procurent, inobedientes, atque cõtradictores per cẽsuras ecclesiasticas, aliasq. pęnas, quacumque appellatione postposita, compescentes, inuocato etiã ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij sæcularis. Quod auxilium vt præbeatur, omnes Christianos Principes hortatur S. Synodus, et sub ex-

commu-

communicationis pęna, ipso facto incurrēda, omnibus Magistratib. sæcularib. iniungit. Nemini aũt Sanctimonialium liceat post professionē exire à monasterio, etiã ad breue tempus, quocumque prætextu, nisi ex aliqua legitima causa, ab Episcopo approbãda: indultis quibuscumque, & priuilegijs non obstantibus. Ingredi autem intra septa monasterij nemini liceat, cuiuscũque generis, aut cōditionis, sexus, vel ætatis fuerint, sine Episcopi, vel Superioris licentia, in scriptis obtenta, sub excōmunicationis pœna, ipso facto incurrenda. Dare autem tantũ Episcopus, vel Superior licentiã debet in casibus necessarijs, neque alius vllo modo possit, ēt vigore cuiuscumque facultatis, vel indulti hactenus concessi, vel in posterum concedendi. Et quia Monasteria Sãctimonialium extra mœnia vrbis, vel opidi constituta, malorũ hōium prędę, & alijs facinoribus sine vlla sæpè custodia sunt exposita, curent Episcopi, & alij Superiores, si ita videbitur expedire, vt Sanctimoniales ex eis ad noua, vel antiqua Monasteria intra vrbes, vel opida frequentia reducãtur, inuocato ēt auxilio, si opus fuerit, brachij sæcularis. Impedientes verò, vel nō obedientes, per censuras ecclesiasticas parere compellant.

Monialib. post professionē à monast. exire non liceat. Conc. Cabil. ca. 57. 62. 63.

Ingressus monasteriorum oĩbus prohibit⁹. Cōc. Matisc. 1. c. 2. Conc. Arela. ca. 7. cap. definimus, 18. q. 2. ca. periculoso, de sta. reg. in 6.

Caput VI.

IN electione Superiorũ quorumcũque, Abbatum temporaliũ, et aliorum officialiũ, ac Generalium, & Abbatissarũ, atque aliarum Præposita-

Electio superiorũ Regulariũ & monialium quomodo facienda.

positarum, quò omnia rectè, & sine vlla fraude fiant: in primis S. Synodus districtè præcipit, omnes supradictos eligi debere per vota secreta, ita vt singulorum eligẽtium nomina nunquam publicentur. Nec in posterum liceat, Prouinciales, aut Abbates, Priores, aut alios quoscumque Titulares, ad effectum electionis faciendæ constituere; aut voces, & suffragia absentium supplere. Si verò contra huius decreti constitutionem aliquis electus fuerit, electio irrita sit; & is, qui ad hũc effectum se in Prouincialem, Abbatem, aut Priorem creari permiserit; deinceps ad omnia Officia, in religione obtinenda, inhabilis existat; facultatesq. super his concessæ, eo ipso abrogatæ censeantur; & si in posterum aliæ concedantur, tamquam subreptitiæ habeantur.

Caput VII.

Abbatissa, & aliç superiores qũo, & qua ætate eligendæ.
Cõc, Carth. 3.
Conc. Agat. ca. 19. c. san ctimoniales. 20 q. 1. c. indemnitatibus, de elec. in 6.

ABbatissa, & Priorissa, & quocumque alio nomine Præfecta, vel pręposita appelletur, eligatur nõ minor annis 40. & quæ octo annis post expressam professionẽ laudabiliter vixerit. Quod si his qualitatibus nõ reperiatur in eodem Monasterio; ex alio eiusdẽ Ordinis eligi possit. Si hoc etiam incommodum Superiori, qui electioni præest, videatur, ex ijs, quæ in eodem monasterio annum trigesimum excesserint, et quinque saltem annis post professionẽ rectè vixerint, Episcopo, vel alio Superiore consentiente, eligatur. Duobus verò Monasterijs nulla præficiatur.

Et,

Et, si qua duo, vel plura, quocumque modo obtinet, cogatur, vno excepto, intra sex menses cetera resignare. Post id uerò tempus, nisi resignauerit, omnia ipso iure vacent. Is verò, qui electioni præest, Episcopus, siue alius Superior, claustra Monasterij non ingrediatur, sed ante cancellorum fenestellam vota singularum audiat, vel accipiat. In reliquis seruentur singulorum ordinum, vel Monasteriorum Constitutiones.

Conc. Agath.c. 59. Côc.Epau. ca.9. c.vlt. ca. vnum. 21.q.1. Conc. Cabil.c.12.

Caput VIII.

Monasteria oĩa, quæ generalibus Capitulis, aut Episcopis non subsunt, nec suos habẽt ordinarios irregulares Visitatores, sed sub immediata Sedis Apostolicæ protectione, ac directione regi consueuerunt, teneantur infra annum à fine præsentis Cõcilij, & deinde quolibet triennio sese in congregationes redigere, iuxta formam Constitutionis Innocentij III. in Concilio generali, quæ incipit; In singulis, ibiq. certas regulares personas deputare, quæ de modo, & ordine, de prędictis congregationibus erigendis, ac statutis in eis exequendis deliberent, et statuant. Quòd si in his negligentes fuerint, liceat Metropolitano, in cuius Prouincia prædicta Monasteria sunt, tamquã Sedis Apostolicæ delegato, eos pro prædictis causis conuocare. Quod si infra limites unius Prouinciæ non sit sufficiens talium Monasteriorũ numerus ad erigendã Congregationem, possint duarũ, vel trium Prouinciarũ Monasteria

ca.in singulis. de statu Monach.

vnam

vnam facere Congregationem. Ipsis aũt Congregationib. constitutis, illarum generalia Capitula & ab illis electi Præsides, vel Visitatores eandem habeant auctoritatem in suæ Cõgregationis Monasteria, ac Regulares in eis commorantes, quam alij Præsides, ac Visitatores in ceteris habent Ordinibus: teneanturq. suæ Congregationis Monasteria frequenter visitare, & illorum reformationi incumbere; & ea obseruare, quæ sacris Canonibus, & in hoc Sacro Concilio sunt decreta. Quod si etiam, Metropolitano instante, prædicta exequi non curauerint; Episcopis in quorum Diœcesibus loca prædicta sita sunt, tamquam Sedis Apostolicæ delegatis, subdantur.

Tot. tit. de stat. reg. extr. in 6. & in Cle. exiui, de verb. sig. & cap. exiit, eod. tit. in 6.

Caput IX.

Monasteria Monialia, quæ ab Episcopis gubernari debeãt, ca. cognouimus, 18. q. 2.

MOnasteria Sanctimonialium, Sanctæ Sedi Apostolicæ immediatè subiecta, etiam sub nomine Capitulorum S. Petri, vel S. Ioannis, vel aliàs quomodocumque nuncupentur, ab Episcopis, tamquam dictæ Sedis delegatis, gubernentur, non obstantibus quibuscumque. Quæ verò à deputatis in Capitulis generalibus, vel ab alijs Regularibus reguntur, sub eorum cura, & custodia relinquantur.

Caput X.

Moniales sæpius confiteantur.

ATtendant diligenter Episcopi, & ceteri Superiores Monasteriorum Sanctimonialium, vt in Constitutionibus earum admoneãtur san-

sanctimoniales, ut saltem semel singulis mensibus confessionem peccatorũ faciant: & sacrosanctam Eucharistiam suscipiant: ut eo se salutari præsidio muniant ad omnes oppugnationes Dæmonis fortiter superandas. Præter ordinarium autem Confessorem, alius extraordinarius ab Episcopo, & alijs Superioribus bis, aut ter in anno offeratur, qui omnium confessiones audire debeat. Quod verò sanctissimum Christi corpus intra chorũ, vel septa monasterij, & non in publica Ecclesia conseruetur, prohibet S. Synodus; non obstante quocumque indulto, aut priuilegio.

Clem. ne in agro, §. sane, de stat. Mon.

Caput XI.

IN Monasterijs, seu domib. virorũ, seu mulierum, quibus imminet animarũ cura personarũ seculariũ, præter eas, quæ sũt de illorũ Monasteriorũ, seu locorum familia, personæ, tã regulares, quã seculares, huiusmodi curã exercentes, subsint immediatè in ijs, quæ ad dictã curam, & Sacramentorũ administrationẽ pertinẽt, iurisdictioni, visitationi, & correctioni Epi, in cuius Diœcesi sunt sita. Nec ibi aliqui, ẽt ad nutũ amouibiles, deputẽtur, nisi de eiusdẽ cõsensu, ac præuio examine, per eũ, aut eius Vicarium faciendo, excepto Monasterio Cluniacẽsi cũ suis limitib. & exceptis etiã ijs Monasterijs, seu locis, in quibus Abbates, Generales, aut Capita Ordinũ sedẽ ordinariam principalẽ habẽt, atque alijs Monasterijs, seu domib. in quib. Abbates, aut alij Regu-

c. qui religionis, 18. q. 2.

larium Superiores iurisdictionem Episcopalem, & temporalem in Parochos, & parochianos exercent, saluo tamen eorum Episcoporum iure, qui maiorem in prædicta loca, vel personas iurisdictionem exercent.

Caput XII.

Censuræ, & interdicta nedum à Sede Apost. emanata, sed etiam ab Ordinarijs promulgata; mandāte Episcopo à Regularibus in eorum Ecclesijs publicentur, atque seruentur. Dies etiam festi, quos in Diœcesi sua seruandos idem Episcopus preceperit, ab exēptis omnibus, etiam Regularibus, seruentur.

cap. de iis, 12. dist.

Caput XIII.

Controuersias de precedentia, quō terminandæ, & à quibus.

Controuersias omnes de præcedētia, quæ persępè maximo cum scandalo oriuntur inter Ecclesiasticas personas, tā seculares, quā regulares, cum in processionibus publicis, tum in ijs, quæ fiūt in tumulādis defunctorum corporibus, & in deferenda vmbella, & alijs similibus, Episcopus, amota omni appellatione, & non obstantibus quibuscumque, componat. Exempti autem omnes, tam Clerici sæculares, quàm regulares quicumque, etiā monachi, ad publicas processiones vocati, accedere compellātur; ijs tantum exceptis, qui in strictiori clausura perpetuo viuunt.

Caput XIV.

Regulares delinquentes quō, &

Regularis, non subditus Episcopo, qui intra claustra Monasterij degit, & extra ea ita noto-

notoriè deliquerit, vt populo scandalo sit; Episcopo instante à suo Superiore intra tempus ab Episcopo præfigendum, seuerè puniatur, ac de punitione Episcopum certiorem faciat: sin minus, à suo Superiore officio priuetur, & delinquens ab Episcopo puniri possit.

à quib. puniatur. Sup. Sess. 6. c 3. de ref. c. fi. §. si verò, de sta. mon.

Caput XV.

IN quacumque religione, tam virorũ, quàm mulierum, professio non fiat ante decimumsextum annum expletum; nec qui minore tempore, quam per annum post susceptum habitum in probatione steterit, ad professionem admittatur. Professio autem antea facta, sit nulla, nullamq. inducat obligationem ad alicuius Regulæ, vel Religionis, vel Ordinis obseruationem, aut ad alios quoscumque effectus.

Professio, qua ætate fieri dêat. cap. Gõsaldus. 17. q. 2. c. ad Apostolicã, de regu. & ca. nõ solum, eod. tit. in 6. ca. ad nostrã, c. cum vinũ, & c. postulasti, eod. ti. & c. 1. eod. tit. in 6.

Caput XVI.

NVlla quoque renunciatio, aut obligatio, antea facta, etiam cũ iuramẽto, vel in fauorem cuiuscumque causæ piæ, valeat, nisi cũ licentia Episcopi, siue eius Vicarij fiat, intra duos mẽses proximos ante professionem, ac nõ aliàs intelligatur effectum suum sortiri, nisi secuta professione: aliter verò facta, etiam si cum huius fauoris expressa renunciatione, etiã iurata, sit irrita, & nullius effectus. Finito tẽpore nouitiatus, Superiores, nouitios, quos habiles inuenerint, ad profitendum admittant, aut è monasterio eos eijciant. Per hęc tamen Sancta Synodus non intẽdit

ca. cum causam. in fin. de elect.

aliquid innouare: aut prohibere, quin religio Clericorum Societatis Iesu, iuxta pium eorũ institutũ, à sancta Sede Apostolica approbatũ, Domino, & eius Ecclesiæ inseruire possint: Sed neque ante professioné, excepto victu, et vestitu, nouitij, vel nouitiæ illius tẽporis, quo in probatione est, quocũque prætextu, à parẽtibus, vel propinquis, aut curatorib. eius Monasterio aliquid ex bonis eiusdem tribuatur: ne hac occasione discedere nequeat, & totã, vel maiorem partẽ substantiæ suæ Monasteriũ possideat: nec facilè, si discesserit, id recuperare possit: quin potiùs præcipit sancta Synodus, sub anathematis pœna dantibus, & recipientibus, ne hoc vllo modo fiat, & vt abeuntibus ante professionem omnia restituantur, quæ sua erant, quod vt rectè fiat, Episcopus, etiam per cẽsuras ecclesiasticas, si opus fuerit, cõpellat.

Caput XVII.

Virgines ante 12. annum habitum nõ suscipiant. ca. puella. 20. q. 2. c. illud. 20. q. 1.

Libertati professionis virginum Deo dicãdarũ prospiciẽs sancta Synodus, statuit, atque decernit, vt, si puella, quæ habitum regularẽ suscipere voluerit, maior duodecim annis sit: non ante eũ suscipiat, nec postea ipsa, vel alia professionẽ emittat, quam explorauerit Eps, vel eo absente, uel impedito, eius Vicarius, aut aliquis eorũ sumptib. ab eis deputatus, virginis volũtatem diligenter, an coacta, an seducta sit, an sciat, quid agat, et si volũtas eius pia, ac libera cognita fuerit, habueritq. cõditiones requisitas iuxta Monasterij

sterij illius, & Ordinis Regulā, necnon Monasteriū fuerit idoneū, liberè ei profiteri liceat, cuius professionis tps ne Eps ignoret, teneatur Præfecta monasterio eum ante mensem certiorē facere. Quod si Præfecta certiorē Episcopū non fecerit, quādiu Episcopo videbitur, ab officio suspēsa sit. Sup. ses.15. c.1. de ref.

Caput XVIII.

Cogentes virgines, vel viduas ingredi monasteria, anathemati subiiciuntur. ca. d lapsis, & c. Episcopo. 16. q. 6. cū sim.

ANathemati Synodus subijcit oēs, et singulas personas, cuiuscumque qualitatis, vel cōditionis fuerint, tā clericos, quā laicos, seculares, vel regulares, atque ēt qualibet dignitate fulgētes, si quomodocumque coēgerint aliquam virginē, vel viduā, aut aliā quamcumque mulierē inuitā, præterquā in casib. in iure expressis, ad ingrediendum Monasterium, vel ad suscipiendū habitum cuiuscumque Religionis; vel ad emittendā professionē; quiq. consiliū, auxilium, vel fauorē dederint; quiq. scientes eā non spōtè ingredi Monasterium, aut habitum suscipere, aut professionē emittere: quoquo modo eidē actui, vel præsentiā, vel cōsensum, vel auctoritatem interposuerint. Simili quoque anathemati subijcit eos, qui sanctā virginū, vel aliarū mulierum voluntatē vel accipiendi, vel voti emittendi, quoquo modo sine iusta causa impedierint. Eaq. omnia, & singula, quæ ante professionem, vel in ipsa professione fieri oportet, seruentur nō solū in Monasterijs subiectis Episcopo, sed & in alijs quibuscumque. Ab his tamen excipiuntur mulieres,

Cōc. Tole. 3. ca. 10. ca. puella. 20. q. 2. cap. vlt. 32. q. 1. Regularis qualiter possit dimittere habitum.

Cōc: Tole. 2. c. 54. in fin.

res, quæ Pœnitentes, aut Conuertitæ appellantur, in quibus Constitutiones earum seruentur.

Caput XIX.

c. puellę 20. q. 1. ca. cum virum, de regul.

Conc. Arel. 1. c. vlt. Conc. Arel. 2. c. 25.

QVicumque Regularis prætēdat se per vim, & metum ingressum esse Religionem, aut etiam dicat, ante ætatē debitā professum fuisse; aut quid simile, velitq. habitum dimittere quacumque de causa; aut ēt cū habitu discedere sine licētia Superiorum: nō audiatur, nisi intra quinquennium tantum à die professionis, & tunc non aliter, nisi causas, quas prætenderit, deduxerit coram Superiore suo, & Ordinario. Quod si ante habitum spontè dimiserit, nullatenus ad allegandum quamcumque causam admittatur: sed ad Monasterium redire cogatur, & tamquam apostata puniatur: interim verò nullo priuilegio suæ Religionis iuuetur. Nemo etiam Regularis cuiuscumque facultatis vigore transferatur ad laxiorem religionem: nec detur licentia cuiquam Regulari occultè ferendi habitum suæ religionis.

Caput XX.

Abbatis officiū in visitādis Monasteriis.

ABbates, qui sunt Ordinum Capita, ac ceteri prædictorū Ordinū Superiores, Episcopis nō subiecti, quibus est in alia inferiora Monasteria, Prioratusve legitima iurisdictio, eadem illa sibi subdita Monasteria, & Prioratus, suo quisque loco, atque ordine, ex officio visitent, etiā si commendata existāt. Quæ cum Ordinum suorum Capitib. subsint, declarat sancta Synodus, in ijs,

quæ

quę aliàs de visitatione Monasteriorum commẽdatorum definita sunt, non esse comprehensa, teneãturq. quicumque prędictorum Ordinum Monasterijs præsunt, prędictos Visitatores recipere, & illorum ordinationes exequi. Ipsa quoque monasteria, quę, sunt Ordinum Capita, iuxta S. Sedis Apost. & cuiusque Ordinis Constitutiones visitentur. Et quamdiu durabunt huiusmodi commendæ, Priores claustrales, aut in Prioratib. cõuẽtum habentibus, Subpriores qui correctiones, & spirituale regimen exercent, à Capitulis Generalibus, vel ipsorum Ordinum Visitatoribus instituantur. In ceteris omnibus præfatorum Ordinum priuilegia, & facultates, quæ ipsorum personas, loca, & iura concernunt, firma sint, & illæsa. Sup. Ses. 21. ca. 8. de ref.

Caput XXI.

CVm pleraque Monasteria, etiam Abbatiæ, Prioratus, & Præpositure, ex mala eorũ, quib. commissa fuerunt, administratione, non leuia passa fuerint, tã in spiritualibus, quã in temporalib. detrimẽta: cupit S. Synodus ad cõgruam monasticæ vitæ disciplinam omninò reuocare. Verùm adeo dura, difficilisq. est præsentium temporum conditio, vt nec statim omnibus, nec commune vbique, quod optaret, remedium possit adhiberi: ut tamen nihil prętermittat, unde prædictis salubriter aliquando prouideri possit; primum quidem confidit, Sanctissimum Romanum Conc. Lat. sub Leo. X. Ses. 9. I Bul. de ref. cap.

Pontificem pro sua pietate, & prudētia curaturũ, quantũ hæc tēpora ferre posse viderit, vt ijs, quæ nunc commendata reperiuntur, & quæ suos conuentus habēt, regulares personæ, eiusdem Ordinis expreßè professæ, & quæ gregi præire, & præesse possint, præficiātur. Quæ verò, in posterũ vacabũt, nō nisi Regularib. spectatæ virtutis, & sanctitatis cōferantur. Quo ad ea verò Monasteria, quæ Capita sunt, ac Primates Ordinum, siue Abbatiæ, siue Prioratus, filiæ illorũ Capitũ nuncupātur: teneantur illi, qui in præsenti ea in commendā obtinent, nisi sit eis de regulari successore prouisum, infra sex menses religionē illorum Ordinũ propriam solemniter profiteri, aut ijs cedere; aliàs cōmendæ prædictæ ipso iure vacare censeantur. Ne aũt in prædictis omnib. & singulis fraus aliqua adhiberi possit; mandat S. Synodus, vt in prouisionib. dictorũ Monasteriorũ qualitas singulorum nominatim exprimatur: aliterq. facta prouisio subreptitia esse censeatur, nullaq. subsequenti possessione, ēt triennali, adiuuetur.

Sup. sess. 14. de ref. c. 10.

Caput XXII.

HÆc omnia, & singula in superioibus decretis cōtenta, obseruari S. Synodus præcipit in omnibus Cœnobijs, ac Monasterijs, Collegijs, ac Domib. quorumcũque monachorũ, ac regularĩũ, necnō quarumcumque Sanctimonialium virginum, ac viduarum, etiamsi illę sub gubernio militiarum, etiam Hierosolimitanæ, viuant, & quo-

quocumque nomine appellentur, sub quacumque Regula, vel Cōstitutionib. et sub custodia, uel gubernatione, vel quauis subiectione, aut annexione, vel dependētia cuiuscumque Ord. Mendicantiū, vel nō Mendicantiū, vel aliorū Regularium monachorū, aut Canonicorū quorumcumque; non obstantibus eorū omniū, et singulorū priuilegijs, sub quibuscumque formalis verborū conceptis, ac Mare magnū, appellatis, et in fundatione obtentis, necnon Cōstitutionibus, & Regulis et iuratis, atque ēt Consuetudinib. vel præscriptionibus ēt immemorabilibus. Si qui verò Regulares tam viri, quàm mulieres sunt, qui sub arctiori Regula, vel statutis viuunt, excepta facultate habēdi bona stabilia in cōmuni, eos ab eorū instituto, & obseruantia S. Synodus amouere non intēdit. Et quia S. Synodus desiderat, vt oīa, et singula supradicta quamprimū executioni demandentur; præcipit omnib. Epis in Monasterijs sibi subiectis, & in omnibus alijs, ipsis in superiorib. decretis specialiter cōmissis, atque omnib. Abbatibus, & Generalibus, & alijs Superioribus Ordinum supradictorū, vt statim prædicta exequantur. Et si quid executioni mādatum non sit, Episcoporum negligentiam Concilia prouincialia suppleant, & coërceant. Regulariū verò Capitula prouincialia, & generalia, & in defectū Capitulorum generalium Concilia prouincialia per deputationē aliquorū eiusdem Ordinis prouideant,

Hor-

Hortatur ēt S. Synodus omnes Reges, Principes, Resp. et Magistratus, et in virtute S. obedientiæ pręcipit, vt velint pręd ictis Episcopis, Abbatibus, ac Generalibus, et ceteris Præfectis in superius contentę reformationis executione suum auxiliū, & auctoritatē interponere, quoties fuerint requisiti: vt sine vllo impedimento pręmissa rectè exequantur ad laudem Dei omnipotentis.

Decretum de reformatione. Cap. I.

ca. magnæ. de voto c. qualiter, & quando. de acc. sup. ses. 22. d ref. c. 1. in princ.

OPtandum est, vt ij, qui Episcopale ministerium suscipiunt, quæ suę sint partes agnoscant, ac se nō ad propria commoda, non ad diuitias, aut luxum, sed ad labores, & sollicitudines pro Dei gloria vocatos esse intelligant. Nec enim dubitandum est, & fideles reliquos ad religionem, innocentiamq. faciliùs inflammandos, si Pręposi tos suos viderint nō ea, quę mundi sunt, sed animarum salutem, ac cęlestem patriam cogitantes. Hęc cum ad restituendam ecclesiasticam disciplinam pręcipua esse S. Synodus animaduertat; admonet Episcopos omnes, vt secum ea sępè meditantes, factis etiam ipsis ac vitæ actionibus, quod est veluti perpetuum quoddam predicandi genus se muneri suo conformes ostendant: in primis verò ita mores suos omnes cōponāt, vt reliqui ab eis frugalitatis, modestiæ, continentiæ, ac, quę nos tantopere commendat Deo;

Psalm. 101. Eccl. 8. 35. & 66. Matt. 10.

sanctæ

sanctæ humilitatis exempla petere possint. Quapropter exemplo Patrum nostrorum in Concilio Carthaginensi, non solum iubet, vt Episcopi modesta supellectili, & mensa, ac frugali victu contenti sint: verum etiam in reliquo vitæ genere, ac tota eius domo caueãt, ne quid appareat, quod à Sancto hoc instituto sit alienum: quodq; non simplicitatem, Dei zelum, ac vanitatum contemptum præseferat. Omninò verò eis interdicit, ne ex redditibus ecclesiæ consanguineos, familiaresve suos augere studeant: cum & Apostolorum Canones prohibeant, ne res ecclesiasticas, quæ Dei sunt, consanguineis donẽt; sed si pauperes sint, ijs, vt pauperibus, distribuant: eas autem non distrahant, nec dissipent illorum causa; immò quam maximè potest, eos sancta Synodus monet, vt omnem humanum hunc erga fratres, nepotes, propinquosq; carnis affectum, vnde multorum malorum in Ecclesia seminarium extat, penitus deponant. Quæ verò de Episcopis dicta sunt, eadem nõ solùm in quibuscumque beneficia ecclesiastica, tam secularia, quàm Regularia obtinentibus, pro gradus sui conditione obseruari, sed et ad S. R. E. Cardinales pertinere decernit, quorũ consilio apud Sanctissimum Romanum Põtificem cum vniuersalis Ecclesiæ administratiõ nitatur, nefas videri potest, nõ ijs etiam virtutum insignib. ac viuendi disciplina eos fulgere, quæ meritò omnium in se oculos conuertãt.

& 18. cũ si. Cõc. Cart. 4. c. 25. Conc. Tol. 3. c. 7. c. Episcopus. 41. d. c. pro reuerentia 44. dis. sup. Sess. 2.

Conc. Ant. c. 53. c. quisquis, 11. q. 2. cap. sint manifestæ, c. Episcopus, & c. res Eccles. cum seq. 12. q. 2.

Conc. Lat. sub Leo. X. Ses. 9 de refor. Curiæ.

Ca-

Caput II.

Sup. Sess. 24. ca. 2. de ref. c. peruenit, ca. propter ecclesiasticas, cũ multis aliis, 18. dist.

COgit temporũ calamitas, & inualescentium hæresum malitia, vt nihil sit prætermittendũ, quod ad populorũ ædificationem, & Catholicæ fidei præsidium videatur posse pertinere. Præcipit igitur S. Synodus Patriarchis, Primatib. Archiepiscopis, Episcopis, & omnibus alijs, qui de iure, vel consuetudine in Cõcil. prouinciali interesse debent, vt in ipsa prima Synodo prouinciali, post finẽ præsentis Concilij habenda, ea omnia, & singula, quę ab hac S. Synodo definita, & statuta sunt, palàm recipiant; nec non veram obedientiam Sum. Rom. Pontifici spondeant, & profiteantur, simulq. hęreses omnes à sacris Canonibus, & generalibus Concilijs, pręsertimq. ab hac eadem Synodo damnatas, publicè detestentur, & anathematizent. Idemq. in posterum quicumque in Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, Episcoposq. promouendi, in prima Synodo prouinciali, in qua ipsi interfuerint, omninò obseruẽt. Quod si quis ex supradictis omnibus, quod absit, renuerit; Episcopi comprouinciales statim Summum Romanũ Pontificẽ admonere sub pœna diuinę indignationis teneãtur: interimq. ab eiusdem communione abstineant. Ceteri verò omnes siue in pręsenti, siue in futurum beneficia ecclesiastica habituri, & qui in Synodo Dięcesana conuenire debent, idem, vt supra, in ea Synodo, quę primo quoque tẽpore celebrabitur, fa-

ca. sicuti, & cá. excõicamus, il 2. d hær. ca. 2. in fi. de Sum. Trin. & fide cath. cũ sim.

faciant, & obseruent: aliàs secundùm formã sacrorũ Canonum puniantur. Ad hæc, omnes ij, ad quos Vniuersitatum, & Studiorum generaliũ cura, uisitatio, et reformatio pertinet, diligenter curẽt, vt ab eisdem Vniuersitatibus, Canones, et decreta huius sanctæ Synodi integrè recipiantur; ad earumq. normam Magistri, doctores, & alij in eisdem Vniuersitatibus ea, quę Catholicę fidei sunt, doceãt, & interpretentur; seq. ad hoc institutum initio cuiuslibet anni solemni iuramento obstringãt: sed & si aliqua alia in prædictis Vniuersitatibus correctione, & reformatione digna fuerint, ab eisdem, ad quos spectat, pro religionis & disciplinæ ecclesiasticæ augmento emẽdentur, & statuãtur. Quæ verò Vniuersitates immediatè summi Ro. Pontificis protectioni, et visitationi sunt subiectæ, has sua Beatitudo per eius delegatos eadẽ, qua sup. rõne, et prout ei vtiliùs visũ fuerit, salubriter visitari, & reformari curabit.

Caput III.

Q*Vamuis excõmunicationis gladius neruus sit ecclesiasticæ disciplinæ, & ad cõtinendos in officio populos valdè salutaris, sobriè tamen, magnaq. circũspectione exercẽdus est: cum experientia doceat, si temerè, aut leuibus ex rebus incutiatur, magis cõtemni, quàm formidari; & perniciem potiùs parere, quàm salutem. Quapropter excommunicationes illæ, quæ monitionibus, pręmissis, ad finẽ reuęlationis, vt aiunt, aut* ca. dilecto. de sẽt. exc. 16. ca. multis, i princ. 2. q. 1. ca. visis, in fi. 19. q. 2. ca. corripiantur, 24. q. 3. Excommunicatio quã do exercenda, & quõ concedẽda

pro

ca. Episcopi, c. nemo Episcoporum, & c. nullus sacerdotum. 11. q. 3. c. sacro, de sent. excomun. Conc. Aur. 5. c. 2.

pro deperditis, seu subtractis rebus ferri solent, à nemine prorsus, præterquā ab Episcopo, decernātur; & tunc nō aliàs, quā ex re non vulgari, causaq. diligēter, ac magna maturitate per Episcopum examinata, quæ eius animū moueat, nec ad eas cōcedendas cuiusuis secularis, ēt Magistratus auctoritate adducatur: sed totū hoc in eius arbitrio, & conscientia, sit positū; quando ipse pro re, loco, persona, aut tempore eas decernendas esse iudicauerit. In causis uerò iudicialibus mādatur omnibus Iudicib. ecclesiasticis, cuiuscumque dignitatis existāt, vt quandocumque executio realis, vel personalis in qualibet parte iudicij ꝓpria auctoritate ab ipsis fieri poterit, abstineāt se tā in procedēdo, quā definiendo à cēsuris ecclesiasticis, seu interdicto; sed liceat eis, si expedire videbitur, in causis ciuilib. ad forū ecclesiasticum quomodolibet pertinentib. cōtra quoscūque ēt laicos per mulctas pecuniarias, quæ locis pijs ibi existentibus, eo ipso, ꝙ exactæ fuerint, assignetur; seu per captionem pignorū, personarumq. districtionem per suos proprios, aut alienos executores faciendā, siue etiam per priuationē beneficiorum, aliaq. iuris remedia procedere, & causas definire. Quod si executio realis, vel personalis aduersus reos hac ratione fieri non poterit, sitq. erga iudicem contumacia: tūc eos etiam anathematis mucrone, arbitrio suo, præter alias pænas, ferire poterit. In causis quoque criminalibus, vbi exe-

cap. si quis deinceps, 1 & 2. 17. q. 4.

cutio

cutio realis, vel personalis, ut suprà fieri poterit, erit à censuris abstinendũ; sed si dictæ executioni facilè locus esse nõ possit, licebit iudici hoc spirituali gladio in delinquẽtes vti, si tamen delicti qualitas, præcedente bina saltẽ monitione, ẽt per edictum, id postulet. Nefas aũt sit sæculari cuilibet Magistratui prohibere ecclesiastico iudici, ne quẽ excõmunicet, aut mandare, vt latã excõmunicationẽ reuocet, sub pretextu, ꝙ cõtenta in presenti decreto nõ sint obseruata; cũ non ad sæculares, sed ad Ecclesiasticos hæc cognitio pertineat. Excõmunicatus verò quicũque, si post legitimas monitiones nõ resipuerit, non solũ ad Sacramenta, & cõmunionẽ fidelium, ac familiaritatẽ non recipiatur, sed si obdurato animo censuris annexus, in illis per annum insorduerit, etiam contra eũ, tanquam de hæresi suspectum, procedi possit.

c. rogo, ca. seq. 11. q. 3. c. nulli, cũ seq. ca. cum desideres, & c. si concubinæ, de sent. excõ.

Caput IV.

Contingit sæpè in quibusdã Ecclesijs, vel tã Magnum Missarũ celebrandarũ numerum ex varijs defunctorũ relictis impositum esse, vt illis pro singulis diebus à testatoribus præscriptis nequeat satisfieri, uel eleemosynã huiusmodi, pro illis celebrandis adeò tenuem esse, vt non facilè inueniatur, qui velit huic se muneri subijcere, vnde depereunt piæ testantium volũtates, & eorum conscientias ad quas prædicta spectant, onerandi occasio datur. Sancta Synodus cupiens hæc ad pios vsus relicta, quo pleniùs, & vtiliùs potest

test impleri, facultatem dat Episcopis, vt in Synodo Diœcesana, itemq. Abbatibus, & Generalibus Ordinum, vt in suis Capitulis Generalibus re diligenter perspecta, possint pro sua conscientia in prædictis Ecclesijs, quas hac prouisione indigere cognouerint, statuere circa hæc, quidquid magis ad Dei honorem, & cultum, atque ecclesiarum vtilitatem viderint expedire; ita tamen, vt eorum semper defunctorum commemoratio fiat, qui pro suarum animarum salute legata ea ad pios vsus reliquerunt.

Sup. Sess. 22: de ref. c. 6.

Caput V.

R*Atio postulat, vt illis, quæ bene constituta sunt, contrarijs ordinationibus non detrahatur. Quando igitur ex beneficiorum quorumcumque erectione, seu fundatione, aut alijs constitutionibus, qualitates aliquæ requiruntur; seu certa illis onera sunt iniuncta, in beneficiorum collatione, seu in quacumque alia dispositione, eis non derogetur. Idem in præbendis Theologalibus, Magistralibus, Doctoralibus, aut Presbyteralibus, Diaconalibus, ac Subdiaconalibus, quandocumque ita constituta fuerint, obseruetur, vt eorum qualitatibus, vel Ordinibus nihil in vlla prouisione detrahatur, & aliter facta prouisio subreptitia censeatur.*

Caput VI.

S*Tatuit sancta Synodus, vt in omnibus Ecclesijs Cathedralibus, & Collegiatis, decretum*

sub

sub fel. rec. Paulo III. ꝑ incipit; Capitula Cathedraliũ; obseruetur nõ solũ, quando Episcopus visitauerit, sed et quoties ex officio, vel ad petitionẽ alicuius cõtra aliquẽ ex contentis in dicto decreto procedit: ita tamen, vt, cũ extra visitationẽ processerit, infrascripta oĩa locũ habeãt; videlicet, vt Capitulũ initio cuiuslibet anni eligat ex Capitulo duos: de quorũ consilio, & assensu Episcopus, vel eius Vicarius tã in formando processum, quã in ceteris omnib. actibus vsque ad finẽ causæ inclusiuè, corã Notario tamen ipsius Episcopi, & in eius domo, aut cõsueto tribunali procedere teneatur. Vnũ aũt tantum sit vtriusque votũ; possitq. alter Episcopo accedere. Quod si ambo ab Epo discordes in aliquo actu, seu interlocutoria, vel diffinitiua sñia fuerint; tunc intra sex dierũ spatium cũ Episcopo tertiũ eligant; &, si in electione tertij etiam discordent: ad viciniorem Episcopũ electio deuoluatur: & iuxta eam partẽ, cũ qua tertius conueniet, articulus, in quo erat discordia, terminetur: aliàs processus, & indesecuta, nulla sint, nullosq. producãt iuris effectus. In criminib. tñ ex incõtinentia prouenietib. de qua in decreto de cõcubinarijs, & in atrociorib. delictis, depositionẽ, aut degradationem requirentib. vbi de fuga timetur, ne iudiciũ eludatur, & ideo opus si personali detentione, possit initio solus Eps ad summariam informationem, & necessariam detentionẽ procedere: seruato ta-

Sup. Sess. 6. de ref. c. 4.

Inf. c. 14. & sup. Sess. 14. de matr. c. 8.

c. qualiter. 1. de acc. c. tuæ. de pœ.

men in reliquis ordine præmisso. In oīb. aūt casibus earō habeatur, vt iuxta qualitatem delicti, ac personarū, delinquētes ipsi in loco decenti custodiantur. Episcopis prætcrea vbique is honor tribuatur, qui earū dignitati par est, eisq. in Choro, & in Capitulo, in Processionibus, et alijs actibus publicis, sit prima sedes, & locus, quem ipsi elegerint, & præcipua omniū rerū agendarū auctoritas. Qui si aliquid Canonicis ad deliberandū proponāt, nec de re ad suū, uel suorū cōmodū spectante agatur: Epi ipsi Capitulum conuocent, vota exquirant, & iuxta ea cōcludant. Absente verò Episcopo, omninò hoc ab ijs de Capitulo, ad quos hoc de iure, vel consuetudine spectat, perficiatur, nec ad id Vicarius Epi admittatur. Ceteris aūt in reb. Capituli iurisdictio, & potestas, si qua eis competit, & bonorum administratio salua, & intacta omninò relinquatur. Qui verò non obtinēt dignitates, nec sunt de Capitulo, ij omnes in causis ecclesiasticis Epo subijciantur: non obstantib. ad supradicta priuilegijs, et ex fundatione competentib., necnon consuetudinibus, et immemorabilib. sentētijs, iuramētis, cōcordijs, quæ tantum suos obligent auctores: saluis tn̄ in omnibus priuilegijs, quæ Vniuersitatibus Studiorū generalium, seu earum personis sunt cōcessa. Hęc aūt omnia, & singula in ijs Ecclesiis locū nō habeant, in quibus Episcopi, aut eorum Vicarij ex Cōstitutionib. vel priuilegijs, aut cōsuetudinibus, siue

Cōc. Cart. 4. cap. 35. c. Episcopus in Ecclesia, 92. d. c. nouit, cū seq. de his, quæ fiunt à p̄l. sine cōsen. Cap.

Iurib. allegatis i meo trac. de priuileg. scholariū, maximè priuil. 94. cū seq.

siue concordijs, seu quocumque alio iure maiorem habent potestatem, auctoritatem, ac iurisdictionem, quàm præsenti decreto sit comprehensum: quibus sancta Synodus derogare nō intendit.

Caput VII.

CVm in beneficijs ecclesiasticis, ea, q̄ hæreditariæ successionis imaginē referunt, sacris Cōstitutionib. sint odiosa, & Patrū decretis contraria, nemini in posterū accessus, aut regressus, ēt de cōsensu ad beneficiū ecclesiasticū cuiuscumque qualitatis concedatur, nec hactenus concessi suspēdantur, extendātur, aut trāsferātur. Hocq. decretū in quibuscūque beneficijs ecclesiasticis, ac ēt in Cathedralibus Ecclesijs, ac in quibuscūque personis, ēt Cardinalatus honore fulgentib. locū habeat. In coadiutorijs quoque cum futura successione idem posthac obseruetur, vt nemini in quibuscūque beneficijs ecclesiasticis permittantur. Qđ si qñ Ecclesiæ Cathedralis, aut Monasterij vrgens necessitas, aut euidēs vtilitas postulet Prælato dari Coadiutorē, is nō aliás cum futura successione detur, quā hæc causa prius diligenter à Sanctissimo Romano Pontifice sit cognita, & qualitates omnes in illo concurrere certū sit, quæ à iure, & decretis huius sanctæ Synodi in Epscopis, & Prælatis requiruntur: aliàs concessiones super his factæ subreptitiæ esse censeantur.

Accessus, & regress² tollēdi. ca. Apostolica, 8.q.1. ca ex transmissa. & ca. ad extirpandas successiones. de fil. presbyt. c. cōsuluit. de iu. patr. ca. ad hæc. de dec. Cō c. Rom. tēpore Hylarij. ca. 5. Sup. Ses. 21. de ref. ca. 6. c. scripsit. & c. quamuis. 7. q. 1. Sup. Ses. 22. de ref. c. 8. & Ses. 7. de ref. c. 1. & 2.

Caput VIII.

ADmonet sancta Synodus quoscumque ec-

c.1. & cap. quiescam[9], 42. d. ca At chidiaconi, 85. d. c. volumus, 89. d. c. qui & ad fi. & c. mos est, 12. q. 2. ca. quoniam, 16. q. 1.

clesiastica beneficia sæcularia, seu regularia obtinentes, vt hospitalitatis officiũ, à sanctis Patrib. frequenter commẽdatum, quantũ per eorum prouentus licebit, prõptè, benignèq. exercere assuescãt; memores, eos qui hospitalitatẽ amãt, Christũ in hospitib. recipere. Illis verò, qui hospitalia vulgò nuncupata, seu alia pia loca ad peregrinorũ, infirmorũ, senũ, pauperumve vsũ pcipuè instituta, in cõmendã, administrationẽ, aut quemcumque titulũ, aut ẽt Ecclesijs suis vnita obtinẽt; vel si Ecclesiæ parochiales, hospitalib. fortè vnitę, aut in hospitalia erectę, earumq. patronis in administrationẽ cõcessæ sint: præcipit omninò, ut impositũ illis onus, officiumve administrẽt, atque hospitalitatẽ, quã debent ex fructibus ad id deputatis, actu exerceãt, iuxta Cõstitutionẽ Concilij Viennẽsis, aliàs in hac eadẽ Synodo sub fel. rec. Paulo III. innouatã, quæ incipit: Quia contingit. Quòd si hospitalia hæc ad certũ peregrinorũ, aut infirmorum, aut aliarum personarũ genus suscipiendũ fuerint instituta, nec in loco, vbi sũt dicta hospitalia, similes personæ, aut perpaucæ reperiantur; mãdat adhuc, vt fructus illorum in aliũ piũ vsum, qui eorũ institutioni proximior sit, ac pro loco, & tempore vtilior, conuertantur, prout Ordinario cũ duobus de Capitulo, qui rerũ vsu peritiores sint, per ipsũ deligẽdis, magis expedire visum fuerit: nisi aliter fortè, ẽt in hunc euentũ, in eorũ fundatione, aut institutione fuerit

c. quia contingit, de relig. dom. & sup. Ses. 7. c. vlt. de reform.

rit expressum: quo casu, qđ ordinatum fuit, obseruari curet Eps; aut si id nō possit, ipse, prout supra, vtiliter prouideat. Itaque si prædicti oēs, & singuli, cuiuscūque Ordinis, & Religionis, & dignitatis, ēt si laici fuerint, qui administrationem hospitaliū habēt, nō tñ regularibus subiecti, vbi viget regularis obseruātia, ab Ordinario moniti hospitalitatis munus adhibitis omnib. ad quæ tenētur, necessarijs, re ipsa obire cessauerint: nō solū per ecclesiasticas cēsuras, et alia iuris remedia ad id compelli possint; sed ēt hospitalis ipsius administratione, curave perpetuò priuari possint: alijq. eorum loco ab ijs, ad quos spectabit, substituātur. Et prædicti nihilominus, ēt ad fructuum restitutionē, quos contra ipsorum hospitalium institutionem perceperunt, quæ nulla eis remissione, aut cōpositione indulgeatur, in foro conscientiæ teneantur: nec administratio, seu gubernatio huiusmodi locorum vni, & eidem personæ vltra triennium deinceps committatur; nisi aliter in fundatione cautum reperiatur: non obstante, quò ad omnia supradicta, quacumque vnione, exemptione, & cōsuetudine in contrariū, ēt immemorabli, seu priuilegijs, aut indultis quibuscumque.

Caput IX.

SIcuti legitima patronatuū iura tollere, piasq. fidelium voluntates in eorum constitutione violare æquum non est: sic etiam vt hoc colore beneficia ecclesiastica in seruitutem, ꝙ à multis Sup. Ses. 14. de ref. c. 12. c. piæ mentis, cū seq. 16. q. 7. & c. nobis.

de iur. patron. Conc. Tol. 9. c. 2. decreuimus, & c. monasterium, cum seq. iisdem cau. & qst.

impudenter fit redigãtur, non est permittẽdum. Vt igitur debita in oĩb. ratio obseruetur, decernit S. Synodus, ut titulus iuris patronatus sit ex fundatione, vel dotatione, qui ex authentico documento, & alijs iure requisitis ostendatur, siue ẽt ex multiplicatis præsẽtationib. per antiquissimũ tp̃is cursum, qui hominũ memoriam excedat, alias ve, secundùm iuris dispositionem. In ijs uerò personis, seu Cõitatibus, vel Vniuersitatib. in quibus id ius plerumque ex vsurpatione potiùs quæsitum præsumi solet, plenior, & exactior probatio ad docendũ verũ titulum requiratur: nec immemorabilis tẽporis probatio aliter eis suffragetur, quã si, præter reliqua ad eã necessaria, præsentationes, ẽt cõtinuatæ, nõ minori saltẽ, quã 50. annorũ spatio, quæ oẽs effectũ sortitæ sint, authenticis scripturis probentur. Reliqui patronatus omnes in beneficijs, tam sæcularibus, quã Regularibus, seu Parochialib. vel dignitatibus aut quibuscũque alijs beneficijs in Cathedrali, vel Collegiata Ecclesia, seu facultates, & priuilegia cõcessa, tã in vim patronatus, quã alio quocumque iure nominandi, eligendi, presentandi, ad ea, cum vacãt, (exceptis patronatib. super Cathedralib. Ecclesijs competentib. & exceptis alijs, quæ ad Imperatorem, & Reges, seu regna possidentes, aliosq. sublimes, ac supremos Principes, iura Imperij in dominijs suis habentes pertinent; & quæ in fauorẽ Studiorũ generaliũ concessa sũt) in

totum

totum prorsus abrogata, & irrita cũ quasi possessione inde secuta intelligantur. Beneficiaq. huiusmodi, tamquã libera, à suis collatorib. cõferãtur, ac prouisiones huiusmodi plenũ effectum consequãtur. Ad hæc liceat Epo, præsentatos à patronis, si idonei non fuerint, repellere. Quod si ad inferiores institutio pertineat, ab Epo tamen iuxta alias statuta ad hac S. Synodo examinẽtur; alioquin institutio ab inferioribus facta irrita sit, & inanis. Patroni autem beneficiorũ, cuiuscumque Ordinis, & dignitatis, etiãsi Cõmunitates, Vniuersitates, Collegia quæcumque Clericorum, vel laicorũ existãt, in perceptione fructuum, prouentuũ, obuentionũ quorumcumque beneficiorum, etiã si verè de iure patronatus ipsorũ ex fundatione, et dotatione essent, nullatenus, nulla ve causa, vel occasione se ingerãt, sed illos liberè Rectori, seu Beneficiato, non obstãte ẽt quacumque consuetudine, distribuendos dimittant. Nec dictum ius patronatus vẽditionis, aut alio quocũque titulo in alios cõtra Canonicas sanctiones trãsferre ꝑsumãt: si secus fecerint, excõicationis, et interdicti penis subijciãtur: & dicto iure patronatus, ipso iure, priuati existãt. Insuꝑ accessiones, ꝑ viã vnionis factæ de beneficijs liberis, ad Ecclesias, iurispatronatui, ẽt laicorũ, subiectas, tã ad Parochiales, quã ad alia quæcumque beneficia, ẽt simplicia, seu dignitates, vel hospitalia, ita vt prædicta beneficia libera eiusdẽ naturæ cum ijs, qui-

Sup. ses. 7. de ref. c. 18. & Ses. 14. de ref. ca. 13.

bus cum uniuntur, efficiãtur, atque sub iure patronatus constituantur. Hæ si nondum plenarium sortitæ sunt effectũ, vel deinceps ad cuiusuis instantiam fient, quacumque auctoritate, ét Apostolica, concessæ fuerint: simul cum vnionib. ipsis per subreptionem obtentæ intelligantur: non obstãte quacumque in ijs verborũ forma, seu derogatione, quæ habeatur ꝑ expressa: nec executioni amplius demandentur; sed beneficia ipsa vnita, cũ vacauerint, liberè, vt antea, cõferantur. Quæ verò à 40. annis citra factæ, effectum, & plenam incorporationem sunt consecutæ; hæ nihilominus ab Ordinarijs, tamquam à Sede Apostolicæ delegatis, reuideantur, & examinentur, ac quæ per subreptionem, vel obreptionem obtentæ fuerint, simul cũ vnionibus irritæ declarentur: ac beneficia ipsa separẽtur, & alijs conferantur. Similiter quoque patronatus quicũque in Ecclesijs, et quibuscumque alijs beneficijs, ét dignitatibus antea liberis, acquisiti, à quadraginta annis citra, & in futurũ acquirendi seu ex augmento dotis, seu ex noua cõstructione, vel alia simili causa, ét auctoritate Sedis Apostol. ab ijsdem Ordinarijs, vti delegatis, vt supra, qui nullius in his facultatib. aut priuilegijs impediantur, diligenter cognoscãtur: & quos nõ repererint ob maximè euidentem Ecclesiæ, vel beneficij, seu dignitatis necessitatẽ legitimè cõstitutos esse, in totũ reuocẽt: atque beneficia huiusmodi sine damno illa possidentium,

Sup. Seſſ.7. de ref. c.7.

dentium, et restitutio patronis, eo quod ab eis idcirco datum est, in pristinũ libertatis statum reducant: nõ obstantititibus Priuilegijs, Constitutiobus, & Consuetudinibus etiã immemorabilibus.

Caput X.

QVoniam ob malitiosam petentiũ suggestionem, & quãdoque ob locorum lõginquitatem personarum notitia, quibus causæ mãdantur usque adeo haberi non potest: hincq. interdum iudicibus, non vndequaque idoneis, causę in partibus delegantur: statuit S. Synodus, in singulis Concilijs Prouincialibus, aut Diœcesanis aliquot personas, quę qualitates habeãt, iuxta Constitutionẽ Bonifacij V I I I. quę incipit; Statutum; & alioquin ad id aptas designari, vt pręter Ordinarios locorum, ijs ẽt posthac causę ecclesiasticę, ac spirituales, & ad forũ ecclesiasticum pertinẽtes, in partibus delegandæ committantur. Et si aliquẽ interim ex designatis mori cõtigerit, substituat Ordinarius loci cũ cõsilio Capituli alium in eius locũ, vsque ad futurã Prouincialẽ, aut Diœcesanum Synodũ: ita vt habeat quęque Diœcesis quattuor saltẽ, aut ẽt plures probatas personas, ac vt supra qualificatas, quibus huiusmodi causę à quolibet Legato, uel Nuncio, atque etiam Sede Apostolica committãtur; alioquin post designationem factam quã statim Episcopi ad Summum Roman. Pontificem transmittant, delegationes quęcumque aliorum iudicũ alijs, quã his, factę,

Iudices delegati in singulis Conciliis Prouincialib' deputandi.

c. statutũ, de resc. in 6.

sub-

subreptitiæ censeantur. Admonet dehinc sancta Synodus tam Ordinarios, quàm alios quoscumque iudices, vt terminandis causis, quanta fieri poterit breuitate, studeant: ac litigatorum artibus seu in litis contestatione, seu alia parte iudicij differenda, modis omnibus, aut termini præfixione, aut competenti alia ratione occurrant.

c. finem lit. h & ca. fi. de do. & cōtum. c. 2. de re iud. & c. cōstitutis, de procur.

Caput XI.

Anticipatæ solutiones in locationib. ecclesi. tollendæ. ca. deprecationis. 10. q. 1. & c. 2. de preca.

M*Agnam Ecclesiis perniciem afferre solet, cum earum bona, repræsentata pecunia, in successorum præiudicium alijs locantur. Omnes igitur hæ locationes, si anticipatis solutionibus fiet, nullatenus in præiudicium successorum validæ intelligantur, quocumque indulto, aut priuilegio non obstante; nec huiusmodi locationes in Romana Curia, vel extra eam confirmentur. Non liceat etiam iurisdictiones ecclesiasticas, seu facultates nominandi, aut deputandi Vicarios in spiritualibus locare: nec cōductoribus per se, aut alios, ea exercere: aliterq. concessiones, etiam à Sede Apostolica factæ, subreptitiæ censeantur. Locationes verò rerum ecclesiasticarum, etiam auctoritate Apostolica confirmatas, S. Synodus irritas decernit, quas à triginta annis citra, ad longum tempus, seu, vt in nonnullis partibus ad vigintinouem, seu bis vigintinouem annos, vocant, factas: Synodus Prouincialis, vel deputandi ab ea, in damnum Ecclesiæ, & contra Canonicas sanctiones contractas fuisse iudicabunt.*

In tit. de rebus ecclesi. non alien. & in extrauag. in c. Ambitio.

Ca-

Caput XII.

NOn sunt ferẽdi, qui varijs artibus decimas Ecclesijs obueniẽtes, subtrahere moliuntur, aut qui ab alijs soluendas temere occupant, & in rem suã vertunt: cũ decimarũ solutiõ debita sit Deo, & qui eas dare noluerit, aut dantes impediunt, res alienas inuadunt. Præcipit igitur S. Synodus omnibus cuiuscũque gradus, & conditionis sint, ad quos decimarum solutio spectat, vt eas, ad quas de iure tenẽtur, in posterũ Cathedrali, aut quibuscumque alijs Ecclesijs, vel personis, quib. legitimè debentur, integræ persoluãt. Qui verò eas, aut subtrahunt, aut impediũt, excõmunicentur; nec ab hoc crimine, nisi plena restitutione secuta, absoluantur. Hortatur de hinc omnes, & singulos, pro Christiana charitate, debitoq. erga Pastores suos munere, vt de bonis sibi à Deo collatis, Episcopis, et Parochis, qui tenuiorib. præsunt Ecclesijs, largè subuenire ad Dei laudem, atque Pastorum suorum, qui pro eis inuigilant, dignitatem tuendam, non grauentur.

Decimę ecclesiæ soluendæ. Conc. Mariscõn.c.5. Cõc.Ticin. vet. in sacris. Exod.22.& 23. Leuit.27. Num.18. Tob.1. Malac.3. cap. decimas. 16. q. 2. c. decimas.cũ seq. 16. q.1. c. parochianus. ca. ex transmissa, & ca.tua,d dec. c. oẽs decimę, 16. q. 7. c. pœnit. c. non est, c.tua.& c.in aliquibus, de decim. Cle.1. eod. tit.

Caput XIII.

DEcernit S. Synodus, ut quibuscũque in locis iam ante annos 40. Quarta, quæ funeralium dicitur, Cathedrali, aut Parochiali Ecclesiæ solita esset persolui, at postea fuerit, ex quocũque priuilegio, alijs Monasterijs, Hospitalibus, aut quibuscumque locis pijs cõcessa, eadẽ posthac integro iure, & eadẽ portione, quæ antea solebat, cathe-

De quarta funeraliũ, de sepul. extra. in 6. & in Clem.

Cathedrali, seu Parochiali Ecclesię persoluatur; nõ obstantibus cõcessionibus, gratijs, priuilegijs, et Mari magno, nũcupatis, aut alijs quibuscumque.

Caput XIV.

Mulieres cum clericis cohabitare prohibentur, & concubinariorum pœnæ. Conc. Cartha. 3. c. 17. Conc. Nicænum, c. 3. Conc. Matiscon. c. 1. Conc. Arel. 2. c. 3. Conc. Tol. 2. ca. 3. Conc. Brac. 1. c. 15. Cõc. Turo. 2. ca. 10. 11. & 12. Conc. Magũtiacũ, c. 46. c. interdixit, 32. d. c. cum omnib. c. volumus, c. feminas. 81. d. c. 1. cum multis seq. de cohab. cler. & mulier.

QVàm turpe, ac Clericorũ nomine, qui se diuino cultui addixerunt, sit indignum, in impudicitiæ sordib., immũdoq. cõcubinatu versari, satis res ipsa communi fidelium omnium offensione, sũmoq. Clericalis militiæ dedecore, testatur. Vt igitur ad eã, quã decet, continentiam, ac vitæ integritatẽ ministri Ecclesiæ reuocẽtur; populusq. hinc eos magis discat reuereri, quò illos vita honestiores cognouerit: prohibet sancta Synodus quibuscũque Clericis, ne cõcubinas, aut alias mulieres, de quib. possit haberi suspicio, in domo, vel extra detinere, aut cũ ijs vllã consuetudinem habere audeant: alioquin pęnis, à sacris Canonibus, uel Statutis Ecclesiarũ impositis, puniantur. Quod si à superioribus moniti, ab ijs se nõ abstinuerint; tertia parte fructuũ, obuẽtionũ, ac prouentuũ beneficiorũ suorũ quorumcumque, & pensionum ipso facto sint priuati, quæ fabricæ Ecclesiæ, aut alteri pio loco arbitrio Episcopi applicetur. Si verò in delicto eodẽ cũ eadẽ, vel alia femina perseuerantes secundæ monitioni adhuc nõ paruerint; nõ tantũ fructus oẽs, ac prouentus suorum beneficiorũ, et pensiones eo ipso amittãt, qui prædictis locis applicẽtur, sed ẽt à beneficiorum ipsorũ administratione, quo ad Ordinarius,

etiam

etiam uti Sedis Apostolicæ delegatus, arbitrabitur, suspēdātur, & , si ita suspēsi, nihilominus eas non expellant, aut cum ijs ēt versentur, tunc beneficijs, portionibus, ac officijs, & pēsionibus quibuscumque Ecclesiasticis perpetuò priuētur, atque inhabiles, ac indigni quibuscumque honoribus, dignitatibus, beneficijs, ac officijs in posterū reddātur: donec post manifestā vitæ emendationē, ab eorū Superiorib. cū ijs ex causa visum fuerit dispensandū. Sed si postquam eas semel dimiserunt, intermissum consortiū repetere, aut alias huiusmodi scādalosas mulieres sibi adiūgere ausi fuerint: præter prædictas pœnas, excomunicationis gladio plectātur. Nec quæuis appellatio, aut exemptio prædictam executionem impediat, aut suspendat: supradictorumq. omniū cognitio non ad Archidiaconos, nec Decanos, aut alios inferiores, sed ad Episcopos ipsos ptineat, q sine strepitu, & figura iudicij, & sola facti veritate inspecta, pcedere possint. Clerici verò beneficia ecclesiastica, aut pēsiones nō habētes, iuxta delicti, & cōtumaciæ perseuerātiā, & qualitatē, ab ipso Episcopo carceris pœna, suspensione ab Ordine, ac inhabilitate ad beneficia obtinenda, alijsve modis, iuxta sacros Canones puniātur. Episcopi quoque (qđ absit) si ab huiusmodi crimine non abstinuerint, & à Synodo Prouinciali admoniti, se nō emendauerint; ipso facto sint suspensi: & , si perseuerent; ēt ad Sanctissimum Romanū Pontificem

ca. 2. cum seq. de cohab. cler. & mulier. c. si concubinæ, de sent. excom. Cōcil. Aurel. 3. c. 4.

Sup. ca. 6. & in aliis locis supra alleg. Conc. Tol. 4. c. 41.

ca. quorundam. 34. d. Conc. Aurel. 5. c. 3.

tificem ab eadem Synodo deferantur, qui pro qualitate culpæ, etiam per priuationem, si opus erit, in eos animaduertat.

Caput XV.

Filij clericorũ in Ecclesijs vbi eorum patres habẽt beneficia, vel ante habuerũt, beneficiũ obtinere non possint.

ca. proposuisti. 81. d. ca. 2. & per totũ, de fil. presbyt.

VT paternæ incontinentiæ memoria locis Deo cõsecratis, quos maximè puritas, sanctitasq. decet longissimè arceatur, nõ liceat filijs Clericorum, qui non ex legitimo nati sunt matrimonio, in Ecclesijs, vbi eorum patres beneficium aliquod ecclesiasticũ habent, aut habuerũt, quodcumque, ẽt dissimile beneficium obtinere, nec in dictis Ecclesijs quoquo modo ministrare, nec pensiones super fructibus beneficiorũ, quæ parentes eorũ obtinẽt, vel aliàs obtinuerunt, habere. Quod si in pͤsenti pater, & filius in eadẽ Ecclesia beneficia obtinere reperiãtur, cogatur filius suũ beneficiũ resignare, aut cũ alio pmutare extra ecclesiã intra trium mensiũ spaciũ, aliàs ipso iure eo priuatus existat, & super ijs quæcumque dispensatio subreptitia cẽseatur. Ad hæc, reciprocæ resignationes, si quæ posthac à parentibus Clericis in fauorem filiorũ fient, vt alter alterius beneficium consequatur, in fraudẽ huius decreti, & canonicarũ sanctionũ factæ omninò censeantur, nec collationes secutæ, uigore huiusmodi resignationum, seu aliarum quarumcumque, quæ in fraudem factæ fuerint, ipsis Clericorum filijs suffragentur.

Caput XVI.

STatuit sancta Synodus, vt ecclesiastica beneficia

ficia sæcularia, quocumque nomine appellentur, quæ curã animarum ex primæua eorum institutione, aut aliter quomodocumque retinent, illa deinceps in simplex beneficium etiam assignata Vicario perpetuo congrua portione, non conuertantur: nõ obstantib. quibuscumque gratijs, quæ suum plenarium effectum non sunt consecutæ. In ijs verò, in quibus contra earum institutionem, seu fundationem cura animarum in Vicarium perpetuum translata est, etiam si in hoc statu ab immemorabili tempore reperiantur, si congrua portio fructuum Vicario Ecclesiæ, quocumque nomine is appelletur, non fuerit assignata, ea quamprimum, & ad minus intra annum à fine præsentis Concilij, arbitrio Ordinarij, iuxta formam decreti sub fel. rec. Paulo III. assignetur. Quod si id commodè fieri non possit, aut intra dictum terminum factum non erit; cum primum per cessum, vel decessum Vicarij, seu Rectoris, aut quomodolibet alterum eorum vacauerit, beneficium curam animarum recipiat, ac Vicariæ nomen cesset; et in antiquum statum restituatur.

Beneficia curata in simplicia conuerti nõ possunt.

Sup. Sess. 9. de ref. ca. 7.

Caput XVII.

N*On potest S. Synodus non grauiter dolere, audiens Epos aliquos sui status oblitos, Pontificiam dignitatẽ non leuiter dehonestare; qui cũ Regum ministris, & Regulis, & Baronibus in Ecclesia, & extra, indecenti quadam demissione se gerũt, et veluti inferiores ministri altaris,*

Episcopi dignitatẽ suã conseruẽt.

c. quãto, de off. ordin. & sup. Sess. 24. de ref. c. 4.

taris, nimis indignè non solùm loco cedunt, sed etiam personaliter illis inseruiunt. Quare, hec, & similia detestans S. Synodus, sacros Canones omnes, Conciliaq. generalia, atque alias Apostolicas sanctiones ad dignitatis Episcopalis decorem, & grauitatem pertinentes, renouando, præcipit, vt ab huiusmodi in posterum Episcopi se abstineant: mandans eisdem, vt tam in Ecclesia, quàm foris, suum gradum, & Ordinem præ oculis habentes, vbique se Patres, & Pastores esse meminerint, reliquis verò tam Principibus, quàm ceteris omnibus, vt eos paterno honore, ac debita reuerentia prosequantur.

Sup. Seff. 6. c. Valentinianus, 93. dist. c. Episcop⁹ in ecclesiis, 95. d. c. quis dubitet, c. duo sunt, cum seq. 96. d. & c. solitæ, de maior. & obed.

Caput XVIII.

Sacri Canones exactè obseruādi, nec nisi vrgenti causa dispensandum. c. si Rom. 19. d. c. si quis omnem. 1. q. 7. ca. 1. de const. ca. 1. de voto.

SIcuti publicè expedit, legis vinculum quandoque relaxare, vt pleniùs euenientibus casibus, & necessitatibus pro communi vtilitate satisfiat, sic frequentiùs legem soluere, exemploq. potiùs, quā certo personarū, rerumq. delectu petentibus indulgere, nil aliud est, quā vnicuique ad leges transgrediendas aditum aperire.

Quapropter sciant vniuersi, sacratiss. Canones exactè ab omnibus, & quoad eos fieri poterit, indistinctè obseruandos: Quod si vrgens, iustaq. ratio, & maior quandoque vtilitas postulauerint, cum aliquib. dispēsandū esse, id causa cognita, ac summa maturitate, atque gratis, à quibuscumque ad quos dispensatio pertinebit, erit prestandū: aliterq. facta dispēsatio surreptitia censeatur.

Ca-

Caput XIX.

DEtestabilis duellorum vsus, fabricante diabolo introductus, vt cruenta corporũ morte animarum etiam perniciem lucretur, ex Christiano Orbe penitus exterminetur: Imperator, Reges, Duces, Principes, Marchiones, Comites, & quocumque alio nomine, Domini temporales, qui locum ad monomachiam in terris suis inter Christianos concesserint, eo ipso sint excommunicati, ac iurisdictione, & dominio ciuitatis, castri, aut loci in quo, vel apud quem duellum fieri permiserint, quod ab Ecclesia obtinent, priuati intelligantur, & si feudalia sint, directis dominis statim acquirantur. Qui verò pugnam commiserint, & qui eorum Patrini vocantur, excommunicationis, ac omnium bonorum suorum proscriptionis, ac perpetuæ infamiæ pœnam incurrent, & vt homicidæ, iuxta sacros Canones, puniri debeant, &, si in ipso conflictu decesserint, perpetuo careant ecclesiastica sepultura. Illi etiam, qui consilium in causa duelli tam in iure, quàm facto dederint: aut alia quacumque ratione ad id quemquam suaserint: necnon spectatores, excommunicationis, ac perpetuæ maledictionis vinculo teneantur: nõ obstante quocumque priuilegio, seu praua consuetudine, etiam immemorabili.

Duellorum vsus tollendus, & pugnantiũ ac permittentium, & spectantiũ penæ. c. 1. de torneamẽt.

c. 2. de cler. pugnan. in duel. de torneam. p totũ, & toto tit. de homic.

Caput XX.

Ecclesiastica libertas, & immunitas obseruanda.

CVpiens sancta Synodus ecclesiasticam disciplinam in Christiano populo non solùm re-

stitui, sed etiam perpetuo sartam tectam à quibuscũque impedimentis cõseruari; præter ea, quã de ecclesiasticis personis cõstituit, sæculares quoque Principes officij sui admonendos esse cẽsuit: cõfidẽs eos, vt Catholicos, quos Deus S. fidei, Ecclesiæq. protectores esse voluit, ius suũ Ecclesiæ restitui, non tantum esse concessuros, sed ẽt subditos suos oẽs ad debitam erga Clerum, Parochos, & Superiores Ordines reuerẽtiam, reuocaturos, nec permissuros, vt officiales, aut inferiores Magistratus Ecclesiæ, & personarũ ecclesiasticarum immunitatẽ, Dei Ordinatione, & Canonicis sanctionib. constitutã, aliquo cupiditatis studio, seu inconsideratione aliqua violentur: sed vnâ cum ipsis Principũ debitam Sacris Summorũ Pontific. & Conciliorum Constitutionib. obseruantiã præstent. Decernit itaque & præcipit, sacros Canones, & Concilia generalia omnia, necnon alias Apost. sanctiones, in fauorẽ ecclesiasticarũ personarũ, libertatis ecclesiasticæ, & cõtra eius violatores editas, quæ oĩa presenti ẽt decreto innouat, exactè ab oĩb. obseruari debere. Proptereaq. admonet Imperatorem, Reges, Resp. Principes, & oẽs, & singulos cuiuscumque status, & dignitatis extiterint, vt, quo largiùs bonis temporalib., atque in alios potestate sunt ornati, eo sanctiùs, quæ ecclesiastici iuris sũt, tamquã Dei præcipua, eiusq. patrocinio tecta, venerentur, nec ab vllis Baronibus, Domicellis, Rectorib., alijsve Dominis

c.cõcilia. 5. hic.17. dist. ca.quis dubitet, c.duo sũt, & c.si, 96.dist.

c.peruenit. 86.d.cap.si quis suadẽte, 17.q.4. toto tit.de immun.eccl.c.quamquam, de cen.16.c.felicis.de pęnit. co.lib. Cõc.Ticin. ver. statuimus.& ver. sancimus. Conc. Aquis. c.9. Conc. La-

nis temporalib. seu Magistratib., maximèq. ministris ipsorum Principum, lædi patiantur, sed seuerè in eos, qui illius libertatem, immunitatem, atque iurisdictionem impediũt, animaduertant: quibus etiam ipsimet exemplo ad pietatem, religionem, ecclesiarumq. protectionem existãt, imitantes anteriores optimos religiosissimosq. Principes, qui res Ecclesiæ suæ in primis auctoritate, ac munificentia auxerunt, nedum ab aliorum iniuria vindicarunt. Adeoq. ea in re quisque officium suum sedulò præstet: quo cultus diuinus deuotè exerceri, & Prælati, ceteriq. Clerici in residentijs, & officijs suis quieti, & sine impedimentis, cum fructu, & ædificatione populi permanere valeant.

teran. sub Leo X. ses. 9. & 10.

ca. Valentinianus. 63. d. c. ecclesiæ, in fi. 67. dist. c. Constantinus, & cap. vlt. 96. dist.

Caput XXI.

Postremò sancta Synodus, omnia, & singula, sub quibuscumque clausulis, & verbis, quæ de morum reformatione, atque ecclesiastica disciplina, tam sub fel. recor. Paulo III. ac Iulio III. quàm sub Beatissimo Pio IV. Pontificibus Maximis, in hoc sacro Concilio statuta sunt declarat, ita decreta fuisse, vt in his, salua semper auctoritas Sedis Apostolicæ, & sit, & esse intelligatur.

Sup. Sess. 7. de ref. in princ.

Decretum de continuanda Sessione in diem sequentem.

Cvm ea oĩa, quæ in præsenti Sessione tractãda erãt, quia hora tarda est, commodè expediri

non possint; propterea iuxta id quod in generali Congregatione à Patribus statutum fuit, ea quæ supersunt, in diem crastinam hanc eamdem Sessionem continuando, differuntur.

CONTINVATIO SESSIONIS,
Die 4. Decembris.

Decretum de Indulgentijs.

Matt.16. Ioan.20. c. audiuimus, & c. quodcumque ligaueris, 24. q.1. c. vt constitueretur. 50. dis. cap. adhuc, de pœnit. d.3. toto titulo, de pœnit. & rem. ext. in 6. & in cap. cum ex eo. ext. de pœn. & remis. c.1. eo. tit. in 6. Clem. abusionib⁹, de pœn. & remis. d. c. cũ ex eodem, & sup. Ses. 21. de ref. c.9.

CVm potestas conferẽdi indulgẽtias à Christo Ecclesiæ concessa sit, atque huiusmodi potestate dignitatis sibi tradita, antiquissimis et tẽporibus illa vsa fuerit, sacrosancta Synodus indulgentiarũ vsum, Christiano populo maximè salutarem, et sacrorũ Conciliorum auctoritate probatũ, in Ecclesia retinẽdum esse docet, & præcipit, eosq. anathemate damnat, qui aut inutiles esse asserũt, vel eas cõcedendi in Ecclesia potestatem esse negãt. in his tñ concedendis moderationem, iuxta veterem, & probatã in Ecclesia consuetudinẽ, adhiberi cupit; ne nimia facilitate ecclesiastica disciplina eneruetur. Abusus verò, qui in his irrepserunt, & quorũ occasione insigne hoc indulgentiarum nomen ab hæreticis blasphematur, emendatos, & correctos cupiens, præsenti decreto generaliter statuit, prauos quæst⁹ oẽs pro his cõsequendis, vnde plurima Christiano populo abusuũ causa fluxit, oĩno abolendos esse. Ceteros

verò,

verò, qui ex superstitione, ignorantia, irreuerentia, aut aliundè, quomodocumque prouenerunt, cum ob multiplices locorum, & prouinciarum apud quas hi committuntur, corruptelas commodè nequeant specialiter prohiberi: mandat omnibus Episcopis, vt diligenter quique huiusmodi abusus Ecclesiæ suæ colligant, eosq. in prima Synodo prouinciali referant, vt aliorum quoque Episcoporum sententia cognita, statim ad Summum Romanum Pontificem deferantur, cuius auctoritate, & prudentia, quod vniuersali Ecclesiæ expediet, statuatur, vt ita Sanctarum Indulgentiarum munus, piè, sanctè, & incorruptè omnibus fidelibus dispensetur.

De delectu ciborum, ieiunijs, & diebus Festis.

INsuper hortatur S. Synodus, & per Sanctiss. D. N. atque Saluatoris aduentum, Pastores omnes obtestatur, vt tamquam boni milites illa omnia, quæ S. R. Eccl. omnium ecclesiarum mater, & magistra, statuit, necnon ea, quæ tam in hoc Concilio, quàm in alijs Oecumenicis statuta sunt, quibuscumque fidelibus sedulò cōmendent, omniq. diligentia vtantur, vt illis omnibus, & ijs præcipuè sint obsequentes, quæ ad mortificandam carnem cōducunt, vt ciborum delectus, & ieiunia, vel etiam, quæ faciunt ad pietatem augendam, vt dierum festorum deuota, & re- c. nō decet. 12. d. Vigil. in ep. ad Eleuth. in fi. Felix I. in epis. 3. sup. Ses. 22. c. 6. de sac. mis.

ca. qui suis, 93. d. ca qa frater, 7. q. 1. Luc. 10. Cōc. Mag. c. 36. & 37. Cōc. Aure. 3. c. 21.

ligiosa celebratio; admonentes populos crebrò, obedire Præpositis suis, quos qui audiunt, Deum remuneratorem audient: qui verò contemnunt, Deum ipsum vltorem sentient.

De Indice librorum, & Catechismo, Breuiario, & Missali.

Sup. sess. 18. in princ.

Conc. Mil. c. 18.

SAcrosancta Synodus in secunda Sessione, sub Sanctiss. Domino nostro Pio IV. celebrata, dilectis quibusdam Patribus commisit, vt de varijs censuris, ac libris, vel suspectis, vel perniciosis quid facto opus esset, considerarent, atque ab ipsam sanctam Synodum referrent; audiens nunc huic operi ab eis extremam manum impositam esse, nec tamen ob librorum varietatem, & multitudinem distinctè, & commodè possit à sancta Synodo dijudicari: præcipit, vt quidquid ab illis præstitum est, Sanctiss. Romano Pōtifici exhibeatur, vt eius iudicio, atque auctoritate terminetur, & euulgetur. Idemq. de Catechismo à Patribus, quibus illud mandatum fuerat, & de Missali, & Breuiario fieri mandat.

De loco Oratorum.

DEclarat sancta Synodus, ex hoc loco assignato Oratoribus tā ecclesiasticis, quā sæcularibus, sedendo, incedendo, aut quibuscumque alijs actibus, nullum cuiquam eorum factū fuisse præiudicium, sed omnia illorum, & Imperatoris,

toris, Regum, Rerumpublicarum, ac Principum suorum iura, & prærogatiuas illæsas, & saluas esse, in eodemq. statu permanere, prout ante præsens Concilium reperiebantur.

De recipiendis, & obseruandis Decretis Concilij.

T*Anta fuit horum temporum calamitas, & hæreticorum inueterata malitia, vt nihil tam clarum in fide nostra asserenda vnquã fuerit, aut tam certò statutum, quod nõ humani generis hoste suadente, illi errore aliquo contaminauerint: ea propter sancta Synodus id potissimum curauit, vt præcipuos hæreticorum nostri temporis errores damnaret, & anathematizaret: veramq., & Catholicam doctrinam traderet, & doceret, prout damnauit, anathematizauit, & definiuit. Cumq. tamdiu tot Episcopi, ex varijs Christiani Orbis prouincijs euocati, sine magna gregis sibi commissi iactura, & vniuersali periculo ab Ecclesijs abesse non possint, nec vlla spes restet, hæreticos, toties, fide etiam publica, quam desiderarunt, inuitatos, & tamdiu expectatos, huc amplius aduenturos, ideoq. tandem huic sacro Concilio finem imponere necesse sit: superest nunc, vt Principes omnes, quod facit, in Domino moneat, ad operam suam ita præstandam, vt, quæ ab ea decreta sunt, ab hæreticis*

deprauari, aut violari non permittant; sed ab his, & omnibus deuotè recipiantur, & fideliter obseruentur. Quod si in his recipiendis aliqua difficultas oriatur; aut aliqua inciderint, quæ declarationem, (quod non credit) aut definitionem postulent: præter alia remedia in hoc Concilio instituta, confidit S. Synodus Beatissimum Rom. Pont. curaturum, vt vel euocatis ex illis præsertim prouincijs, vnde difficultas orta fuerit, ijs, quos eidem negotio tractando viderit expedire, vel etiam Concilij generalis celebratione, si necessarium iudicauerit, vel commodiore quacumque ratione ei visum fuerit, Prouincialium necessitatibus, pro Dei gloria, & Ecclesiæ tranquillitate consulatur.

De recitandis Decretis Concilij sub Paulo III. & Iulio III. in Sessione.

Sup. Sess. 5. 6. 7. 13. & 14. *Quoniam diuersis temporibus tam sub fel. rec. Paulo III. quàm Iulio III. multa in hoc sacro Concil. quo ad dogmata, ac morum reformationem statuta, & definita sunt: vult S. Synodus, vt illa nunc recitentur, & legantur.* Recitata sunt.


De fine Concilij, & confirmatione petenda à Sanctissimo Domino nostro.

Illustrissimi Domini, Reuerendissimiq. Patres,

tres,

tres, Placetne vobis, ut ad laudem Dei omnipotentis huic sacræ Oecuminicæ Synodo finis imponatur? & omnium, & singulorum, quæ tam sub fel. rec. Paulo III. & Iulio III. quàm sub Sanctissimo Domino nostro Pio IV. Romanis Pontificibus, in ea decreta, & definita sunt, confirmatio nomine S. huius Synodi per Apostolicæ Sedis Legatos, & Præsidentes à Beatissimo Rom. Pont. petatur? Responderunt, Placet.

Postmodum Illustrissimus, & Reuerendissimus Cardinalis Moronus, primus Legatus, & Præsidens, benedicens S. Synodo, dixit: Post gratias Deo actas, Reuerendissimi Patres, ite in Pace. Qui responderunt, Amen.



ACCLA-

ACCLAMATIONES Patrum in fine Concilij.

CARDINALIS ALOTHARINGIA, Beatissimo Pio Papæ, & Domino Nostro Sanctæ, & vniuersalis Ecclesiæ Pont. multi anni, & æterna memoria.

RESPONSIO PATRUM.

Cardin. Domine Deus, Sanctissimum Patrem diutissimè Ecclesiæ tuæ conserua, multos annos.

Beatissimorum Summorum Pontificum animabus, Pauli III. & Iulij III. quorum auctoritate hoc sacrum generale Concilium inchoatum est, pax à Domino, & æterna gloria, atque felicitas in luce Sanctorum.

Respon. Memoria in benedictione sit.

Cardin. Caroli V. Imperatoris, & Serenissimorum Regum, qui hoc vniuersale Concilium promouerunt, & protexerunt, memoria in benedictione.

Respon. Amen, Amen.

Cardin. Sereniss. Imperatori Ferdinando, semper Augusto, Orthodoxo, & pacifico, & omnibus Regibus, Rebuspub. & Principibus nostris, multi anni.

Respon. Pium, & Christianum Imperatorem, Domine conserua, Imperator cælestis, terrenos Reges rectæ fidei conseruatores, custodi.

Cardin. Apostolicæ Romanæ Sedis Legatis, & in hac Synodo Præsidentibus, cum multis annis magnæ gratiæ.

Respon. Magnæ gratiæ, Dominus retribuat.

Cardin. Reuerendissimis Cardinalibus, & Illustribus Oratoribus.

Respon. Magnas gratias, multos annos.

Cardin. Sanctiss. Episcopis vita, & felix ad Ecclesias suas reditus.

Respon. Præconibus veritatis perpetua memoria, Orthodoxo Senatui, multos annos.

Cardin. Sacrosancta œcumenica Tridentina Synodus, eius fidem confiteamur, eius decreta semper seruemus.

Respon. Semper confiteamur, semper seruemus.

Card.

Card. Omnes ita credimus: omnes idipsum sentimus; omnes consentientes, & amplectentes subscribimus. Hæc est fides B. Petri, & Apostolorum: hæc est fides Patrum: hæc est fides Orthodoxorum.

℟esp. Ita credimus, ita sentimus, ita subscribimus.

Card. His decretis inhærentes, digni reddamur misericordijs, & gratia primi, & magni supremi Sacerdotis, Iesu Christi Dei, intercedente simul inuiolata Domina nostra Sancta Deipara; & omnibus Sanctis.

℟esp. Fiat, Fiat, Amen, Amen.

Card. Anathema cunctis hæreticis.

℟esp. Anathema, anathema.

Post hæc mandatum fuit à Legatis, & Præsidentibus sub pœna excommunicationis omnibus Patribus, vt antequam discederent è ciuitate Tridentina, subscriberent manu propria decretis Conc. aut ea per publicum instrumentum approbarent; qui omnes deinde subscripserunt, & fuerunt numero CCLV. videlicet, Legati IV. Cardinales II. Patriarchæ III. Archiepisc. XXV. Episc. CLXVIII. Abbates VII. Procuratores absentium cum legitimo mandato XXXIX. Generales Ordinum VII.

LAVS DEO.

Concordat cum originali: in cuius fidem subscripsimus.

Ego Angelus Massarellus, Episcopus Thelesinus, Sacri Concilij Tridentini Secretarius.

Ego Marcus Antonius Peregrinus Comensis, eiusdem Concilij Notarius.

Ego Cynthius Pamphilus, Clericus Camerinensis Diœcesis, eiusdem Concilij Notarius.

CON-

CONFIRMATIO Concilij.

NOS Alexander, S. Laurentij in Damaso Diaconus Cardinalis, de Farnesio, S.R.E. Vicecancellarius, fidem facimus, & attestamur, qualiter hodie die Mercurij, 26. Ianuarij, M.D.LXIV. Pontificatus Sanctissimi Domini nostri D. Pij, diuina prouidentia Papæ Quarti, anno quinto, in Consistorio secreto apud Sanctum Petrum, Reuerendiss. DD. mei Cardinales Moronus, & Simoneta, nuper reuersi à Sacro Concilio Tridentino, cui vti Sedis Apostolicæ Legati præerant, petierunt ab eodem Sanctiss. Domino nostro, vt infra.

Beatissime Pater, in decreto super fine Conc. Oecumenici Tridentini, pridie nonas Decembr. præteriti publicato, statutum fuit, vt per Sanctitatis Vestræ, & Sanctæ Sedis Apostol. Legatos, & Præsidentes peteretur nomine dicti Concilij à Sanctitate Vestra confirmatio omnium, & singulorum, quæ tam sub fel. rec. Paulo III. & Iulio III. quàm sub Sanctitate Vestra in eo decreta, & definita sunt. Quapropter nos Ioannes Cardinalis Moronus, et Ludouicus Cardinalis Simoneta, qui tũc Legati, & Præsidentes eramus, volẽtes exequi, quod in dicto decreto stabilitum fuit, humiliter petimus nomine dicti Concilij

Oecu-

Oecumenici Tridentini, vt Sanctitas Vestra dignetur confirmare omnia, & singula, quæ tam sub felic. rec. Paulo III. & Iulio III. quàm sub Sanctitate Vestra in eo decreta, & definita sunt.

Quibus auditis, Sanctitas Sua, viso, & lecto tenore dicti decreti, & habitis votis Reuerendiss. DD. meorum Cardinalium, respondit per hæc verba.

Petitioni nomine Concilij Oecumenici Tridentini super eius confirmatione per dictos Legatos nobis factæ, annuentes, omnia, & singula, quæ in dicto Concilio tam sub fel. record. Paulo III. & Iulio III. prædecessoribus nostris, quàm Pontificatus nostri tempore decreta, & definita sunt, auctoritate Apostolica, etiam de venerabilium fratrum nostrorum Cardinalium consilio, & assensu, matura cum illis deliberatione præhabita, confirmamus, atque ab omnibus Christi fidelibus recipi, & inuiolabiliter obseruari mandamus, in nomine Patris, & Filij, & Spiritussancti. Amen.

Ita est. A. Cardinalis Farnesius,
Vicecancellarius.

BVL-

BVLLA S. D. N. PII DIVINA prouidentia Papæ IV.

SVPER CONFIRMATIONE Oecumenici generalis Concilij Tridentini.

Pius Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.



ENEDICTVS *Deus, et Pater Domini nostri* IESV CHRISTI, *Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis: qui, respicere dignatus Ecclesiam suam Sanctam, tot procellis, & tempestatibus agitatam, atque vexatam, & grauiùs in dies laborantem, apto tandem ei subuenit, optatoq. remedio ad plurimas, & perniciosissimas hæreses extirpãdas, ad corrigendos mores, & restituendã ecclesiasticã disciplinam, ad pacem, & cõcordiam Christiani populi procurandam indictum iampridem in Ciuitate Tridẽtina Oecumenicum, & generale Cõcilium à piæ memoriæ Paulo III. prædecessore nostro, & Sessionib. aliquot habitis cęptum fuerat: ab eius aũt successore Iulio in eamdẽ vrbẽ reuocatũ, post alias Sessiones celebratas, varijs impedimẽtis, & difficultatib. obiectis, ne tunc quidẽ peragi potuerat.*

rat. Itaque diutiùs intermiſſum fuerat, non ſine maximo mœrore piorũ omnium; cũ quotidie magis Eccleſia eiuſmodi remedium imploraret. Nos aũt poſt ſuſceptum Sedis Apoſt. regimen, tam neceſſarium, ac ſalutare opus, ſicut Paſtoralis ſollicitudo monebat, diuinæ miſericordiæ fiducia perficere aggreſſi, adiuti pio ſtudio chariſſimi in Chriſto filij noſtri Ferdinandi Roman. Imperatoris electi, & aliorũ Chriſtianorũ Regum, Rerumpublicarũ, ac Principum, tãdem cõſecuti ſumus, quod nec diurnis, nec nocturnis curis elaborare deſtitimus, quodq. à patre luminum aſſiduè precati ſumus. Cum.n. eã in Vrbẽ vndique ex Chriſtiani nominis nationibus conueniſſet, noſtris conuocata litteris, & ſua ẽt ipſorum pietate excitata, Epiſcoporũ, & aliorũ inſigniũ Prælatorũ maxima, et Oecumenico Concilio digna frequentia, præter plurimos al.os pios, & ſacrarũ litterarũ ſcientia, diuiniq., & humani iuris cognitione præſtantes viros, præſidentibus ipſi Synodo Sedis Apoſtolicæ Legatis, nobis adeo Concilij libertati fauentib. vt ẽt de rebus Sedis Apoſt. propriè reſeruatis, liberũ ipſi Concilio arbitrium per litteras, ad Legatos noſtros ſcriptas, vltrò permiſerimus, quæ de Sacramẽtis, & alijs rebus, quæ quidẽ neceſſariæ uiſæ ſint, tractandæ, definiendæ & ſtatuendæ reſtabãt, ad cõfutandas hæreſes, ad tollendos abuſus, & emẽdandos mores, à ſacroſancta Synodo ſumma libertate, diligentiaq. tractata, & accuratè

ac maturè admodum definita, explicata, statuta sunt. Quibus rebus perfectis, Concilium tāta omnium, qui interfuerunt concordia peractum fuit, vt consensum eum planè à Domino effectū fuisse, constiterit: idq. in nostris, atque omnium oculis valde mirabile fuerit. Pro quo tā singulari Dei munere supplicationes statim in alma hac Vrbe indiximus, quæ magna Cleri, & populi pietate celebratæ fuerūt, laudesq., & gratias diuinæ Maiestati meritò persoluendas curauimus; cum eiusmodi Conc. exitus spem magnā, & propè certam attulerit, fore, vt maiores in dies fructus ad Ecclesiā ex ipsius decretis, constitutionibusq. perueniant. Cū autem ipsa S. Synodus pro sua erga Sedem Apost. reuerentia, antiquorū et Conciliorum vestigijs inhærens, decretorum suorum omnium, quæ nostro, & prædecessorum nostrorū tēpore facta sunt, cōfirmationem à nobis petierit, decreto de ea re in publica Sessione facto: Nos, ex Legatorū litteris prius, deinde post reditum eorum ex ijs, quę Synodi nomine diligenter retulerunt, postulatione ipsius Synodi cognita, habita super hac re cū uenerabilibus fratrib. nostris S.R.E. Cardinalib. deliberatione matura, sanctiq. Spritus in primis auxilio inuocato, cum ea decreta omnia Catholica, & populo Christiano vtilia, ac salutaria esse cognouissemus, ad Dei omnipotentis laudem, de eorumdem fratrum nostrorum consilio, & assensu, in Consistorio nostro secreto, illa omnia,

nia, & singula auctoritate Apostolica hodie confirmauimus, & ab omnibus Christi fidelibus suscipiēda, ac seruanda esse decreuimus; sicut harum quoque litterarū tenore ad clariorem omnium notitiam confirmamus, et suscipi, obseruariq. decernimus. Mandamus autem in virtute sanctæ Obedientiæ, & sub pęnis à sacris Canonibus constitutis, alijsq. grauioribus etiam priuationis, arbitrio nostro infligendis, vniuersis, & singulis, venerabilibus Fratrib. nostris, Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & alijs quibusuis Ecclesiarū Prælatis, cuiuscunque status, gradus, ordinis, & dignitatis sint, etiam si Cardinalatus honore præfulgeant, vt eadem decreta, & statuta in Ecclesijs suis, Ciuitatibus, et Diœcesibus, et in iudicio, & extra iudicium diligēter obseruēt, et à subditis, quisque suis, ad quos quomodolibet pertinent, inuiolabiliter faciāt obseruari: cōtrafactores quoslibet, & cōtumaces per sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas, etiam in ipsis decretis contentas, appellatione postposita, compescendo, inuocato etiam, si opus fuerit, brachij sæcularis auxilio. Ipsum verò charissimū filium nostrum Imperatorem electum, cęterosq. Reges, Respublicas, ac Principes Christianos monemus, & p viscera misericordiæ Domini Nostri Iesu Christi obtestamur, vt, qua pietate Concilio per Oratores suos affuerunt, eadem pietate, ac pari studio, diuini honoris, & populorum suorum salutis causa, pro Sedis quoque Apostolicæ & sacræ Synodi reuerentia, ad eisdem Concilij exequenda, et obseruanda decreta Prælatis, cum opus fuerit, auxilio & fauore suo adsint, neque aduersātes sanæ, ac salutari Concilij doctrinæ opi-

niones à populis ditionis suæ recipi permittāt, sed eas penitus interdicāt. Ad vitandum præterea peruersionem, & confusionē quæ oriri posset, si vnicuique liceret, prout ei liberet, in decreta Concil. commentarios, & interpretationes suas edere; Apostolica auctorit. inhibemus omnibus tā Ecclesiasticis personis, cuiuscūque sint ordinis, cōditionis, & gradus, quā laicis, quocūque honore, ac potestate præditis, prælatis quidē sub interdicti ingressus Ecclesiæ, alijs verò, quicunque fuerint sub excōmunicationis latæ sententiæ pœnis, ne quis sine auctoritate nostra audeat vllos commentarios, glossas, annotationes, scholia, vllumve omninò interpretationis genus super ipsius Concilij decretis quocūque modo edere, aut quidquā quocumque nomine, etiam sub prætextu maioris decretorum corroborationis, aut executionis, aliove q̄sito colore statuere. Si cui verò in eis, aliquid obscurius dictū, et statutū fuisse, eamq. ob causam interpretatione, aut decisione aliqua egere visū fuerit, ascendat ad locum, quē Dominus elegit, ad Sedem videlicet Apostolicam, omnium fidelium magistram, cuius auctoritate etiam ipsa Sancta Synodus tam reuerēter agnouit. Nos enim difficultates, & cōtrouersias, si quæ ex eis decretis ortæ fuerint, nobis declarandas, & decidendas, quemadmodum ipsa quoque S. Synodus decreuit, reseruamus; parati, sicut ea de nobis merito cōfisa est, omnium Prouinciarū necessitatibus ea ratione, qua commodior nobis visa fuerit, prouidere. Decernentes nihilominus irritum, & inane, si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Vt hæc autem ad omnium noti-

tiam

tiam perueniāt; neve quis excusatione ignorationis vti possit: volumus, et mandamus, vt hæ litteræ per aliquos Curiæ nostræ Cursores in Basilica Vaticana Principis Apostolorum, & in Ecclesia Lateranensi tunc, cum in eis populus, vt Missarum solemnibus intersit, congregari solet, palàm, & clara voce recitentur; &, postquam recitatæ fuerint, ad valuas earum ecclesiarum, itemq. Cancellariæ Apostolicæ, & loco solito Campi Floræ affigantur; ibique, vt legi, & omnibus innotescere possint, aliquantisper relinquantur. Cum autem inde amouebuntur, relictis de more ibidem exemplis, in alma Vrbe ad impressionem tradentur, quo cōmodiùs per Christiani nominis Prouincias, & Regna diuulgari possint, Transumptis quoque earum, quæ manu alicuius publici Notarij scripta, subscriptave, & sigillo, ac subscriptione alicuius personę, in dignitate Ecclesiastica cōstitutæ, munita fuerint, fidem sine vlla dubitatione haberi mandamus atque decernimus. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis, monitionis, inhibitionis, reseruationis, voluntatis, mandatorum, & decretorum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotētis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum.

Dat. Romæ apud S. Petrum, anno Incarnat. Dominicæ 1563. 7. Kal. Februarij, Pontificatus nostri Anno quinto.

Ego Pius, Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.
Ego F. Pisanus, Episc. Osti. Decanus.
Ego Fed. Card. Cæsius, Episc. Portuen.
Ego Io. Card. Moronus, Episc. Tusculanen.
Ego A. Card. Farnesius, Vicecanc. Episc. Sab.

......

Ego Card. S. Angeli, maior Pænitent.

......

Ego Io. Card. S. Vitalis.
Ego Io. Michael, Card. Saracenus.

......

Ego Io. Bapt. Cicada, Card. S. Clementis.
Ego Scipio Card. Pisarum.
Ego Io. Card. Romanus.
Ego F. M. G. Card. Alex.
Ego Clemens Card. Aracæli.
Ego Io. Card. Sabellus.

......

Ego B. Card. Saluiatus.
Ego Ph. Card. Abburd.
Ego Lud. Simoneta.

......

Ego F. Carp. Pacieccus, y de To.
Ego M. A. Card. Amulius.
Ego Io. Franc. Card. de Gambara.
Ego Carolus Card. Borromæus.
Ego M. S. Card. Constant.
Ego Alph. Card. Gesualdus.
Ego Hipp. Card. Ferrar.
Ego Franciscus Card. Gonzaga.

......

Ego Gui. Asc. Diac. Camard.
Ego C. Vitellotius Card. Vitellius.

Ant. Florebellus Lauellinus. H. Cumyn.

C A

CATALOGVS

Legatorum, Patrum.

Oratorum, & Theologorum, qui ad Sacrosanctam œcumenicam Tridentinam Synodum conuenerunt à principio vsque ad finem, qui fuit die 4. Decemb. MDLXIII. sub Pio IV. Pont. Max.

Quorum nomina, & cognomina, & Patriæ, & Dignitates infra continentur.

HErcules Gonzaga S.R.E. Presb. Card. tit. S. Mariæ Nouæ, Mantuanus, obijt Tridenti die 2. Martij, 1563. & sepultus est Mantuæ.

Hieronymus Seripandus S.R.E. Presb. Card. tit. S. Susannæ, Neapolitanus, obijt Tridēti. 19. Martij 1563. & ibi sepultus in Ecclesia S. Marci, Ordinis Fratrum Heremitarum S. Augustini, quorum olim fuerat Generalis.

Joannes Moronus, S.R.E. Card. Episcop. Prenestinus Mediolanensis, inde mortui S.R.E. Card. de Mantua locum missus.

Stanislaus Hosius S.R.E. Presb. Card. tit. S. Laurentij in Palisperna, Polonus, Vuarmien.

Ludouicus Simoneta S.R.E. Presb. Card. tit. S. Cyriaci in Thermis, Mediolanen.

Marcus Siticus S.R. Eccles. Diaconus Cardinal. Basilicæ

duodecim Apostolorum, de Altaemps, Germanus.

Bernardus Nauagerius S.R.E.Presby.Car.tit.S.Nicol. inter imagines Venetus, inde mortui Cardinalis Seripandi, locum missus.

Cardinales non Legati.

Carolus à Lotharingia, S.R.E.Presby.Card.tit.S.Apollinaris, Princeps, & Archiepiscopus Rhemensis, Gallus.

Ludouicus Madrutius, S.R.E. Diaconus Card. electus Episcopus Tridentinus, Germanus.

Oratores, quorum nomina hic describentur, iuxta eorum loca, quæ in eadem sacrosancta Synodo habuerunt.

Oratores Ecclesiastici sedebant à manu dextera Legatorum, videlicet.

Antonius de Muglitio, Morauus, Archiep. Pragensis, Orator Cæsareus.

Georgius Drascouitius, Croatus, Episcopus quinque Ecclesiæ, Orator Cæsareus pro Regno Hungariæ.

Valentinus Herbutus, Polonus, Episcop. Præmisciensis, Orator Serenissimi Regis Poloniæ.

Marcus Antonius Bobba Casalensis, Episc. Augusten. in Pedemontio, Excellentissimi Ducis Sabaudiæ Orator, nunc Cardinalis.

Hiero-

Hieronymus de Gaddis Florentinus, Episcop. Cortonensis, Orator Excellentissimi Ducis Florentiæ, missus in locum Ioan. Strozij.

Frater Martinus Royas Portalrubeo, Hisp. Orator Relig. Hierosolymitanæ.

Oratores sæculares sedebant à manu sinistra Legatorum.

Sigismundus à Tuun, Tridentinus, Orator Cæsareus.

Ludouicus de Lansac. — *Renaldus Ferrerius Præsidens in Parlamen. Pariensi, & Guida Faber, Iud. maior Tholose* } *Oratores Christianiss. Galliarum Regis.*

Ferdinandus Martineus Marzcarenus, Orator Serenissimi Regis Portugal.

Nicolaus de Ponte, Doctor & eques, & Matthæus Dandalus, eques. } *Oratores Serenis. Dominij Venetorum.*

Melchior Lussi eques auratus, Orator septem Cantonum Heluetiorum.

Augustinus Pangratner I. V. D. de Monachio, Orator Excellentissimi Albertis, Ducis Bauariæ.

Claudius Fernandez Quignonij, Comes Lunensis, Orator Regis Catholici in locum Illustrissimi Ferdinandi de Aualos Marchionis Piscariæ missus, obijt Tridenti, die 20. Decembris 1562. post finem Concilij, ibique sepultus est.

Hic separatim ab alijs Oratoribus, sedebat apud Reue-

rendissimum Thelesinum Secretarium S. Synodi, ob contentionem super præcedentia, ortam inter ipsum, & Oratores Regis Christianissimi.

Patriarchæ.

Antonius Helius Iustinopolitanus, Hierosolymitanus.
Daniel Barbarus, Venetus, electus Aquilegiensis.
Ioannes Triuisanus, Venetus, Venetiarum.

Archiepiscopi Pauli Tertij.

Ferdinãdus Annius, Neapolitanus, Archiepisc. Amalphitan. nunc Episc. Bouinus.
Petrus Lan[illegible]us, Venetus, Archiepisc. Creten.
Petrus Antonius de Capua, Neapolitanus, Archiepiscopus Hidruntinus.
Marcus Cornelius, Venetus, electus tunc Archiepiscopas Spalatrensis.
Sebastianus Leccauella, Græcus, Ord. Præd. olim Archipisc. Naxiensis, nunc Episc. Literanen.
Petrus Guerrero, Hisp. Archiepisc. Granatens.
Antonius Altouitus, Florent. Archiepisc. Florent.
Cæsar Cibò Genuensis, Archiepisc. Taurinensis, obijt Tridenti die 26. Decembr. 1562.

Archiepiscopi Iulij Tertij.

Paulus Æmilius Verallus, Romanus, olim Archiepisc. Rossanen. nunc Episc. Caputaquen.

Ioan.

Ioan. Brunus de Orchino, Macedo, Regis Seruiæ, Primas, Archiepisc. Antibaren.

Ioannes Baptista Castaneus, Romanus, Archiepiscopus Rossanen.

Ioannes Baptista Vrsinus, Romanus, Archiepisc. sanctæ Seuerinæ.

Archiepiscopi Pauli Quarti.

Ludouicus Beccatellus, Bononien. Archiepiscopus Ragusinus.

Mutius Calinius, Brixiensis, Archiepisc. Iadrensis.

Sigismundus Saracenus, Neapolitan. Archiepisc. Materanus.

Antonius Perrages de Castilegio, Hispanus, Archiepisc. Calaritanus.

Iulius Pauesius, Brixiensis, Ordin. Prædic. Archiepiscopus Surentinus.

Bartholomæus de Martyribus, Lusitanensis, Ord. Præd. Archiepisc. Bracaren.

Augustinus Saluago, Genuensis, Ord. Prædic. Archiepiscop. Genuen.

Archiepiscopi Pij Quarti.

Philippus Mocenicus, Venetus, Regni Cypri Primas, & Legatus, Archiepisc. Nicosien.

Gulielmus d'Auason, Gallus, Archiepisc. Ebreduen.

Antonius Caucus, Venetus, Archiepisc. Corcirensis.

Ger-

Germanicus Bandinus, Senensis, electus Archiepiscopus Senarum.

Marcus Antonius Columna, Romanus, Archiepisc. Tarentinus, nunc Card. tit. . . . .

Gaspar de Fosso, Consentinus, Ordin. S. Francisci de Paula Calab. Archiepiscopus Rhegynus.

Antonius de Muglitio, Morauus, Orator Cæsareus, Archiepiscopus Pragensis.

Maximus de Maximis, Romanus, Archiepiscopus Amalphitanus.

Gaspar Ceruantes de Garta, Hispanus, Archiep. Messan. nunc Salernitanus.

Leonardus Marinus, Genuensis, Ord. Præd. Archiepisc. Lancianens.

Octauianus Præconius, & Massanensis, Ordin. Min. Conuent. S. Francisci, Archiepiscop. Panorm.

Nicolaus de Pelue, Gallus, Archiepisc. Senonnensis.

Antonius Iustinianus, Chiensis, Ord. Præd. Græcus, Archiepiscop. Naxien.

Antonius Puteus Nicenus, Archiepiscop. Baren.

Episcopi Leoni Decimi.

Vincentius Nicosantius de Fano, Episc. Arbensis.

Ioannes Franc. de Flisco, Ianuen. Episc. Andrien.

Ioan. Thomas de S. Felicio, Neapolit.

Episcopi Adriani Sexti.

Quintus de Rusticis, Romanus, Episcop. Milleten.

Epi-

Episcopi Clementis Septimi.

Lucas Bizantius de Catharo, Episc. Catharen.
Aloysius Pisanus, Venetus, Episc. Patauin. nunc Card.
Alexander Piccolominus, Senen. Episc. Pientin.
Dionysius Græcus, Ord. min. S. Francisci de Obseruantia, Episcop. Millopotamen.
Gabriel de Veneur, Gallus, Episc. Ebroicensis.
Gulielmus de Monthas, Episc. Loctorensis.

Episcopi Pauli Tertij.

Antonius à Camera, Sabaudus, Episc. Bellicen.
Nicolaus Maria Caracciolus, Neapolitanus, Episc. Catanien.
Bernardus Bonioannes, Romanus, Episc. Camerien.
Fabius Nirtus, Neapolitanus, Episc. Caiacen.
Scipio Bongallus, Romanus, Episc. Ciuitatis Castellanæ.
Georgius Cornelius, Venetus, Episc. Taruisinus.
Vincentius Durantius Brixiensis, Episc. Thermularum.
Mauritius de Petra, Papien. Episc. Vigleuen.
Martius de Martijs, Medices, Florentinus, Episc. Marsicen.
Ioannes Vincentius Michaelius, Barolitanus, Episcopus Minerbinen.
Gabriel de Boueri, Gallus, Episc. Andegauen.
Leonardus Haller, Germanus, Episc. Philadelphien.
Lud. Vãninus de Theodolis, Forliuiens. Episc. Britoriens.

obijt

obijt Tridenti die 11. mensis Ianuarij 1565.

Ægydius Falcetta, Cingulanus, Episcop. Caplulanus, nunc Britonoriensis.

Iulius Contarenus, Venetus, Episc. Ciuitatis Bellunen.

Thomas Casellus, Rossanen. Ord. Prædic. Episc. Canen. iunior.

Hippolytus Ariuaben⁹, Mãtuanus, Episc. Hieragetren.

Hieronymus Machabæus, Rom. Episc. Castren.

Petrus Augustinus, Hispanus, Episcop. Oscen. & Iacensis.

Iacobus Naclantus, Florentinus, Ord. Prædic. Episcop. Clodiensis.

Bartholomæus Sirigo, Creten. Græcus, Episcop. Castellaneten.

Thomas Stella, Venetus, Ord. Prædic. Episc. Iustinopolitan.

Petrus du Val, Gallus, Episc. Sagiensis.

Ioan. Antonius Pantusa, Consentinus, obijt Tridenti, die 27. Octobr. 1562. Episc. Litterensis.

Ioannes Baptista de Grossis Mantuanus, Episcop. Regiensis.

Ioannes Guarez, Lusitanus, Ordin. sancti Augustini, Episc. Conimbricen.

Philippus Ricabella, Recanaten. Episc. Recanat.

Ioan. Iacobus Barba Neapolitan. Ord. S. Augustini, Episcop. Interamnen.

Michael à Turre, Vtin. Episc. Ceneten.

Pompeius Zambeccarius, Bonon. Episc. Sulmonen.

Ioan. Beroaldus, Panormitanus, Episc. S. Agathæ.

An-

Antonius Scarampus, Aquensis, Episc. Nolanus.
Antonius de Comitibus, Genuen. Ord. Præd. Episcop. Brugnacen.
Cæsar Foggia, Rossanen. Episc. Vmbriaticen.
Cæsar Comes à Gambara, Brixien. Episc. Tortonen.
Io. Baptista de Bernardis, Lucen. Episc. Adiacen.
Martinus Perezius de Ayala, Hisp. Episc. Sogobien.
Nicolaus Psalme, Gallus, Episc. Verdunen.
Alphonsus Rosettus, Ferrariensis, Episc. Comaclen. nunc Ferrarien.
Iulius Parisianus, de Tolentino, Episc. Ariminen.
Bartholomæus Sebastianus, Hisp. Episc. Pacten.
Franciscus Lambertus, Sabaudus, Episc. Nicien.
Maximilianus Doria, Genuen. Episc. Naulen.
Eustachius du Bellay, Gallus, Episc. Parisien.
Batholomæus de Capranica, Romanus, Episc. Carinen.
Ennius Massarius de Narnia, Episc. Feretranus.
Achilles Brancia, Neapol. Episc. Bouen.
Io. Franciscus Verdura, Messanen. Episc. Chironen.
Albertus Duimius de Gliricis, Ord. Prædic. de Catharo, Episc. Veglen.
Ioãnes Antolizen de Bricianos de la Ribera, Hispanus, Episc. Iuuenacen.
Tristanus de Brizet, Gallus, Episc. Xanoten.

Episcopi Iulij Tertij.

Ascanius Gerardinus de Amelia, Episc. Cattacen.
Marcus Gonzaga, Mantuanus, Episc. Assueren.

Baldo-

Baldouinus de Baldouinis, Pisanus, Episc. Auersanen.
Petrus Franciscus Pallauicinus, Genuensis, Episc. Aleriensis.
Ægidius Fuscararius, Bonon. Ord. Prædic. Episcopus Mutinen.
Timotheus Iustinianus de Chio, Græcus, Ord. Præd. Episcop. Caiamonensis.
Didacus de Almansa, Hispanus, Episc. Corien.
Lactantius Rouerella, Ferrarien. Episc. Asculanus.
Ambrosius Monticula, Lunensis, Sarzanen. Episcopus Signinus.
Sebastianus Gualterius, Romanus, Episc. Viterben.
Honoratus Fascitellus, Monachus Ord. S. Bened. Neapolitanus, qui obijt Romę in Mense Martio 1564. Episc. Insulanus.
Petrus Camaianus, Aretinus, Episc. Ferularum.
Horatius Græcus, Troianen. Appulus, Episc. Lesinen.
Fabius Cuppelata Placentinus, Episc. Lacedonen.
Gaspar de Casal, Lusitanus, Ord. S. Aug. Episc. Leirien.
Bernardinus de Cuppis, Romanus, Episc. Auximanus.
Ioannes de Moruillier, Gallus, Episc. Aurelianen.
Iulius Gentilius Tortonen. Episc. Vultarien.
Adrianus Fuscouius, Romanus, Episc. Aquinus.
Antonius de S. Michaele, Hispanus, Ordin. S. Francisci de Obser. Episc. Montis Marani.
Hieronymus Melchiorius, Recanatensis, Episcopus Maceraten.
Petrus de Petris de Monte, Aretinus, Episc. Lucerinus.
Cæsar Iacomellus, Romanus, Episc. Bellocastren.

Iulius

Iulius Gritus, Venetus, Episc. Parentinus.
Iacobus Siluestrius Piccolominus de Cælano, Episcop. Aprutinus.
Ludouicus de Bresze, Gallus, Episc. Melen.
Iacobus Magnanellus, Senen. Episc. Grossetan.
Io. Andr. Carcius de Tibure, Episc. Tyburtin.
Francisc. Ricardotus, Burgundus, Episc. Atrebaten.
Carolus Cicada Genuen. Episc. Albingan.
Franc. Maria Piccolominus, Sen. Episc. Ilcinen.
Acceiscului, Moya de Contreras, Hisp. Episc. Vicen.
Galeatius Roscius de Interamna, qui obijt Tridenti, die 19. Octobr. 1563. Episc. Assisien.
Iacobus Maria Sala, Bonon. Episc. Viuarien.
Gabriel de Monte S. Sabini, Episc. Hesinus.
Marianus Sabellus, Rom. Episc. Eugubinus.
Agapitus Bellomo, Rom. Episc. Casertanus.
Iulius Cananius, Ferrarien. Episc. Hadriens.
Iulius Galletus Pisanus, Episc. Alexanen.
Hieronymus Burgensis, Gallus, Episc. Cathadonen.

Episcopi Pauli Quarti.

Scipio Æstensis, Ferrarien. Episc. Casalen.
Didacus Sarmiente de Sottomaior, Hispanus, Episcopus Astoricen.
Thomas Coduclus, Anglus, Episc. Assaphen.
Faustus Capharellus, Rom. Episc. Fundanus.
Bellissarius Baldinus, Neapol. Episc. Larienen.
Vrbanus Vigerius de Ruere, Genuen. Episc. Senogallien.
Iacobus Suretus, Græcus, Episc. Millopotamen. iunior.

Ioan.

Io. Baptista Osius, Romanus, Episc. Reatinus obijt die 12. Nouembr. 1562.

Marcus Laureus, Tropiensis Ord. Præd. Episc. Cāpanien.

Franciscus de Beauquere, Gallus, Episcop. Metensis.

Io. Franciscus Commēdunus, Venetus, Episc. Zacinthen. nunc Card.

Carolus de Grassis, Bonon. Episc. Montis Falisci.

Arias Gallego, Hisp. Episc. Gerunden.

Hieron. Gallego, Hisp. Episc. Oueten.

Hercules Rettinger, German. Episc. Laurentinus.

Iulius de Rubeis, Polian. Episcop. S. Leonis, obijt Romæ in mense Martio 1564.

Ioan. de Munnatones, Hisp. Ord. Sancti Augustini, Episcop. Segorbicen.

Franciscus Blanco, Hisp. Episc. Aurien.

Vincentius de Luchis, Bonon. Episc. Anconitanus.

Pompeius Piccolhomineus de Aragonia, Episc. Topien.

Petrus Barbaricus, Venetus, Episc. Cursolen.

Franciscus Bachodinus, Sabaudien. Episc. Gebennen.

Carolus de Angennens, Gal. Episc. Cenoman.

Hieronym. de Nichisola, Veronen. Ord. Prædic. Episc. Theanen.

Marcus Antonius Bobba, Casalen. Episc. Augusten. nunc Cardinalis.

Iacobus Lomellinus, Episc. Mazarien.

Donatus de Laurentijs de Asculo, Appulus, Episcop. Arianen.

Petrus Contarenus, Episc. Paphen.

Petrus Danesius, Gallus, Episc. Vauren.

Hiero-

Hieronymus Sauorgnanus, Forolimien. Episc. Sibinicen.
Philippus du Bee, Gallus, Episc. Veneten.
Carolus de Rouey, Gallus, Episc. Suessionen.
Georgius Drascouicius, Croatus, Episc. Quinque Eccles.
Franciscus de Aguirre, Episc. Crotonen.
Andreas de Cuesta, Hisp. Episc. Legionen.
Antonius Gorroinero, Hisp. Episc. Almerien.
Antonius Augustinus, Hispan. Episc. Ilerden.
Angelus Massarellus, Septempedanus, Episc. Thelesin.
Antonius Ciurelia, Barensis, Episc. Buduensis.
Dominicus Casablanca, Messan. Ord. Prædic. Episcopus Veicensis.
Petrus Faunus Costacciarius, Episc. Aquen.
Io. Carolus Bouius, Bonon. Epis. Octunen. nunc Archiepisc. Brundusinus.
Hugo Boncompagnus, Bon. Episc. Vestanus, nũc Car. tit. S. Six. deinde Pon. Max. 1572. nũcupatus Greg. XIII.
Saluator Pacinus de Colle, Episc. Clusinus.
Lupus Martinez, Hisp. Episcop. Elnen.
Carolus de Espinay, Gallus, Episc. Dolen.
Ægidius Spifame, Gallus, Episc. Niuernen.
Antonius Sebastianns Minturnus, de Traiect. Episcop. Vxentin.
Bernardus del Bene, Florentinus, Episc. Nemausen.
Dominicus Bollanus, Venetus, Episc. Brixien.
Io. Antonius Vulpius, Comen. Episc. Comen.
Ludouicus de Ginolhac, Gallus, Episc. Tutellen.
Philippus Maria Campegius, Bonon. Episc. Feltren.
Io. de Quignones, Hisp. Episc. Calaguritan.

Y Dida-

Didacus Couarruuias de Leyua, Hisp. Episc. Ciuitaten.
Philippus Gerius, Pistorien, Episc. Isclanen. nunc Assisien.
Jo. Antonius Fachinetus, Bon. Episc. Neocastren. Card. à Greg. XIII. 1582. 12. Dec. & postea Sum. Pont.

Episcopi Pij Quarti.

Jo. Fabritius Seuerinus, Neapolitanus, Episc. Aceren.
Martinus Ritouius, Flander, Episc. Ipren.
Antonius Hauetius, Ordin. Prædicatorum, Flander, Episc. Namurcen.
Constātinus Bonellus, Feretran. Episc. ciuitatis Castelli.
Julius Superchius, Ord. Carmelitarum, Mantuanus, Episcop. Accien. nunc Caprulan.
Matthæus de Concinis, Florentinus, Episcopus Cortonens.
Nicolaus Sfondratus, Mediolanensis, Episcopus Cremonens. Card. à Greg. XIII. 1583. 12. Decemb. & Papa die 5. Decembr. 1590. appellatur Greg. XIV.
Ventura Buffalinus, Romanus, Episcopus Massanens.
Ludouicus de Bueil, Gallus, Episcopus Vencien.
Hieronymus Galleratus, Mediol. Episcopus Sutrinus.
Jo. Petrus Delphinus, Venetus, Ord. Canon. Regularium, Episcopus Zacynthi, & Cephaloniæ secundus.
Jo. Andreas Bellonius, Messanen. Episcop. Massalubren.

. . . . .

Federicus Cornelius, Venetus, Episcopus Bergomen.
Stephanus Bouther, Gallus, Episcopus Corisopiten.
Jo. Paulus Amanius, Cremens. Episcopus Anglonen.
Alexander Sfortia de S. Floria, Episc. Parmen. nunc Card.

Card. tit. S. Mariæ in Via.
Antonius le Cirier, Gallus, Episc. Abrincen.
Andreas Mocenicus, Venetus, Episc. Nimosien.
Benedictus Saluinus, Firmanus, Episc. Verulanus.
Gulielmus Cassador, Hisp. Episc. Barchionen.
Petrus Gonzalez de Mendoza, Hispanus, Episc. Salamantin.
Martinus de Corduba de Mendoza, Hisp. Ordin. Prædic. Episc. Dertusen.
Iulius Magnanus, Placentinus, Ord. Min. Conu. S. Franc. Episc. Caluen.
Valentinus Herbutus, Polonus, Episc. Præmisilien.
Simeon Aleotus Foroiulien. electus Episc. Foroiulien. mortuus est Tridenti die 20. Augusti 1562.
Petrus de Xaque, Hisp. Ord. Præd. Episc. Niochen.
Prosper Rebiba Messanen. Episc. Troianus.
Melchior Auosmediano, Hisp. Episc. Guadiscen.
Hippolytus de Rubeis, Parmensis, Episc. Papien.
Didacus de Leon, Hisp. Ord. Carmel. Episc. Columbrien.
Annibal Saraceuus, Neap. Episc. Licien.
Paulus Iouius, Comen. electus Episc. Nucerien.
Hieronymus Triuisanus, Venetus, Ord. Præd. mortuus est Tridenti die 9. Septembr. 1562. Episc. Veronen.
Hieronymus Ragazzonus, Venetus, Episc. Famagust.
Romulus de Valentibus, de Trebia, Episc. Conuersan.
Lucius Maranta Venusinus, Episc. Lauellen.
Simon de Nigris, Genuen. Episc. Sarazanen. mortuus Cardinalis.
Theophillus Gallupus, Tropien. Episc. Oppiden.

Iulius Simoneta, Mediolanen. Episc. Pisauren.
Petrus de Albert, Gallus, Episc. Conuenarum.
Iacobus Guidius, Volaterranus, Episc. Pennen. Arien.
Didacus Ramirez, Hisp. Episc. Pampilonen.
Franciscus del Gado, Hisp. Episc. Lucen.
Ioannes Clausse, Gallus, Episc. Senecen.
Iacobus Gibertus de Nogueras, Hisp. Episc. Aliphan.
Ioannes Annius, Neapol. Episc. Hippolen. & Coadiutor Bouinus.
Antonius Maria de Saluiatis, Romanus, in Gallia, Episcopus S. Pauli. Card. à Greg. XIII. 1583.
Matthæus Priulus Venetus, Episc. Æmonien. nunc Vincentinus.
Thomas Lilius, Bonon. Episc. Soranus. deinde Plac.
Hieronymus Guerinus, Ferretranus, Episc. Imolen.
Thomas Oyerllaite, Hibernus, Episc. Rossen.
Franciscus Valete, Gallus, Episc. Vabren.
Fabius Pignatellus, Neapolitanus, Episcopus Monopolitanus.
Carolus de Vicecomitibus, Mediolanen. Episc. Vintimilien.

mortuus Card. tit......

Ioannes Colosaurinus, Hungarus, Ordin. Prædicat. obijt Tridenti die 24. Nouembris, Anno 1562. Episcopus Canadiensis.
Andreas Duditius Sbardellatus, Hungarus, Episc. Tinien. nunc Quinque Ecclesiæ.
Spinellus Bencius, Politianus, Episc. Montispolitiani.
Franciscus Abondius, Castillioneus, Episcopus Bobien.

nunc

nunc Cardinalis tit.....
Stanislaus Falesci, Polonus, Episc. Theodosien.
Eugenius Ohairt, Hibernus, Ord. Præd. Episc. Achaden.
Donaldus Mangongial, Hibernus, Episc. Rapoten.
Guido Ferrerius, Pedemontanus, Episc. Vercellen. nunc Card. tit....
Io. Baptista Sighicellius, Bonon. Episc. Fauentinus.
Sebastianus Vantius de Arimino, Episc. Vrbeuetan.
Io. Baptista Lomellinus, Messanen. Episc. Grandien.
Io. Baptista Milanesius, Florent. Episc. Marsican.
Augustin. Mollignatus, Vercellensis, Episc. Triuicanen.
Carolus Grimaldus, Genuen. Episc. Sauonen.
Fabritius Landrianus, Mediolanen. Episc. S. Marci.
Bartholomæus Ferrantius, Amerinus, Episcopus Amerinus.
Petrus Fragus, Hisp. Episc. Vsellen.
Hieronymus de Gadis, Florentinus, Episc. Cortonen.
Franciscus Contarenus, Venetus, Episc. Paphen.
Io. Delphinus, Venetus, Episc. Torcellanus.
Alexander Molus, Comen. Episc. Minoren.
Hieronymus Vielmus, Venetus, Ord. Prædic. Episc. Argolicen.
Franciscus Raguseus Ord. S. Francisci de Obser. Episc. Marchanen.

Abbates.

Hieronymus Gallus, Abb. Clarauallen.
Symplicianus Abb. Sancti Saluatoris Papiæ, de Vul-

tulina, Congregationis Cassinen.

Stephanus Catanius, Nouarien. Abb. S. Mariæ Gratiarum Platen. dictæ Congregat. Cassinen.

Augustinus Loscus, Hispanus, Abb. S. Benedicti de Ferraria, Congregat. Cassinen.

Eutichius Cordes, Antuerpien. Abb. S. Fortunati apud Bassianum, Congreg. Cassinen.

Claudius Sainctes, Gallus, Abb. Luneuillan.

Cosmus Damianus Hortolanus, Hispan. Abb. Villebertrandi.

Generales.

Vincentius Iustinianus, Genuen. Generalis, Ord. Prædicatorum. Card. Pii V.

Franciscus Zamorra, Hispanus, Generalis, Ordin. Min. de Obseruantia.

Antonius de Sapientibus, Augustanus, Generalis Ord. Min. Conuentualium.

Christophorus Patauinus, Generalis, Ord. Heremitarum S. Augustini.

Io. Baptista Migliauacca, Asten. Generalis, Ord. S. Mariæ Seruorum.

Stephanus Fazinus, Cremen. Prouincialis Lombardiæ, pro Generale Carmelitarum.

Iacobus Lainez, Hispanus, Præpositus Generalis Societatis Iesu.

Thomas . . . Ciuitatis de Castello, Generalis Capuccinorum.

Do-

Doctores Legum pro sacro Concilio.

Gabriel Paleotus, Bonon. Auditor Rotæ, nunc Card. tit. S. Nerei, & Achilei.
Scipio Lancellotus, Rom. Aduocatus Consistorialis, Card. à Greg. XIII. 1583.
Io. Bapt. Castellius, Bonon. Promot. deinde Episc. Arim.
Michael Thomasius, Maioricen. Doctor Decretorum.

Theologi à Summo Pontifice missi.

F. Petrus de Soto, Ordin. Prædicatorum, Hisp. obijt Tridenti, mense Aprilis, 1563.
Alphon. Salmeron, Hisp. Societatis Iesu.
Franciscus Torensis, Doctor Theologus, Hispanus.
Antonius Solisius, Doctor Theologus, Hisp.
F. Camill⁹ Cāpegius, Papien. Inquis. Ferrariæ, Ord. Pred.
Fr. Hieronymus Braub, Hisp. Ord. Prædicatorum.
Fr. Andrianus Valentinus, Venetus, Ord. Prædic. inde mortui F. Petri de Soto locum, nunc Illustriß. Dominij Veneti Inquisitor Generalis.

Doctores Theologicæ facultatis Parisiensis, missi à Carolo IX. Galliarum Rege Christianissimo.

Nicolaus Maillard. Decanus facultatis Parisiensis.
Ioannes Peletier.
Antonius Demochares.

Nicolaus de Bris.
Iacobus Hugonis, Franciscanus, idem etiam Procurator Reuer. Io. Vrsini Episcopi Trecorensis.
Simon Vigor.
Richardus du Pre.
Natalis Paillet, obijt Tridenti 7. Kal. Decembr. 1562.
Robertus Fournier.
Antonius Coquier.
Lazarus Broychet.
Claudius de Saintes, Canon. Regularis.

Theologi, missi à Philippo Rege Catholico.

Cosmas Damianus, Hortolanus, electus Abb. Villabertrandi.
Ferdinandus Tritius Doctor, Theologus, Canonicus Caurien.
Ferdinandus Vellosillus, Doctor Theologus, Canonicus Saguntinus.
Thomas Dassio I.V.D. Canonicus Valentinus.
Licenciat. Antonius Couarruuias, Auditor Granaten.
Ferdinandus Menacacensis, Decretorum Doctor.
Frater Ioannes Ramirez, Hispan. Minister Prouin. Diui Iacobi.
Frater Alphonsus Contreras, Commissarius Ord. in curiæ Regis Hispaniæ.
Frater Michael de Medina, Hisp. Ord. Minor. S. Theologiæ Doctor.

Frater

Frater Io. Lobera, Hispan. S. Thologiæ Lector Salamanticæ missus in societatem ministri Prouincialis D. Iacobi sup. memorati.

Cosmus Palma Fonteyus S. Theologiæ Lector. Hisp. Hortolani Abb. descrip. & Comes.

Fr. Io. Gallo, Hisp. Ord. Prædicat.

Fr. Petrus Fernandez, Hisp. Ord. Prædic. in societate Magistri Gallo.

Frater Desiderius de S. Martino, Panor. Ord. Carmelitan.

Michael Baius ab Atho, S. Theologiæ Doctor.

Io. Hesseles, Louanij, S. Theologiæ Doctor.

Cornelius Iansenius, Hulstensis, S. Theologię Doctor.

Theologi missi à Rege Portugaliæ.

F. Franciscus Foriero, Ord. Prędic.

D. Iacobus à Payua de Andrade, Lusitanus, Doctor Theologus.

D. Melchior Cornelius, Decretorum Doctor, Senator Regis Portugalię.

Ab Excellentissimo Duce Bauariæ.

Ioannes Cauillonius, Flander ex societate Iesuitarum.

Procuratores Episcoporum absentium.

Merchantus, Doctor Theologus, pro Illustriss. Cardin. de

de Mendoza, Episcop. Burgen.

Io. Gothardius cle. sec. Germanus, pro R. Episc. Ratisbon.

Georgius Hochenuarter cler. sec. Doct. Theologus, Suffraganeus, pro Reuer. Episc. Basileensi.

Frater Felicianus Minguarda à Morbinio, Ord. Præd. pro Illustr. D. Salisburg. Orator.

Petrus Cumes, Doctor Theologus; Cano. Malacitanus, pro Reuer. Malacitano.

Io. Delgadus, Doctor Theolog. Cano. Tydensis, pro Do. Io. de S. Æmiliano Reuer. Episc. Tudensi.

Gaspar Cardillus, Villalpandeus, Segob. Doctor. Theolog. pro Reuer. Episc. Abulen.

Frater Io. de Ludemna, Doctor Theologus, Ord. Prædic. pro Reuer. Episc. Saguntino.

Fr. Franciscus Orantes, Lector Vallisoleti, Ord. Minorum pro Reuer. Episc. Palentino.

Cæsar Ferrantius Suessanus, Doctor Theologus, pro Reuer. Episc. Suessano apud Reuer. Ilerdensem.

Procuratores Ordinum.

Io. Coutigon Doctor Gallus, Prior, & Procurator Ord. Cluniacensis.

Nicolaus Boucherat, Gallus, Prior monasterij de Recluso, Procurator Generalis Ord. Cistercien.

Theologi sæculares, & Doctores iuris Canonici.

Georgius Gerard. Gallus, Doct. Theol. cum R. Andegau.

Gen-

Gentianus Heruetus Gallus, cum Illustr. & Reuer. Cardinale à Lotharingia.

Franciscus Sancius, Decanus, facultatis Theologiæ, & Can. Salamantic. cum Reuer. Salaman.

Matthæus Guerra, Consentinus, Calaber, presbyt. secularis, cum Reuer. Episc. S. Marci.

Federicus Pendasius cum Illust. Card. de Mantua, Legato S. Concilij.

Io. Franciscus Lombardus, cum Illustr. Card. Seripando, Legato S. Concilij.

Petrus Morcatus, Theologus, cum Reuer. Vincensi.

Trigillius, Doctor Theologus, Canonicus Legionen. cum Reueren. Legionen.

Sobannus Doct. Theologus, cum Reuer. Legionen.

Antonius Leitonus, Doctor Theologus, cum Reuer. Coymbricensi.

Petrus Fontidonius, Doctor Theologus, cum Reuerendiß. Salmantino.

Ioannes Villeta, Doctor Theologus, cum Reuerendiß. Barchinonen.

Io. Fonseca, Doctor Theologus, cum Reuerendiß. Episcopo Granaten.

Michael Oroncuspe, Doctor Theologus, cum Reuer. Episcop. Pampilon.

Alphonsus Fernandez de la Guerra, Hisp. Doctor Theologus, cum Reuer. Guadixien.

Michael Ytero D.V.I. cum Reuer. Episc. Pampilon.

Iosephus Puebla, Doct. Theolog. cum R. Episc. Ciuitaten.

Io. Chacon, Doct. iuris Canonici, cum R. Episc. Almer.

Anto-

Antonius Garsias, Doctor Theologus, cum Reuerendiss. Episcop. Oueten.

Benedictus Arias, Montanus, Ord. S. Iacobi, Doctor Theologus, cum Reueren. Sebogien.

Ioannes Barcellona, Theologus, cum Reuerendiss. Episc. Vscellen.

Doctores Galli, Ordinis S. Benedicti.

Ioan. Carthougne, Doctor Theologus.

Ioan. de Verdun, Doctor Theolog.

Theologi Ord. Fr. Prædicatorum.

Angelus Ciosius Florentinus, cum Illustr. Card. Mantuano Legato.

Seraphinus Caballus, Brixia. Prouincialis terræ S. cum Reuerend. suo Generali.

Helisæus Capys, Venetus, Theologus, cum Reuerend. Archiepisc. Pragen.

Petrus Ardien. Gallus, cum R. D. Cenomanen.

Bernardus Bernardi, Gallus, Inquisitor Auinioni, Vicar. Congreg. Franciæ, cum Reuer. D. Nemausensi.

Ioan. Matthæus Valdina. cum Reuer. D. Laurentino.

Petrus Martyr, Coma. Hispan. cum Reuerend. Dom. Gerundensi.

Petrus Zatores, Hisp. cum Reuer. D. Dertusensi.

Antonius de Grosupto, cum Reuerendiss. Dom. Vigliuanensi.

Au-

Aurelius de Chio, cum Reuerendiss. D. Spalatrensi.
Adrianus Valenticus, Venetus, cum Reuerendis. D. Nicosiensi.
Marcus Medices, Verohen. cum Reueren. D. Ceneten.
Benedictus Herba, Mantuanus, cum Reuerend. D. Brixiensi.
Michael de Ast, Genuensis, Prior S. Laurentij.
Constantinus Coccianus, Isorella, cum Reuer. D. Montopolitiano.
Henricus de Sancto Hieronymo, cum Reuerend. D. Bracarensi.
Ludouicus de Sotto maior, cum Reuerendiss. D. Georgio de Tayde.
Baptista de Lugo, cum Reuerend. D. Veronensi.
Hieronymus Barolus, Papien.

Nomina Fratrum Theologorum B. Francisci de Obseruantia, cum suo Generali.

Aloysius de Burgo nouo, Placent. Sacræ Theol. Lector, Bononien. Commissarius Generalis, nunc Ordinis Generalis.
Thomas de Sogliano, Italus Prouinc. Bonon. Magist.
Antonius de Padua, Lusitanus, Ordini Secretarius.
Bonifacius Raguseus Apostolicus Prædicator, Terræ S. gubernator, nunc Episc. de Stagno in Dalmatia.
Angelus de Petriolo, Italus, Lector Sacræ Theologiæ Perusiæ.

Ange-

Angelus Iustinianus, Italus, Lector Sacræ Theologiæ Ianuæ.

Vincentius de Messina, Italus, Sacræ Theologiæ Lector Neapoli.

Iulius Passiranus, Vrceanus Italus, Sacræ Thologiæ Lector Bergomi.

Iacobus Alani, Gallus, Theologus, cum Reuerendiss. Episcop. Veneten.

Nomina omnium Theologorum Ordinis Fr. Minorum Conuentualium, existentium sacro Concilio, cum Reuer. Patre Generali.

Marcus Ant. Gambaronus à Lugo, socius Relig.

Bartholomæus Golphus de Pergula, Prædicator illustris.

Ioannes Tertius, Bergomen. Lector Theologiæ publicus in Gymnasio Papiensi.

Clemens Thomasinus de Florentia, Regens in Conuentu S. Crucis de Florentia.

Augustinus Balbus à Lugo.

Ioannes Baptista Ghisulphus, Ordin. Scriba.

Antonius de Grignano, Regens S. Antonij de Patauio.

Lucius Anguissola Placētinus, Regens S. Fran. Bononię.

Maximianus Beuianus Cremen. Orator pro Religione, et Inquisitor Paduæ.

Octauianus Charus de Neap. Regēs S. Lauren. de Neap.

Antonius Posius de Monte Ilcino, Regens in Conuentu Duodecim Apostolorum Romæ.

Bona-

Bonauentura Meldulen. Regens in Conuentu Parmæ.
Martialis Peregrinus, Calaber, Regens in Conuētu Fer.
Antonius à Cubalo, Feltren.
Andreas Schynopius de Amandula, cum Reuer. Dom. Cathanzario.
Baltassar Crispius, Neapolitanus, cum Reuer. Dom. Tropien.

Theologi Ordinis Fratrum Heremitarum S. Augustini.

Thadæus Perusinus, cum Reuerend. Dom. Saluiato, nunc Generalis.
Io. Paulus Recanatensis, cum R. Do. Quinque Ecclesien. Oratore pro Regno Hungariæ.
Simon Florentinus, cum Illustr. Card. Seripando, Legato.
Cherubinus Lauosius de Cassia, cum Reuerend. D. Vercellen.
Gabriel Verratellus, Anconitanus.
Ambrosius Veronensis, Prior Conuentus S. Marci in Vrbe Tridentina.
Io. Baptista Burgos, Valentinus, Hisp.
Antonius Mondulphensis, qui est cum Reueren. D. Pragen. Oratore.
Ægydius Volaterranus, cum Reueren. Episc. Thinien.
Eugenius Pisaurensis in præterita Quadrag. Conc. Prædicator celeberrimus.
Adamantius Florentinus, qui est cum Illustr. Card. Madrutio.

Aure-

Aurelius Corinaltensis, cum D.Or.Heluetiorum.
Balthassar Massanus, cum Reuer.Episc.Catanien.
Sebastianus Fanesius, eiusdem Ord. Scriba.
Christophorus de Sanctotis, Burgensis, Hisp.
Simon de Brazzolatis Patauinus.
Angelus Ferrus, Venetus, cum Reuer.D.de Osma.
Petrus Lusitanus, cum Reuer.Do.Leiriens.

Theologi Ordinis Fratrum Carmelitarum.

Io. Iacobus Cherecatus Vincentinus, Prouin. Venetiarum, nunc Procurator Generalis Ord.
Theodorus Masius, Mantuanus, cum Reuerend. Domino Cremonensi.
Syluester, Confessor Illustr. Card. Mantuani.
Lucretius Asolanus, cum Reueren.Dom.Patriar. Venetiarum.
Nicolaus Gallus, cum Reuer.P.Generali.
Eraldus Gallus, cum Reuer.P.Generali.
Laurentius Lauretus, Venetus, cum Reuer. Patre Generali.
Angelus Ambrosinus, Venetus.

Theologi Ord. Fratrum Seruorum.

Stephanus Bonuntio, Aretinus.
Amans pro Congregatione Seruorum, cum Reuer. Domin. Sibinicen.

Offi-

Officiales S. Concilij Tridentini.

Episcopus Cauensis, Commissarius.
Episcopus Thelesinus, Secretarius.
Ludouicus Bondonus, Magist. Cærimoniarum.
Antonius Manellus, Depositarius.

Cantores Sacri Concilij.

Simon Bartolinus, Perusinus.
Ioan. Aloysius de Episcopis, Neapolit.
Bartholomæus Conte, Gallus.
Matthias Albo, de Fulgineo.
Franciscus Bustamente, Hisp.
Io. Antonius Latinus, Beneuentan.
Franciscus Druda, Galliensis.
Lucas Longinquus, Gisonen.
Petrus Scorteccius, Aretinus.

Notarij.

Marcus Antonius Peregrinus, Comensis, & Cynthius Pamphylus, de S. Seuerino.
Hieronym. Gambarus, Brixiensis, Forensis.

Cursores S. D. N. & Sacri Concilij.

Nicolaus de Matthæis, & }
Iacobus Carra. } *Allobroges.*

NVMERVS PRÆLATORVM
cuiuscunque nationis, qui ad œcumenicam Tridentinam Synodum conuenere.

Prælati	Itali	187	per Procuratores	2
	Galli	26	per Procuratores	1
	Germani	2	per Procuratores	4
	Hispani	31	per Procuratores	4
	Lusitani	3		
	Græci	6		
	Poloni	2		
	Hungari	2		
	Angli	1		
	Hiberni	3		
	Flandri	2		
	Croati	1		
	Moraui	1		
	Illyrici	3		

IN-

INSCRIPTIONES DIVERSORVM OPERVM.

Quæ plerique eruditissimi, ijdemq. piissimi Patres, durante Tridentino Concilio, vel suo Marte confecere, vel ex aliis congessere, seu vertere, vel penè obliterata restituere; cum auctorum nominibus, eo ordine dispositæ, quo ipsa Opera, vel primum emissa, vel denuò impressa fuerunt.

De Summi Pontificis auctoritate.

De residentia Episcoporum, et beneficiorum pluralitate.

De Pontificis Max. & Cōcilij Generalis auctoritate, ad Basileensium Oratorem responsio corā sanctiss. D. Eugenio Papa IV. Sacro Cardinalium Senatu, cæterisq. Romanæ Curiæ proceribus, in Cōcilio Florentino uiua voce exhibita per Ioānem à Turre Cremata Presbyter. Cardinalem S. Xisti; nunc primum in lucem edita, Opera Camilli Campegij, Theologi Papiensis.

Constitutiones Sāctorum Apostolorum, Doctrina Cath. à Clemente Romano Episcopo, & ciue cōscripta, libri octo. Francisci Turriani prolegomena, & explanationes apologeticæ; in easdem Constitut. Græcè scriptæ.

De Constitutionibus Apostolicis, B. Clemente Romano Auctore, libri octo nunc primum à tenebris eruti, & ad orthodoxam fidem astruendam apprimè vtiles.

Ioanne Carolo Bouio, Episcopo Ostunensium, nunc Ar-

chiepiscopo, Brundusino, interprete.

Eiusdem Scholia in loca, quæ dubitationem aliquam habere videntur.

De Quadripartita Iustitia libri tres. De Sacrificio Missę, & sacrosanctæ Eucharistię celebratione, per Christum in cœna nouissima. De Cœna, & Calice Domini quo ad laicos, & Clericos non celebrantes, libri tres.

Auctore, Gaspare Casalio Lusitano, Legeriensium Episc.

Isaiæ Prophetæ vetus, & noua ex Hebraico versio, cum commentario.

F. Francisco Forerio Vlyssiponensi, S. Theol. professore Dominicano, auctore.

Christiana Parænesis, siue de recta in Deum fide, libri septem.

F. Michael Medina, Hispanus, Ord. Min. de Obseruantia, auctore.

Eiusdem Disputationes de indulgentijs.

Locorum Catholicorum tum sacræ Scripturæ, tum etiam antiquorum Patrum, pro orthodoxa, & vetere fide retinenda libri septem.

F. Francisco Horantio, Hispano, Ord. Min. Regul. Obseruantiæ, auctore.

Petri Fontidonij Segobiensis, Doctoris Theologi, pro sacro œcumenico Concilio Tridentino, Aduersus Ioannem Fabricium Montanum, ad Germanos.

Orthodoxarum explicationũ libri decem, in quibus omnia ferè de Religione capita, quæ his temporibus ab hęreticis in cõtrouersiam vocantur apertè, & dilucidè explicantur, præsertim contra Martini Chemnici pe-

petulantem audaciam.

Authore R.D. Diego Payua Andradio, Lusitano.

Commentarius in sacrum D.N. Iesu Christi Euangelium, secundùm Matthæum.

A.P. Ioannes, Soarez, Episc. Conimbricensis, & Arganisi Comite, editus.

Thomæ ab Argentina cōmentaria in 4 lib. Sētent. recognita, & à mēdis, quibus passim scatebāt, repurgata.

Suprascripti libri omnes ex officina Francisci Ziletti prodiere.

Assertio fidei Catholicæ aduersus articulos vtriusque Confessionis fidei Annæ Burgensis I.D. in Academia Aurelianens. olim professoris.

Auctore Feliciano Ninguarda à Morbinio, Dominicano Doct. Theol. Reuerendiß. & Illustriß. Archiepisc. ac Principis Salisburgen. Consiliario, & in sacro Tridentino Concilio Oratore.

Disputationes aduersus protestationem 35. Hæreticorum Augustanæ confessionis.

Habitæ à Gasp. Cardillo Villulpandeo, Hisp. Segob. Doct.

Antonij Sebastiani Minturni, Episc. Vxentini, de officijs Ecclesiæ præstandis.

D. Bonauenturæ in quattuor libros Sentent. lib. quattuor, Item Opusculorum eiusdem Tomi duo, ab innumeris ferè mendis purgati, & Annotationibus, tam rerum memorabilium, quàm locorum Scripturæ, & Doctorum in margine nunc denuo decorati.

Iussu R.P.F. Francisci Zamorræ, totius Seraphici Ord. de Obser. General. Ministri.

BVLLA S. D. NOSTRI D. PII D. Prouidentia Papæ Quarti.

Super declaratione temporis ad obseruanda Decreta S. œcumenici,& Generalis Conc. Tridentini.

Pius Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.



ICVT ad sacrorum Conciliorum decreta, ac Canones auctoritas, atque confirmatio Apostol. Sed & debet, & solet accedere,ita si qua super eis exorta sit dubitatio, eiusdem Sed. iudicio, & declaratione tollenda est. Ad aures nostras peruenit, multos esse qui dubitent, ex quo tempore cęperint decreta S. Generalis Concil. Trident. ad reformationem,& ius positiuum duntaxat spectantia,eos,ad quos pertinent,obligare, illa præsertim quæ tempora certa præstituunt ad Prouinciales, Diœcesanasq. Synodos celebrandas, ad sacros ordines suscipiendos, ad relig. profitendam,ad Parochiales Ecclesias, aliaq. beneficia Ecclesiastica, quæ eiusdem Concil. decretis retineri prohibitum sit, resignandas, & ad complures res huiusmodi exequendas,ac alias omnes ad prædictam reformationem,iusq. positiuum tantum spectantes, quæ obseruari, aut euitari debeât.Nos itaque,vt omnis controuersia,dubitatioq. tollatur, Motu proprio eam rem, prout rationi,iuri, & æquitati conuenire censuimus, duximus declarandam. Nam etsi ipsius Concilij decreta etiam de venerabilium Fr.nostrorũ S.R.E. Card. consilio, & assensu in Consistorio nostro secreto confirmata à nobis fuerunt sub finem mens. Ian. & ab eo etiam tempore apud hanc S.Sedem obseruari cęperũt,quia tñ non parum temporis in eis Romæ diligenter, emẽdateq. impri-

mendis

mendis necessariò cõsumptum fuit, & in iure etiã communi sancitum est, vt Constitut. nouæ vim nõ nisi post certum tempus obtineant; æquum nobis, & iustum visum est: prædicta decreta omnia ad dictam reformationẽ, iusq. positiuum duntaxat, spectantia, à Kal. Maij proximè præteriti omnes obligare cæpisse, neque post eam diem excusationem cuiusquã, ꝙ ea ignorauerit, admittendam, atque ita Apost. auctor. declaramus, ac definimus, & ab omnibus iudicari debere mandamus, atque statuimus. Decernentes, irritum, & inanẽ, si quid secus à quoquã quacunque dignitate, authoritate, & potestate prædito cõtigerit iudicari. Non obst. constitutionib. & ordinationibus Apostolicis, aliisq. in cõtrarium facientibus quibuscunque. Nulli ergo omninò hominum liceat hãc paginã nostræ declarationis, definitionis, mandati, statuti, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationẽ omnipotentis Dei, ac Beator. Petri & Pauli, Apost. eius, se nouerit incursurũ.

Dat. Romæ apud S. Petrum anno Incarnat. Domin. 1564. 15. Kal. Augusti, Pontific. nostri anno quinto.

Ferd. Card. Cæsius.
Cæs. Glorierius.
H. Cumyn.
Registrata apud Cæsarem Secretarium.

Anno à Natiuitate Domini 1564. Indictione 7. die verò 26. Mensis Iulij, Pont. Sanctiss. in Christo Patris, & Domini nostri, D. Pij, Diuina prouidentia Papæ IV. anno quinto. Retroscriptæ litteræ affixæ, lectæ, & publicatæ fuerunt in valuis Basilicarum Principis Apostolorum de Vrbe, & S. Ioan. Lateranen. necnon Cancellariæ Apostol. & in Acie Campi Floræ per nos Iacobum Catra, & Iulium Parinum prælibati Sanctissimi Domini nostri Papæ Cursores.

Antonius Clerici Magister Cursorum.

MOTVS PROPRIVS S. D. N. D. PII Diuina prouidentia Papæ Quarti.

Per quem deputantur octo Reuerendiss. Cardinales, qui faciant obseruari reformationes, ab ipso editas, necnon decreta sacri œcumenici, & generalis Concilij Tridentini.

PIVS PAPA IV.



OTV Proprio,&c. Alias nonnullas constitutiones, & ordinationes, reformationem maioris Pœnitentiarij, ac sacræ Pœnitentiariæ nostræ, ac Vicarij nostri, ac eius officij, necnon Camerarij, & Cam. Apost.ac illius causarum Auditoris, necnon Palatij Apost.causarum Audit.ac Gubernatoris, & Capitulinæ Curiarum, & contradictoriarum, aliorumq. almæ Vrbis nostræ, ac Rom.Cur. tribunalium, & officiorum concernétes, edidimus, quæ tamen (vt intelleximus) ab eorumdem officiorum, & tribunalium præfectis, ac officialibus minus diligenter obseruãtur. Cum autem enixæ nostræ voluntatis sit, vt illa, & pariter decreta Sacri Cóc. Trid. in his, quæ ad eorum officia spectant, ab eisdem omninò obseruentur. Nos propterea considerãtes, parum esse, iura condere, nisi sint, qui ea executioni demandari faciant, & in prę-missis, prout ex debito pastoralis officij nobis (meritis licet imparibus) iniuncti obligamur, salubriter, & vtiliter prouidere, præfatasq. constitutiones, & ordinationes, ac decreta Concilij, quas, & quæ hic haberi volumus pro expressis, inuiolabiliter obseruari volentes: Venerab. Fr. nostro Io. Episc. Tuscul. Morono, Io. Michaeli S. Anastasiæ Saraceno, ac Ioan. Bapt. S. Clementis Cicadæ, necnon Michaeli S. Sabinæ Alexandrino, Clementi S. Mariæ in Aracæli, & Ludouico S. Cyriaci in Thermis Simonetæ, ac Carolo S. Martini in mõtibus Borromæo Presb. necnon Vitellotio S. Mariæ in porticu Vitellio nuncupatis, titulorum, Diacono, Cardinalib. committimus,

timus, & mandamus: quatenus ipsi; seu eorum maior pars coniunctim, vel diuisim, eorum arbitrio, & tanquam executores ad litterarum, constitutionum, & decretorũ præd. constitutiones, & ordinationes, ac decreta præfata, iuxta tenores eorum, ac litterarum desuper confectarum, pro quoscunque Penitentiariæ, Vicariæ, & Cameræ, ac Rotæ, Curiarum, ac Tribunal. prẹd. iudices, & officiales, sub excommunicationis latæ sententiæ, ac priuationis officiorum, & alijs eisdẽ Card. bene visis, etiã pecuniarum, eo ipso incurrendis pẹnis firmiter obseruari faciãt, & cũ effectu, nisi tã in executione dictorum decretorum Concilij, quã dictarum litteratũ nostrarum aliqua dubietas, aut difficultas emerserit, quo casu ad nos referant, inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij sẹcularis, ac eos, qui literis, & decretis prẹdictis, & eorũdem Card. mandatis nõ paruerint, ex tunc prout ex eadem die, & è contra, illorũ officiis priuatos, necnon ad illa, & alia Rom. Cur. officia in posterum obtinenda inhabiles, ac ipsis ab eisdem officiis sic priuatis, illa tanquã per priuationem vacantia à Datario nostro vendi, & à quibusuis personis idoneis pro precio conuenienti emi, liberè, & licitè posse auctoritate nostra curent, nuncient, decernant, ac declarent, prout nos harũ serie nunciamus, decernimus, & declaramus. Non obstan. quibusuis Constit. & Ordinationibus Apost. ac Pœnitentiariẹ, & Curiar. necnõ Tribunal. præd. statutis, &c. etiam iuramento, &c. roboratis, priuilegijs quoque indultis, & litteris Apost. illis, ac dictis officialibus, & Tribunalibus sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clausulis, & decretis etiam motu simili, &c. & aliàs quomodocunque concessis, &c. Quibus omnibus, &c. illorũ tenores, &c. hac vice latissimè derogamus, eaq. aduersus præmissa nullatenus suffragari volumus. cæterisq. contrariis quibuscunque.

Placet Motu Proprio. I.

Dat. Romæ apud S. Marcum, quarto Nonas Augusti. anno quinto.

BVL-

BVLLA S. D. NOSTRI D. PII D. Prouidentia Papæ Quarti.

Contra quoscunque Ecclesias, & beneficia Ecclesiastica quæcunque in confidentiam retinentes, siue recipientes.

Pius Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.



OMANVM Pontificem in excelsa militantis Ecclesiæ specula constitutũ, vigiles mẽtis oculos, non solùm in absentium extẽdere, sed potissimũ in præsentium, domesticorumq. fratrũ, & filiorũ suorũ mores diligẽter perscrutando, aliquãdo reflectere, ac eos præsertim, quos in Apostol. sollicitudinis partem euocauit Altissimus, nedum ab omni pactionis illicitæ contagione, verum etiam ab eis omnimoda suspicione vacuos, & immunes conseruare decet; vt qui cæteros illustris officij sublimitate antecellunt, eosdem prisca etiam illa morum integritate præstare dignoscãtur. Sanè licet dudum, cum certam simoniacæ prauitatis speciem, quam beneficiorum confidentiam vocant in Rom. Cur. atque adeo in sacrum venerabilium fratrum nostrorum S. Roman. Eccles. Cardinalium Collegium, quasi per cuniculos irrepsisse, ac nonnullos ex ipsis fratribus nimia quadam facilitate, seu potiùs importunis amicorũ, familiarũmq. precibus adductos, beneficia Ecclesiastica

ſtica in confidentiã huiuſmodi recepiſſe, & frequẽter recipere, intelleximus; hãc illicitam beneficentiæ exercendæ, ſeu amicitiæ colendæ viam, à tanto ſaltem Collegio prorſus eliminare cupientes, eoſdem Fratres in Conſiſtorio noſtro ſecreto, non ſemel admonuerimus, huic aliena beneficia cuſtodiendi modo ne aſſueſcerent, neve illa hoc pacto reciperent, vtq. ſic recepta dimitterent: Nihilominus nuper ad aures noſtras peruenit, eorum aliquos monitionis noſtræ, imò potiùs ſuimet oblitos, ea, quæ cuſtodienda receperant, beneficia, nondum tamen dimiſiſſe. Et inſuper illos, & nonnullos alios etiam Patriarchas, Archiepiſcopos, & alios Epiſcopos, ac etiam Cameræ Apoſtolicæ Clericos Eccleſias, Monaſteria, dignitates, & alia beneficia huiuſmodi, in ſui fauorem reſignata, ceſſa, vel aliàs dimiſſa, acceptaſſe, aut de illis, per obitum, vel aliàs vacantibus, à nobis, & prædeceſſoribus noſtris, ſeu etiã ab Ordinarijs, & alijs inferioribus collatoribus, etiam ad patronorum præſentationem, ad alterius commodum ſibi prouideri obtinuiſſe, illaq.; ac etiam alia aliter vacantia, ſibi in titulum, commendam, vel adminiſtrationem, aut aliàs dicta auctoritate conceſſa, quandoque in reſignantiũ, vel cedentium, ſeu etiam aliorum fauorem ceſſiſſe, vel aliàs dimiſiſſe. Ac ſibi propterea penſiones annuas, ac fructus, redditus, & prouentus Eccleſiarum, Monaſteriorum, dignitatum, & aliorum beneficiorum huiuſmodi in toto, vel in parte, etiam aliquando cum facultate illas, & illos transferendi, ac etiam collationem, prouiſionem, præſentationem, & aliam diſpoſitionem beneficiorum Eccleſia-

ſtico-

sticorum, ad eorundē ecclesiarū, monasteriorū, et dignitatū Prælatos pro tempore existētes, ac alios huiusmodi beneficia pro tempore obtinētes pertinētium, necnon regressus, siue accessus, et ingressus ad ecclesias etiā cathedrales, monasteria, ac aliàs diuersa bñficia ecclesiastica sibi reseruari pcurasse, et obtinuisse ad hoc, videlicet, vt confidētes sic decimarum Apostolicarum, vel cōmunis dicti Collegij & annatæ, aliorūq. iurium dictæ Cameræ debitorum solutionem eludāt, integrisque beneficiorum, etiā in mēsibus Apostolicis vacātium, aut aliàs dispositioni Sedis Apost. generaliter reseruatorū collationibus ac interdū, vt beneficia ipsa, tēpore procedēte, in aliquorū tūc forsan de iure inhabilium, & incapaciū, vel nondum adhuc natorū fauorem cedātur, seu resignētur, vel vt personæ inhabiles, & incapaces huiusmodi, etiā laici pēsionibus, ac fructibus, redditibus, et prouētibus ecclesiasticis fruantur, & gaudeant, seu potiùs illis, & facultate transferendi prædicta abutantur in animarum suarum periculum, & perniciosum exemplum. Quare nos hanc Cardinalium eorūdem, in monitionibus nostris parēdo, incuriam, & tam illorū, quā cæterorum Prælatorum etiam clericorū, ac aliorū quorumcunque indignam fallaciā cōueniētib. oculis diutiùs minimè dissimulādā, sed huic errori, ne radices altiùs agat, occurrendū tādem esse censentes: Et quoniam hāc ipsorū, qui monitioni nostræ non parentes, beneficia hmōi in cōfidentiam, vt præfertur, retinuerūt et fructus ex eis indebitè, uel pcipiendo, vel per alios nomine suo, etiā p simulatas illorū locationes, et fictas de receptis qetātias, ac donationes, et re-

missio-

missiones percipi sinēdo, grauiter excesserunt Cardinaliū metā; potius ex immoderata erga suos indulgētia, quàm aliquo præceptorum nostrorū spretu processisse facilè reputamus: idcirco oēs, & singulos, Ecclesias, etiā Metropolitanas, et alias Cathedrales, ac Monasteria, ēt Cōsistorialia, prioratus, præposituras, præpositatus, dignitates, etiā maiores, & principales, etiā Conuentuales, personatus, administrationes, et officia, cæteraq. beneficia Ecclesiastica, cū cura, & sine cura, secularia, et quorūuis ordinū regularia, ēt de iure patronatus, ēt laicorū, etiam nobiliū, & illustrium, etiā ex fundatione, & dotatione existentia, per eiusdē Romanæ Ecclesiæ, etiam Episc. Cardinales, & quoscumque alios etiā Patriarchas, Archiepiscopos, & alios Episcopos, ac ēt eiusdē Cameræ clericos, in titulum, cōmendam, vel administationē, aut aliàs in huiusmodi confidentiā iure prohibitā, cuiusuis personæ, vt præfertur, contēplatione, uel intuitu, quouis modo recepta, illorum liberā collationem, et dispositionem nobis, et Sedi Apostolicæ, horū serie reseruantes, ipso iure à die receptionis eorundē vacuisse, & vacare: Ac fructuum, & pensionum reseruationes, ac facultates trāsferēdi, & collationis beneficiorum cōcessionis eis, vt præmittitur, factas, ac regressus siue accessus et ingressus cōcessos huiusmodi cessasse, et cessare, ac extinctos esse; et eosdē Cardinales, seu quosuis alios, à prima die receptionis beneficiorum hmōi, citra fructus, & redditus, et prouētus earundē Ecclesiarū, Monasteriorū, dignitatū, & aliorū beneficiorū, ac pēsiones prędictas indebitè percipere, suosq. facere nō potuisse, neque debuisse; sed illos oēs, & singu-

los

los ad Cameram eandem deuolutos fuisse, & esse, illiq. deberi, ac ipsos Cardinales, & alios, ad quorum manus quomodolibet peruenerunt, et eorum hæredes ad integrã illorum restitutionem in vtroque foro teneri; & ad id opportunis iuris remedijs cõpelli debere, auctoritate Apostolica tenore præsentium decernimus, et declaramus. Et insuper vniuersis, et singulis tã eiusdem Ro. Eccl. Cardinalib. etiam Episc. quã Prælatis, & Clericis, et alijs prædictis, præsẽtibus, & futuris, ne deinceps vllo vnquam tẽpore aliquas Ecclesias, Monasteria, dignitates, uel alia beneficia, etiã de dicto iure patronatus, vti ꝓfertur, existẽtia, aut fruct⁹, uel pẽsiones, aut regressus, seu accessus in cõfidentiã prædictã, aut ad effectũ reseruationũ huiusmodi sibi postmodum cedentibus procurãdarum recipere præsumãt. Cardinalib. verò & alijs Prælatis huiusmodi in virtute sãctæ Obediẽtiæ, et sub interdicti ingressus Ecclesiæ, reliquis uerò sub maioris excommunicationis latę sentẽtiæ pęna per cõtrafacientes eo ipso incurrẽda, à qua, nisi à nobis, aut à Rom. Põtifice pro tẽpore existẽte præterquã in mortis articulo constituti, absolui nequeãt districtiùs inhibemus. Ac quascũque collationes, prouisiones, præfectiones, cõmẽdas, reseruationes, facultates, et trãsferendi, ac regrediẽdi, siue accedẽdi & ingrediendi, ac alias dispositiones de ecclesijs, monasterijs, dignitatib. & alijs beneficijs, eorumq. fructib. & beneficiorum collationib. per nos, et alios Romanos Pontifices successores nostros, etiam Motu proprio, seu Consistorialiter, ac etiã per Ordinarios, et alios inferiores collatores, et ad patronorum eorumdem præsentationẽ, & aliàs quomodolibet

cum

cum interuentu confidentiæ huiusmodi, expressè, siue occultè, ac de iure præsumptæ, et aliàs cõtra præmissas pro tẽpore factas nullas, & inualidas, nulliusq. roboris, vel momẽti fore, neque cuiquã suffragari, sed Ecclesias, Monasteria, dignitates, ac alia beneficia huiusmodi, ipso iure, vacare, ac nostræ, et Sedis Apostolicæ dispositioni reseruata, fructusq. & pẽsiones Cameræ Apost. applicatos, vt præfertur esse, et cẽseri: Sicq. in præmissis oĩb. & singulis, per quoscunque Iudices, & Cõmissarios, ẽt ipsius Ecclesiæ Romanæ Cardinales, sublata eis quauis aliter interpretãdi, & iudicãdi facultate, ẽt ꝑ præsumptiones, & coniecturas legitimas, & eorũ arbitrio (cũ alias confidentias huiusmodi in lucem erui, & probari non posse constet) procedẽdo iudicari, & definiri debere. Ac quicquid secus super his à quoquã, quauis auctoritate, scienter, vel ignoranter, attẽtari cõtigerit, irritum, & inane similiter decernimus. Non obstantib. fel. rec. Bonifacij, Papæ VIII. prædecessoris nostri de vna, & Cõcilij generalis, de duabus dictis, ac alijs cõstitutionibus Apostolicis, necnõ Collegij ꝑfati iuramẽto, cõfirmatione Apostolica, uel quauis firmitate alia roboratis statutis, et cõsuetudinibus cõtrarijs quibuscũque. Aut si aliquib. cõmuniter, uel diuisim, ab eadem sit Sede indultũ ꝙ interdici, suspendi, vel excõmunicari nõ possint, per litteras Apostolicas, nõ facientes plenam, & expreßã ac de verbo ad verbũ, de indulto huiusmodi mẽtionem. Et ne quispiã ullo vnquam tempore præsentium ignorantiam prætẽdere possit, volumus, & eadem auctoritate decernimus, quod ipsæ præsentes litteræ ad Basilicæ Principis Apostolorum

rum

rum de Vrbe valuas, & per aliquem ex Cursoribus nostris, aliarum copia ibi affixu, & ibi dimissa, & etiam in Cancellaria Apost. de more publicentur; Ac in eiusdem Cācellariæ quinterno, ad maiorem partium, illas in iudicio producere volentium, commoditatem describantur. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostræ reseruationis, declarationis, inhibitionis, decreti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli, Apostolorum eius, se nouerint incursurum.

Dat. Rom. apud S. Petrū, Anno Incar. Domin. 1564. 16. Kal. Nouemb. Pont. nostri anno quinto.

Visa de curia M. de Enciso.

Cæs. Glorierius.

H. Cumyn.

Anno à Natiuitate Domini 1564. Indict. 7. die verò 4. mensis Decemb. Pontificatus Sanct. in Christo Patris, & D. N. Pij, diuina prouidentia Papæ IV. anno quinto, suprascriptæ litteræ Apost. publicatæ, & affixæ fuerunt ad valuas Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, & Cancellariæ Apostolicæ, ac in Acie Campi Floræ, dimissis ibidem in suprascriptis locis suprascriptarum litterarum copijs affixis, vt moris est, per nos Iulium Parinum, et Bernardinum Andreutium, prælibati Sanctiss. Domini nostri Papæ Cursores.

Antonius Clerici Magister Cursorum.

BVL-

BVLLA S. D. N. D. PII Diuina prouidentia Papæ Quarti.

Super forma iuramenti professionis fidei.

Pius Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

INIVNCTVM *nobis Apost. seruitutis officiũ requirit, vt ea, quæ Dñs omnipotens ad prouidã Ecclesiæ suæ directionem sanctis Patribus, in nomine suo cõgregatis, diuinitus inspirare dignatus est, ad eius laudem, et gloriã incũctanter exequi properemus. Cum itaque iuxta Concilij Trid. dispositionem, oẽs, quos deinceps cathedralibus & superioribus Ecclesijs perfici, vel quibus de illarũ dignitatib. canonicatib. et alijs quibuscunque beneficijs ecclesiasticis, curã animarũ habẽtibus prouideri cõtinget, publicã orthodoxæ fidei professionẽ facere, seq. in Rom. Ecclesiæ obediẽtia permansuros spondere, et iurare teneantur. Nos volentes, ẽt per quoscunque quibus de monasterijs, cõuentib., domibus, et alijs quibuscũque locis regularium quorumcunque ordinum, ẽt Militiarũ, quocunque nomine, vel titulo prouidebitur, idem seruari, et ad hoc, vt vnius eiusdẽ fidei professio vniformiter ab omnibus exhibeatur, vnicaque et certa illius forma cunctis innotescat, nostræ sollicitudinis partes, in hoc alicui minimè desiderari, formã ipsam præsentib. annotatã publicari, et vbique gentium per eos, ad quos ex decretis ipsius Cõcilij, & alios predictos spectat recipi, & obseruari, ac sub pœnis per Conc. ipsum in contrauenientes, latis, iuxta hanc, & non aliã formam, professionem præ-*

dictam solēniter fieri auctoritate Apost. tenore præsētiū districtè præcipiēdo mandamus, hmōi sub tenore. Ego N. firma fide credo, & profiteor oīa, & singula, quę cōtinentur in Symbolo fidei, quo S.R.E. vtitur, videlicet; Credo in vnū Deū patrem omnipotentem, factorem cęli & terræ, visibiliū oīum, et inuisibiliū: & in vnū Dominū Iesū Christū filiū Dei vnigenitū, et ex Patre natū ante oīa sęcula, Deū de Deo, lumē de lumine, Deū verū de Deo vero, genitū, nō factū, consubstantialē Patri, per quē oīa facta sunt, qui propter nos homines, & propter nostrā salutē descēdit de cælis: & incarnatus est de Spiritu sācto ex Maria Virgine, & homo factus est: crucifixus ēt pro nobis sub Pōtio Pilato, passus, & sepultus est, et resurrexit tertia die secundū scripturas: & ascendit in cælū, sedet ad dexteram Patris: & iterū vēturus est cū gloria iudicare viuos, & mortuos, cuius regni nō erit finis; et in Spiritum sanctū Dominū, & viuificantē, qui ex Patre, Filioq. procedit, qui cum Patre, & Filio simul adoratur, et conglorificatur; qui locutus est per Prophetas: & vnam sanctam catholicam, et Apostolicam Ecclesiā. Confiteor vnū baptisma in remissionē peccatorū, et exspecto resurrectionē mortuorū: & vitā vēturi sæculi. Amen. Apostolicas, et ecclesiasticas traditiones, reliquasq. eiusdē ecclesiæ obseruationes, et constitutiones firmissimè admitto & amplector. Itē sanctā Scripturā iuxta eū sensū quem tenuit, & tenet sancta mater Ecclesia, cuius est iudicare de vero sensu, et interpretatione sacrarū Scripturarū admitto, nec ea nunquā nisi iuxta vnanimē cōsensū Patrū accipiā, et interpretabor. Profiteor quoq; septē esse uerè,

& pro-

& propriè Sacramẽta nouæ legis à Iesu Christo D.N. instituta, atque ad salutẽ humani generis, licet nõ oĩa singulis necessaria. s. Baptismũ, Confirmationẽ, Eucharistiã, Penitentiã, Extremã vnctionẽ, Ordinẽ, & Matrimoniũ, illaq. gratiã cõferre, & ex his Baptismũ, Confirmationẽ, et Ordinẽ sine sacrilegio reiterari nõ posse. Receptos quoque et approbatos Eccl. Cath. ritus, in supradictorũ oĩum Sacramentorũ solẽni administratione recipio, et admitto; oĩa et singula, q̃ de peccato originali, & de iustificatione in sacrosancta Tridentina Synodo definita, & declarata fuerũt, amplector, & recipio. Profiteor pariter in Missa offerri Deo verũ, propriũ et propitiatoriũ sacrificium pro viuis, et defunctis, atque in sanctiss. Eucharistiæ Sacramẽto esse verè, realiter, et substantialiter corpus, & sanguinẽ, vnâ cum aĩa, et diuinitate Dñi nostri Iesu Christi, fieriq. conuersionẽ totius substãtiæ panis in corpus, et totius substãtiæ vini in sanguinem, quã conuersionẽ Catholica Ecclesia trãsubstãtiationẽ appellat. Fateor ẽt sub altera tm̃, specie, totũ, atque integrũ Christũ, verũq. Sacramentũ sumi: Cõstanter teneo Purgatoriũ esse, animasq. ibi detẽtas fideliũ suffragiis iuuari: Similiter & Sãctos, vnâ cũ Christo regnantes, venerandos, atque inuocandos esse, eosq. orationes Deo pro nobis offerre, atque eorum Reliquias esse venerandas: Firmissimè assero imagines Christi, ac Deiparæ semper Virginis, necnon aliorũ Sanctorũ habendas, et retinẽdas esse, atque eis debitũ honorem ac uenerationem impertiendã; Indulgẽtiarum ẽt potestatem, à Christo in Ecclesia relictam fuisse, illarumq. vsum Christiano populo maximè salutarẽ esse: Affirmo,

S. Catholicam, & Apost. Rom. Eccl. omnium Ecclesiarũ matrem, & magistrã agnosco; Romanoq. Pontifici, beati Petri Apost. principis successori, ac Iesu Christi Vic. verã obedientiã spõdeo, ac iuro: cętera item oĩa à sacris Canonib., & œcumnicis Cõcilijs, ac pręcipuè à sacrosancta Tridentina Synodo tradita definita, et declarata indubitãter recipio, atque profiteor, simulq. cõtraria oĩa, atque hæreses quascunque ab Ecclesia dãnatas, & reiectas, & anathematizatas, ego pariter damno, reijcio, & anathematizo. Hanc verã Cath. fidem, extra quam nemo saluus esse põt, q̃ in pręsenti spõte profiteor, & veraciter teneo, eandem integrã, & inuiolatã, vsque ad extremum vitæ spiritum, cõstantissimè Deo adiuuante retinere, et confiteri, atque à meis subditis: vel illis, quorũ cura ad me in munere meo spectabit, teneri, doceri, & prædicari quantũ in me erit, curaturum. Ego idem N. spondeo, uoueo, ac iuro. Sic me Deus adiuuet, & hæc sancta Dei Euãgelia.

Volumus aũt, ꝙ præsẽtes litterę in Cãcel. nostra Apostolica, de more, legantur. Et ut omnibus faciliùs pateãt, in eius quinterno describantur, ac ẽt imprimantur. Nulli ergo omnino hominum liceat hãc paginam nostrę voluntatis, & mandati infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationẽ omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum.

Dat. Romę apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ 1564. Idib. Nouemb. Pont. nostri anno quinto.

Ferd. Card. Cæsius.

Cæs. Glorierius.

Lecta,

Lectæ, et publicatæ fuerunt supradictæ litteræ, Romæ in Cancell. Apost. anno incarnationis Dominicæ 1564. die verò Sabbati 9. mensis Decemb. Pontificatus Sanctiss. in Christo Patris, et D. N. D. Pij Papæ IV. anno quinto.

A. Lumellinus Cust.

Declaratio, quòd gratiæ de non residendo, & percipiendo fructus ratione studij, non valeant sine consensu Ordinarij.



Anctissimus in Christo Pater, & D. N. D. Pius Diuina prouidentia Papa IV. ad cuius aures nuper peruenit, nōnullos curata, vel alios sacros ordines, aut personalem residentiam requirentia beneficia obtinētes, sub prætextu, quòd littesis operam dare cupiebant, post cōfirmationem Cōcilij Tridentini, per Sanctitatem suam factam, & publicatam secum, vt litterarū Studio in loco, vbi illud vigeat generale, actu insistendo ratione beneficiorum, per eos obtētorum huiusmodi vsque ad quinquennium, vel aliud tempus, tunc expressum, dummodo infra primum illius annū Subdiaconi fierent, ad reliquos ordines promoueri minimè teneantur, & tam ijdem interim, quàm alij, etiā ad eosdem ordines, vel eorum aliqué, seu aliquos promoti, quòd similiter studētes beneficijs per eos obtentis per Vicarios idoneos, per locorū Ordinarios, etiam cōgrua fructuum beneficiorum huiusmo-

 di

di portione illis assignata, vel aliàs deputãdos in diuinis deseruiendo, animarum curã illis imminentem exercendo, & alia incũbentia onera supportãdo, vsque ad simile tempus personaliter in eisdem beneficijs residere non tenerétur, et nihilominus interea oẽs eorumdem beneficiorum fructus percipere possent per ordinariã Sanctitatis suæ Signaturam, seu Pœnitentiariæ suæ officiũ dispẽsari, sibique pariter indulgeri obtinuerunt, nullum in his, vel fraudi, vel circũuentioni locũ, presertim quò ad absentes à Romana Curia, de quorum qualitatibus facilis notitia haberi non potest, quantũ humana ratione prouideri põt, relinquere uolens, Concilij etiam Tridentini decretis inhærendo, huiusmodi dispensationes, & indulta hactenus concessa, ac tam ipsius Pœnitẽtiarie, quàm Apostolicas, & alias desuper confectas, & conficiendas litteras, processusq. habitos, & habendos per easdem dictis absentibus, nullatenus suffragari, nisi singulorũ Ordinariorum locorum, in quibus singula beneficia huiusmodi consistunt, consensus gratis prestandus ad id accedat, Apostolica auctoritate declarauit decernens irritum, &c.

Placet. Publicetur, & describatur I.

Lecta, & publicata fuit suprascripta Regula Romæ in Cancellaria Apostolica anno Incarnationis Dom. 1564. die verò Veneris 24. Mensis Nouembris, Pontificatus præfati S.D.N. Papæ, anno quinto.

A. Lomellinus Custos.

BVL-

BVLLA S. D. N. D. PII Diuina prouidentia Papæ Quarti.

Super Residentia Prælatorum, & Parochialium, & aliorum curam animarum habentium, & residere debentium.

Pius Episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

IN suprema militantis Ecclesiæ specula, meritis licet insufficientibus, diuina dispositione constituti, cunctos non solùm vigilantiæ nostræ commissos Dominicos greges, sed etiam singulorum pastorum suorum actus intensa nostræ mentis acie collustrantes, studium efficax, operamq. sedulam ad hoc omnino statuimus adhibere, ut quemadmodum operosum sacri Concilij Trident. progressum, felicemq. exitum Domino cooperãte, prestitimus, ita sãctissima illius decreta, ipsorũ præsertim, qui in Apostolicæ sollicitudinis partẽ vocati sunt, Pastorum officium concernẽtia, non tepidè, neque dissimulãter exequamur. Sanè licet in Cõcilio præfato saluberrima fuerit ordinatione decretum, quod omnes, et singuli venerabiles fratres nostri, Patriarchæ, Primates, Archiepiscopi, et Epi, & alij Beneficiati, apud Ecclesias sponsas suas residere teneantur, nonnulli tamen quod non sine animi nostri merore referimus; adeò sui, gregiumque, quos olim deperditos, Saluator noster proprro sãguine redimere dignatus est sibi creditorũ obliti sunt, vt ẽt nunc in Alma Vrbe, vel alibi cõmorãtes, et sacrosancta spiritualis ma-

trimonij inter eos, suasque ecclesias, solemniter cõtracti iura cõfundẽtes, sponsas suas in longa quasi uiduitate relictas, ac prędictas ecclesias. quocũq; sibi cõcessas inuisere, & apud illas, vt probos, & prouidos patres familias decet, residere non curent in perditionem animarum suarũ, & subditorum suorum, ac pernitiosum exẽplum, et scandalum plurimorum. Nos hanc illorum contumaciã alicuius ẽt temporalis pœnæ metu frangẽdã, seu conuincendam esse censentes, Motu proprio, & ex certa scientia nostra, ac de Apost. potestati, plenitudine, oĩb. & singulis Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis præfatis, ac alijs quibuscunque ẽt quauis auctoritate, dignitate, gradu, vel praeminẽtia præfulgentibus, prædictas ecclesias in cõmẽdam, vel administrationẽ, aut alio quouis noĩe obtinentib. et alijs quibuscunque beneficiatis curã animarum habentibus, qui iuxta decreti super residentia in Concilio prædicto promulgati tenorẽ personalẽ in suis ecclesijs residentiã facere tenentur: in virtute sanctæ obedientiæ, et vltra pœnas in dicto decreto Cõcilij cõtentas, ẽt sub priuationis eorũ à Regimine, et administratione Ecclesiarum suarum, ac alijs nostro, & pro tpe existẽtis, Romani Pontificis successoris nostri arbitrio imponendis pœnis, distinctæ præcipiendo per Apostolica scripta mandamus, quatenus omni mora cessante in eisdẽ suis ecclesijs, iuxta formã, & tenorem dicti Concilij personaliter resideant. Et nihilominus, si quos mandato nostro huiusmodi (quod absit) non parere contigerit, ne ẽt talis absentes, melioris in hac parte cõditionis, quã cæteris suis Ecclesijs residẽtes existant, hac nostra perpetuò

petuò valitura sanctione, per præsentes statuimus, et ordinamus, quod deinceps omnia, & singula mobilia, et immobilia, etiã in Vrbe, vel eius districtu existentia, & se mouentia, res, et bona, iura, & actiones cuiuscũque qualitates, quãtitatis, et valoris, ac vbicũque locorum consistant, ad Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, Episcopos, & alios quoscũque ẽt quauis auctoritate, dignitate, gradu, et præeminentia præfulgentes ecclesias prædictas in titulum, vel cõmendam, siue administrationẽ, aut alio quouis noĩe obtinẽtes, et alios quoscunque beneficiatos curã animarum habentes, qui extra prędictas Ecclesias, & Diœc. etiam in Romana Curia aut alibi degentes, & iuxta Decretum, & formã Concilij huiusmodi non residentes decesserint pertinentia, & per illos suarum Ecclesiarũ, ac quorũcunque Monasteriorum, Prioratuum, Præpositurarum, et aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum, cum cura, & sine cura sæcularium, & regularium, quæ illi quolibet obtinuerint, ac fructuum, reddituum, & prouentuum Ecclesiasticorum, necnon pensionum annuarum sibi super similibus fructibus, redditib., & prouentibus reseruatarum, et assignatarum occasione quęsita, ẽt si facultatem specialẽ de illis, aut eorum parte testandi, & aliàs liberè disponẽdi à nobis, et quibusuis alijs Romanis Pontificibus prædecessoribus, & succcessoribus nostris, etiam cum clausulis, quod facultates huiusmodi reuocari nequeant, alijsq. irritantibus decretis obtinuerint, & in vim illarum litterarum desuper confectarum de rebus, & bonis huiusmodi iam disposuerint, tanquam spolia ad Cameram Apostolicam legitimè pertineant: liceatq.

ceatq. dilectis filijs moderno, & pro tpe existēte Cōmissario nostro generali, & suis, dictęq. Camerę deputatis, in euentū decessus hmōi solitū inuētariū super reb. & bonis præfatis cōficere, illaq. prout de reliquis clericorū spolijs fieri solet, ad dilecti filij nostri moderni, & ꝑ tpe existentis generalis Thesaurarij manus redigere, dictęq. Cameræ applicare, cuiusuis licētia desuper minimè reqsita. Ac facultates, & desuper cōfectas litteras ꝑdictas ēt motu, & scientia similib. ēt in recompensam laborum, & obsequiorū, ēt nobis, et Eccles. Rom. dictæq. Sedi impēsorum, quomodolibet concessas, & ēt iteratis vicib. approbatas, illarum omnium tenore, præsentib. pro sufficiēter expressis, et ad verbum insertis habentes, in euentū obitus huiusmodi, etiā si in Vrbe, aut eius districtu, vel alibi extra suas Ecclesias, vt præfertur, contigerit ex nūc prout ex tunc, & è contra in dictæ contumaciæ pęnam eiusdem potestatis plenitudine, et tenore reuocamus, cassamus, et annullamus. Ac tam eas, quam earū prætextu quomodolibet pro tempore condita, factaq. testamenta, codicillos, legata, donationes, et alias dispositiones quaslibet, etiam ad pias causas, vel in remunerationem seruitiorū, nulla, & inualida, nulliusq. roboris, vel momenti fore, neque quidquam contra præsentiū tenorē suffragari. Et sic per quoscūque Iudices, & Commissarios quauis auctoritate fungentes ēt S. R. Ecclesiæ Cardinales, in quauis instantia sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicādi, & interpretandi facultate, iudicari, et definiri debere. Ac quidquid secus à quoquam quauis auctoritate scienter, uel ignoranter attentari contigerit, irritum, et inane decer-

decernimus. Per hoc autem nostris, & Romanorū Pontificum prædecessorum nostrorū ordinationibus, reseruationibus, et decretis, quò ad Prælatorū, et aliorum beneficiatorum, ēt in suis Ecclesijs, aut Diœc. residentium, & ibi decedentium, quę ēt ampliamus, & extendimus ad habentes Ecclesias in Vrbis districtu, ibique residētes, et decedētes spolia Cameræ Apostolicæ applicata, hactenus emanatis nullatenus præiudicare, neque quidquam in eis alterare intendimus, sed ea in suo robore, ut antea manere volumus præterquā, quò ad eos, qui in suis Ecclesijs iuxta formam prędicti Concilij residerint, & specialem licentiam testandi habuerint: hanc.n.tantum saluam eis esse volumus. Ita vt generalis licentia testandi eis, quāquam residētibus minimè suffragetur, sed sola speciali, si quam habuerit, tueri se possint. Cæterum, vt præceptum, mādatum, statutum, ordinatio, reuocatio, cassatio decretum, & alia præmissa, præsentesq. litteræ ad eorū, quorum interest, notitiam deducātur, nullusq. possit aliquam illorum ignorantiā prætēdere, vel excusationem allegare, sed illa perpetuò firma, et illibata permaneant: volumus, & mādamus, quod eadē præsentes in Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, & Cancellariæ nostræ valuis, ac Acie Cāpi Floræ per aliquem ex Cursoribus nostris affixæ copia illarū ibi dimissa, ab ea die oēs perinde arctent, ac si illis personaliter intimatę fuissent. Non obstantibus præmissis, ac in fauorem curialium per fel. recordat. Sixtum IV. Leonem X. Iulium III. et quoscunque alios Romanos Pontif. prædecessores nostros, ac etiā per nos editis, & approbatis; Necnon alijs litteris, constitutioni-

tionibus, & ordinationib. Apostolicis, cæterisq. contrarijs quibuscũque. Nulli ergo omninò hominũ liceat hanc paginam nostri præcepti, mandati, statuti, ordinationis, reuocationis, cassationis, annullationis, decreti, ampliationis, extensionis, intentionis, & uoluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autẽ hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurũ. Dat. Rom. apud S. Petrum, Anno Incar. Domin. 1564. 17. Kal. Decemb. Pont. nostri anno quinto.

Cæs. Glorierius.

Visa de Curia M. de Enciso.

H. Cumyn.

Anno à Natiuitate Domini 1564. Indic. 7. die verò 20. mensis Iulij, Pontificatus Sanct. in Christo Patris, & D. N. Pij, diuina prouidentia Papæ IV. anno quinto, Retroscriptæ litteræ Apost. publicatę, & affixę fuerunt ad valuas Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, & valuas Cancell. Apost. & in Acie Campi Floræ, dimissis in præfatis locis præsentium retroscriptarum litterarum copijs affixis, vt moris est, per nos Iulium Parinum, & Bernardinum Andreutium prælibati Sanctiß. Domini nostri Papæ Cursores.

Antonius Clerici Magister Cursorum.

MO-

MOTVS PROPRIVS S. D. N. D. PII, diuina Prouidentia Papæ Quarti.

Super executione Concilij, et litterum eiusd. Sanctiss. contra Archiepiscopos, Episc. Prælatos, et alias personas Ecclesiasticas non residẽtes in eorum Ecclesijs.

PIVS PAPA IIII.



OTV *proprio, &c. cũ tam per sacrosanctum ęcumenicum Conciliũ Tridentinum, quàm etiã per nostras litteras, siue bullas, etiam desuper emanatas, et inter alias sub Datũ Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1564. 7. Kalen. Decemb. Pontificatus nostri anno quinto, Mandatum sit omnibus Episcopis, Archiepiscopis, et aliis, quib.' aĩarum cura cõmissa est, oues suas agnoscere, pro eis sacrificiũ offerre; verbiq. diuina prædicatione, Sacramentorum administratione, ac bonorum omnium exẽplo pascere: pauperum, aliarumq. miserabilium personarũ curam paternã gerere, et signanter, munera pastoralia, et eis diligenter incumbere, et assistere, aliaq. facere, quę in dicto sacro Concilio, et dictis nostris litteris, siue bullis continentur. Quę omnia nequaquam ab eis pręstari, et adimpleri possunt, cum gregibus suis non inuigilant, neque assistant, sed mercenariorum more oues suas deserunt, et propterea debuissent, et deberent omnes, et singuli Episcopi, Archiepiscopi, et alij in dignitatibus Ecclesiasticis constituti; et pręfecti, et qui-*

bus

þus aĩarũ cura existit, iuxta diuina præcepa, et prædicti ecumenici Cõcilij, ac præd. nostrarũ litterarũ, seu Bullarũ vim, formã, cõtinentiã, & tenorẽ ad eorũ respectiuè Ecclesi. Diec. ac alia beneficia, quib. ꝑsonalis residẽtia requiritur ad effectũ in eis personalẽ residentiã faciendi, sese cõtulisse, ac oĩa, et singula in eisdẽ præceptis, Concilio, & litteris, siue bullis respectiuè cõtenta adimpleuisse, et obseruasse. Attamẽ sicut accepimus, multi, & multi ꝑfat. preceptorũ & mãdatorũ cõtẽptores, animarũq. suarum, propriæq. salutis immemores: in dictis dignitatib. Ecclesiasticis, quib. cura animarũ imminet, ac Epalib. et Archiepiscopalib. respectiuè constituti præmissa facere, & adimplere hactenus minimè curarũt, sed distulerunt, & differũt in graue animarum suarum, gregiumq. sibi commissorũ periculum, & ouiũ suarũ perniciosum exẽplum & scãdalum: sentẽtias, censuras, & pœnas propterea sibi inflictas temerè, et damnabiliter incurrẽdo. Quæ omnia cum non sint cõtinentibus oculis, aut impunè prætermittenda; sed grauiter, vt cæteris transeant in exẽplũ, cum iam per tot mẽses inobediẽtes fuerint cẽsuras præfat. sustinẽt. Motu proprio, et ex certa nostra sciẽtia, deque potestatis nostræ plenitudine. Dilecto filio nostro Alexãdro Riario, Cameræ Apost. generali Auditori, cui alias etiã, seu prædecessori, seu viuæ vocis oraculo commisimus, vt dictos Episcopos, Archiepiscopos, & alias personas Ecclesi sticas, animarũ curã habentes, nõ residẽtes, penas prefatas in dicto Concilio, & litteris, siue Bullis nostris contentas incurrisse declararet, & ad illarum effectualem executionẽ, aliaq. grauiora procederet: tamen quia

non-

nonnulla monitoria cōtra certos Episc. & alias ꝑsonas ꝑfatas in vim cōmissionis nostræ hmōi sibi factæ tūc decreuerat, & relaxauerat, ne inposterū de illius iurisdictione dubitari cōtingat, denuò eidem Auditori nostro nunc officiū Auditoratus exercēte author. nostra cōmittimus, et mādamus, quatenus statim cōtra Episc. Archiep. et alios quoscūque Prælatos, tā in Vrbe, q̃ alibi, et vbique locorū existen. & in proprijs Diœc. non residen. cōstito sibi quantū sufficere videbitur summariè simpliciter, et de plano, sola ueritate inspecta, et manu regia de inobedientia propria vsque ad sententiā exclusiuè procedat, et deinde nobis referat, vt nos in Cōcistorio nostro secreto de fratrum nostrorū consilio, vt moris est, ad sententiā priuationis, et depositionis, Prelatorum inobedientium hmōi procedere valeamus, ꝑut ꝓcedere intēdimus: quo verò ad alios curā aīarū haben. vsque ad sñiam inclusiuè procedat, et exequatur, iuxta formā, & tenorē d. Cōcilij, & litterarū nostrarū præd. cum eisdē facultatib. vt sup. ac aliàs faciat & exequatur, prout in dictis litteris, siue bullis continetur, cū potestate citādi, inhibēdi, excōicandi, suspendendi à diuinis, declarādi, interdicēdi, aggrauādi, reaggrauandi, carcerādi, & brachiū sæculare decernēdi, relaxādi, et exequendi, aliaq. faciēdi necessaria q̄uolibet, et opportuna contrarijs quibuscūque nō obstan. & quod præsētis nostri motus proprij soli signatura sufficiat; ac vbique fidē faciat in iudicio, & extra regula contraria, & alijs quibuscumque, quibus omnib. expreßè derogamus, non obst.

Placet Motu proprio I.

Præsentetur B. Amerin. Regens.

BVL-

BVLLA S. D. N. D. PII PAPÆ IIII.

Reuocatoria priuilegiorum, exemptionum, immunitatum, facultatum, conseruatoriarum, indultorum, confessionalium, maris magni, & aliarum quarumcunque similium gratiarum, quibuscunque locis, & personis concessarum, in his, in quibus statutis, & decretis sacri Concilij Tridentini contrariantur.

Pius Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

IN Principis Apostolorum Sede, meritis licet imparibus diuina dispositione constituti, nihil neque vniuersali Ecclesiæ, curæ, & sollicitudini nostræ cōmissæ salubris, neque iniuncto nobis Apost. seruitutis officio decentius prestare possumus, quam quòd prouidentiæ nostræ ministerio œcumenicum Conciliũ Tridentinum, sicut nostris potissimum auspicijs, summaq. sanctorum Patrum cōcordia per Dei misericordia feliciter absolutum fuit; ita per vniuersos, qui Christiana pietate cēsentur vbique suscipiatur, & remotis quibuslibet obstaculis ab omnibus æqualiter obseruetur. Cum itaque in eodem Concilio quāplurima salubria, & ad vniuersalem morum reformationē valdè utilia decreta, atque statuta maturo p̄sentiũ ipsorum examine precedente, sint edita, qb. multa, atq; diuersa priuilegia, exēptiones, immunitates,

tates, dispensatione, facultate, cõseruatoriæ, indulta, & vt vocãt confessionalia, et Mare magnũ, & aliæ gratiæ, quæ varijs tam cathedralibus etiã Metropolitan. quam collegiatis Ecclesijs, Monasterijs, Conuẽtib. & alijs Religiosis, etiã Fr. Mendicantiũ, domiq. & ordinibus, necnon sancti Spiritus in Saxia, S. Io. Lateranẽsis, ac incurabiliũ de Vrbe, S. Antonij Viennen. et S. Bernardi Iurem. alijsq. Hospitalib. Militijs, eorumq. Capitulis, et Cõuentib. ac Vniuersitatibus, ẽt Studiorum generalium Collegijs, tam sæcularib. quã ecclesiasticis, Confraternitatibus, Societatib. & tam Principis Apostol. de Vrbe, quã alijs Fabricis, S. Cruciatæ, alijsq. pijs locis, & operibus, necnõ Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, Prælatis, Abbatibus, Abbatissis, Prioribus, Præpositis, & alijs Ecclesiasticis, tam sæcularibus, quã diuersorũ ordinũ, & militiarũ, regularib. ac etiã laicis cuiuscunque dignitatis, & status, ac gradus, & excellentię, ac etiã Ducali, Regia, et Imperiali dignitate fulgentibus vtriusque sexus personis, necnon aliquib. Notarijs, & etiã de Latere Legatis, atque Nuncijs, tam perpetuo, quã ad tps per plures Rom. Põt. prædeceß. nostros, ac nos, ac Sedem Apostolicam, eisq. Legatos hactenus etiam Motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, seu etiã Imperatorum, Regum, Ducũ, & aliorum Principum contemplatione, & intuitu, etiã de Fratrum consilio, diuersimodè, varijsq. temporibus in genere, vel specie, ex quauis etiam honesta causa concessa, & etiã pluries cõfirmata, & innouata fuerunt, in plerisque contrariantur. Nos, quibus in primis cordi est tam san-

cta, et Ecclesiæ Dei saluberrima decreta, vt par est, effectus vbique cõsequi, & ab omnibus obediẽter obseruari, Priuilegiorũ, Exemptionũ, Immunitatũ, Facultatum, Conseruatoriarum, Indultorum, Confessionalium, Maris magni, et aliarũ gratiarũ prædictarum, ac quarumcumque Apost. & aliarum litterarum desuper confectarum processuumq., decretorum, et aliorum inde secutorũ tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur, præsentib. pro sufficienter expressis, et plenè insertis habẽtes, Motu proprio, & ex certa sciẽtia, ac de Apost. potestatis plenitudine, quod eadẽ oĩa, & singula priuilegia, & exẽptiones, immunitates, facultates, dispẽsationes, cõseruatoriȩ, Indulta, Cõfessionalia, Mare magnum, & aliæ gratiæ in his omnibus, & singulis, in quib. illa statutis, et decretis Cõcilij hmõi contrariãtur, ipso iure reuocata, cassata, & annullata, ac ad ipsius Conc. terminos, atque limites reducta sint, & esse censeantur, nec quidquã aduersus ipsa decreta, & statuta, quominus vbique & apud oẽs obseruẽtur, in aliquo suffragari posse, sed ea perinde haberi, et reputari debere, ac si vnquam emanassent, auctoritate Apost. tenore presentium declaramus, ac ẽt statuimus, et ordinamus. Decernẽtes nihilominus oĩa, & singula quæ uigore priuilegiorum, exemptionũ, immunitatum, et dispensationum, facultatũ, Conseruatoriarum, Indultorũ, confessionaliũ, & aliarum quarumcũque gratiarũ hmõi post id tẽpus, quo Concilium obligare cæpit, facta, & gesta quomodolibet fuerunt, & in posterum fient, & in his in quib. dicti Cõcilij decretis aduersãtur, nulla inualida, & irrita esse, & censeri, ac nemini, etiam quãtumlibet,

vt

vt prefertur, qualificato, tā in foro (quod aiūt) fori, quā conscientiæ suffragari posse, et debere. Et ita per quoscunque locorum Ordinarios, aliosq. Iudices, & Cōmissarios quauis auctoritate fungentes, etiam S.R.E. Cardinalis, sublata eis eorum cuilibet quauis aliter iudicandi facultate, in utroq; foro iudicari, et definiri debere, ac quicquid secus à quoquā quauis auctoritate sciēter, vel ignoranter attentari cōtigerit irritum, et inane decernimus. Non obstantib. præmissis, ac cōstitutionib. & ordinationib. Apostolicis, cæterisq. contrariis quibuscūque. Nulli ergo hoīum liceat hanc paginam nostræ declarationis, statuti, ordinationis, et decreti infringere, uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostoli eius, se nouerit incursurum.

Dat. Rom. apud S. Petrum, Anno Incar. Dom. 1565. 13. Kal. Martij, Pont. nostri anno sexto.

Cæs. Glorierius.

P. Episc. Narnien.

H. Cumyn.

Anno à Natiuitate Domini 1565. Ind. 6. die verò 28. mensis Febr. Pontificatus Sanctiss. in Christo Patris, & D.N. Pij, Diuina prouidentia Papæ IV. Anno eius 6. Retroscripte littere Apost. publicate, & affixe fuerunt in Acie campi Flore, & valuis Cancellarie Apostolice per nos Nicolaum, de Mattheis, et Camillum Cherubinum, Sanctiss. Domini nostri Papæ Cursores.

Antonius Clerici Magister Cursorum.

ORATIO HABITA IN SESSIONE nona, & vltima sacri Concilij Tridentini.

Celebrata duobus continuis diebus 3. & 4. Decemb. 1563. sub Pio Quarto Pont. Max.

A.R.D. Hieronymo Ragazono, Veneto, Episcopo Nazian-zeno, & Coadiutore Famagust.

Hic summatim recensentur omnia in Concilio Tridentino definita, quæ ad piè credendum, & ad benè viuendum pertinent.



Vdite hæc, omnes Gentes, auribus percipite omnes qui habitatis Orbem: Tridentinum Concil. iamdiu cæptum, aliquando intermissum distractũ variè atque diuulsum, nunc demum singulari Dei omnipotentis beneficio, summa atque incredibili omnium ordinum, ac nationum voluntate connectitur, atque perficitur. Dies hæc quidem felicissima Christiano populo illuxit, in qua templum Domini disturbatum frequenter, ac dissipatum reficitur, & absoluitur: & nauis hæc vna bonorum omnium ex maximis, ac diuturnis turbinibus, atque fluctibus tuta in portu collocatur, quam vtinam conscendere nobiscum ij voluissent, quorũ in primis gratia hæc ipsa nauigatio instituta fuit, atque ædificij huius construendi participes extitissent, qui hoc nobis negotium exhibuerunt: maioris nunc profectò lætitiæ causam haberemus. Sed nostra id certè culpa non accidit.

Nos Vrbẽ hanc in Germaniæ faucib. idest, in domibus illorum ferè limine positum elegimus, nos custodiã nul-

lam

lam nobis ne suspicionẽ illis aliquã minus liberi loci daremus, adbibuimus, nos eam fidem publicã illis cõcessimus quam sibi cõposuerunt, nos hic illos perdiu expectauimus: neque hortari, ac rogare vnquã destitimus, vt ad veritatis lucem cognoscendã accederent. Verum illis ẽt absentibus, satis, vt puto, à nobis consultum est. Etenim cum duo essent, in quib. ægri, atque infirmis illorũ animis medicina fuit adhibẽda, alterum fidei Catholicæ, ac veræ Euangelicæ illis in rebus, quæ in dubium ad ipsis vocantur, quæq. opportunæ his temporibus viderentur, explicata, & confirmata, disiectis omnibus, ac dissipatis errorum tenebris, doctrina, alterum disciplinæ ecclesiasticæ, cuius potissimum deprauatione illi se à nobis defecisse affirmant, restitutio, vtrũque quantũ in nobis fuit, pro temporum horum ratione, cumulatè præstitimus.

Principio enim sancta hæc Synodus (facta ex laudabili maiorum nostrorũ consuetudine suæ fidei professione) vt quoddam, quasi fundamẽtum futuris actionibus poneret, et quibus testimonijs atque præsidijs in dogmatib. sanciẽdis nitendum esset, ostẽderet, veteris, si à noui Testamẽti libros, qui essent sine vlla dubitatione recipiẽdi, antiquorum Conciliorum probatissimorum exemplo, piè, & prudenter enumerauit; ac, ne de verbis quidem vlla ex uarijs inuersionibus oriri posset difficultas, certam, ac definitam de Græcis, & Hebreis trãslationem approbauit. Hinc omniũ hæresum caput, atque arcẽ aggrediens, de humanæ naturæ corruptis initijs ea statuit, q̃ veritas ipsa, si loqui posset exprimeret. De iustificatione deinceps (res magna, & cũ ab antiquis, tum à nostri tẽporis hæ-

reticis mirum in modũ oppugnata) ea definiuit, quib. & perniciosissimis eo in genere opinionibus occurreretur, et rectè sentiédi ratio miro quodã ordine, atque admirabili sapientia (vt in illis Dei spiritũ facile agnoscas) demonstraretur. Præstãtissimo hoc post hominum memoriã decreto hereses ferè vniuersæ iugulãtur, et quasi caligo Sole, discutiũtur, ac dispelluntur; eaq. claritas, isq. splẽdor veritatis appareat, ut tãtũ lumẽ quin videat, dissimulare iã nemo possit. Subsecuta est salutaris septẽ diuinorum Ecclesiæ Sacramentorũ tractatio: primũ simul de omnibus, post de vnoquoq; separatim. Hic verò quis nõ uidet quàm distinctè, explicatè, abũdãter illuminata, et (quod caput est) verè tota cœlestiũ horum mysteriorũ ratio contineatur? Quis in tam magna multipliciq. doctrina, quid aut sequẽdum, aut fugiendum sit, potest vllo modo desiderare? quis in illis omnibus errandi locum, aut occasionem inueniet? quis denique de Sacramentorũ horum vi, atque virtute dubitare in posterum poterit: cum gratiã illam, quæ illis ipsis, quibusdam quasi stillicidij in fideliũ quotidie mentes illabitur, tunc nobis affuisse tam cõpiosè perspiciatur? Accesserũt ad hæc de sacrosancto Missæ sacrificio, et de Cõmunione sub vtraque specie, & paruulorum decreta; quibus quidẽ nihil sanctius, nihil vtilius, vt de cœlo lapsa, nõ hominibus composita videatur. Adiungitur his hodie certa de Indulgentijs, de Purgatorio, de Sanctorum veneratione, inuocatione, imaginibus, & reliquijs doctrina, qua non solùm hæreticorũ fraudibus, & calumnijs obsistetur, sed piorum etiam Catholicorum conscientijs planè satisfiet.

Hæc

Hæc de rebus ad ſalutem noſtram pertinentibus, quæ dogmata appellantur, fauſte, ac feliciter erunt peracta: neque aliud quicquam præterea, eo in genere, à nobis hoc tempore expectabatur.

In eorum aũt quibuſdã adminiſtrandis, cum nonnulla eſſent: quæ nõ ritè omnino, ac rectè ſeruarẽtur, accuratiſſimè, Patres ampliſſimi, curaſtis, vt purè illa, et caſtè atq; ex more, inſtitutoq. maiorũ tractarẽtur. Ita omnem ſuperſtitionẽ, oẽm quæſtum, oẽm (vt dicũt) irreuerentiam à diuina Miſſarũ celebratione abſtuliſtis, vagis, ignotis, & criminoſis ſacerdotib. ſanctum hoc offerre ſacrificium interdixiſtis, rei huius ſacratiſſimæ vſum à priuatis domibus, & profanis in ſacra, & religioſa loca reuocaſtis, molliores cantus, & ſymphonias, deambulationes colloquia, negotiationes, à tẽplo Dñi sũmo, uetuiſtis. Ita Eccleſiaſtico vnicuique gradui leges illæ à vobis præſcriptæ ſunt, ut tradito illis diuinitus ordine abutẽdi nullus vtique locus relinquatur. Ita nonnulla Matrimonij impedimẽta, quæ anſam quaſi quandã ad violãdã Eccleſiæ præcepta dare videbãtur: remouiſtis: facilẽ ueniæ cõſequẽdæ viã minus legitimè cõnubij fedus ineũtib. intercluſiſtis. Quid de fortuitis, tenebricoſiſq. matrimonijs cõmemorẽ? Et quidẽ ita ſentio ſi alia nulla cauſa conuocãdi Conc. fuiſſent (quæ multæ, & maximæ fuerunt) propter vnã hanc id oĩno fuiſſe faciendũ. Nam cũ res hæc ad oẽs ſpectet, neque ullus in Orbe terrarũ vniuerſo angulus reperiatur, quẽ labes hæc non inuaſerit: curãdũ meritò fuiſſet, vt cõi huic malo, communi etiam conſilio prouideretur. Innumerabiliũ Patres ſanctiſſimi, et grauiſſimorum

delictorum, ac scelerũ occasio, prudẽtissima ista uestra, ac propè diuina sanctione penitus ablata est, & Christianæ Reip. gubernationis sapiẽtissimè consultum. Accedet ad hæc vtilis in primis ac necessaria multorũ in Purgatorij, Sanctorum venerationis, inuocationis, imaginum, & Reliquiarum, atque etiam Indulgentiarum ratione abusiuum interdicto, qui rerum ipsarũ pulcherrimã faciem inquinare, atque turpe mirum in modum videbantur.

Altera verò pars, in qua de labenti, ac propè cadenti ecclesiastica disciplina fulcienda erat agendum diligentissimè etiam absoluta fuit, atque perfecta. Eligentur in posterum ad Ecclesiastica munera obeunda, qui virtute, non ambitione præstent, quique populi commodis, nõ suis inseruiant, & prosint, potiùs quàm præsint. Enunciabitur, atque explanabitur frequentis, & studiosius verbum Domini, ancipiti gladio penetrantius.

Aderunt suis gregibus, & inuigilabũt Epi, cæteriq; quibus animarũ cura cõmissa est, neq; extra creditã sibi custodiã vagabuntur. Nihil cuiquã proderũt, aut ad impurè, & flagitiosè viuendum, aut ad malè, & perniciosè docendũ priuilegia, nullũ sine pęna crimen, nulla sine pmio virtus relinquetur. Pauperũ, et mendicantiũ sacerdotum multitudini optimè prouisum est: certæ vnusquisque ecclesię, statutoq; operi, vnde alij possit, ascribetur.

Auaritia, quo nullum vitium est tetrius, presertim in domo Dei, ab eo omnino tolletur: gratis Sacramẽta omnia, vt par est conferẽtur. Ex vna ecclesia plures ex pluribus vna vt populi commodum et ratio postulabit, constituentur. Eleemosynarum Quæstores (vt appellant) qui

sua,

sua, non quæ Iesu Christi, quærētes, magnum nostræ religioni damnum, magnā infamiam afferebāt, ex omni hominū memoria (quod summę felicitatis loco ponēdū est) penitus euellentur. Hinc nostra præsens calamitas sumpsit exordium: hinc serpere infinitum malum, manareq. in dies latius nō desistebat, neque occurri illi adhuc multorum Conciliorum cautionibus, ac prouisionibus potuit. Quamobrem quis non nisi sapientissimè factū dixerit; vt membrum hoc, in quo sanādo diu: ac multum frustra laboratum est, ne reliquo corpori noceret, excideretur?

Porrò Deo cultus tribuetur puriùs, et accuratiùs, at-
'ue ita, qui fuerunt vasa Domini: mūdabuntur, vt ad sui
mitationē alios trahāt. In quo pclarè illud, fuit excogi-
ıtū, vt q sacris essēt initiādi, ijs morib⁹, atque litteris
ı vnaquaque ecclesia à prima ætate instituerentur, vt
ıoddā quasi virtutū oīum Seminariū illud existeret. Iā
ɛrò puincialib. Synodis restitutis, Visitationib. ad po-
lorum vtilitatē, nō ad querelā, & sumptum renouatis
ıdita Pastorib. regendi suos, atque pascēdi commodiùs
:ultate: Pœnitētia publica in vnum reuocata: Hospita-
ıte tū ecclesiasticis hominibus, tū pijs locis indicta: In
'atis sacerdotij conferēdis, memorabili, ac penè cęlesti
e constituta Beneficiorū (vt aiunt) pluralitate subla-
hæreditaria sanctuarij Dei possessione prohibita. Mo-
xcōmunicationib. imposito, ac terminato: Primis in-
's ijs in locis, vbi lites oriūtur, assignatis: Singularib.
aminibus interdictis: Omnium hominū, ac sacrorum
·imis luxuriæ cupiditati, atque licentiæ freno, quasi
'am, quod excuti nō facilè possit, iniecto: Regibus, ac

Prin-

Principibus sui muneris diligēter admonitis, aliisq. reb. huiusmodi prudētissimè sancitis, qs nō videt vestras uos P. optimi, hac etiā in re partes cumulatissimè executos? Actū sæpè est in superiorib. Conc. de fide nostra explicanda, moribusq. corrigēdis, sed nescio, an vnquā diligētius atque distinctius. Hic, pſertim hoc biennio, ex omniū populorū, ac nationū, in quib. catholicæ Religionis veritas agnoscitur, non solū Patres, sed Oratores habuimus. At quos viros? Si doctrinā spectemus, eruditissimos: si vsū, peritissimos: si ingenia, perspicacissimos: si pietatē, religiosissimos: si uitā, innocētissimos. Numer⁹ is quoq; fuit, vt, si præsentes Christiani orbis cōsiderētur angustiæ, frequentissima hęc omniū, quæ antea fuerūt, Synodus appareat. Hic singula omniū vulnera detecta, mores expositi fuere, nihil dissimulatū est: nostrorū aduersariorū argumēta, et rōnes ita tractatæ, vt eorum, tū causa, nō nostra agi videretur. Tertiū nonnulla, atq; ēt quartū discussa: summa sæpe contentione certatū: eo. s. consilio, vt quēadmodū igne aurum, ita quibusdā quasi luctationib. veritatis vires, ac nerui probarentur. Quæ enim inter idem sentientes, idemque spectantes discordia potuit existere?

Quæ cum ita sint, licet optandum (ut initio dicebam) summoperè fuisset, ut vnâ cū illis hæc agerētur, quorum potissimum causa tractata sunt; absentiū tamen etiam incolumitati, atq; saluti ita prouisum est, vt alia rōne prouideri, si affuissent, non potuisse videatur. Legāt illi, quæ de fide nostra statuimus, vt Christianū hoīem decet, humiliter, & si lumē eis aliquod fulserit, ne faciē auertāt, &, si vocem Domini audierint, corda sua non obdurēt.

Ac,

Ac,si ad cōem matris Ecclesiæ cōplexum,vnde illi distraxerunt,redire voluerit;clementiā sibi omnē,ac misericordiam tribuendā non dubitent. Sed præcipua illa rō est,P. A. dissentientes à nobis animos cōciliandi consentientes in fide,atque officio retinendi: si,quæ hoc in loco verbis sācimus,re ipsa in nostris ecclesijs præstemus Leges, & si optime sunt,muta tamen res est. Quid Hebręo populo Dei ipsius ore latæ leges profuerunt? Quid Lycurgi leges Lacedęmonijs, Solonis Ateniensibus ad libertatē retinendam,quā ob causam erant cōscriptæ,vtilitatis attulere? Sed cur externa,atq; antiqua nimis cōmemoro? Quę ad bene,beateq. uiuēdū instituta,atque pcepta ex unius Christi Domini nostri vita,atque doctrina siderare,aut possumus,aut debemus? quid item fuit à maiorib. nostris omissum, quod cum ad rectæ sentiendum, tū pręclarè agendum pertineret? Medicamentum quidē itare cōpositū,ac paratum iamdiu habemus. Verum morbum debet expellere, sumēdum est ac per venas in ie corpus diffundendū. Poculo hoc salutis nos primū riemur, Charissimi,et uiuę,atq; loquētes leges simus orma,ac quasi quædā regula, ad quā aliorū actiones idia dirigatur,atq; ita sibi vnusquisque psuadeat ni- Christianę Reip. commodo, ac dignitate successurū, uātū in se sit,studiosè præstiterit. Id curādum nobis tea fuit,tū multo erit in posterū accuratius. Etenim gistri nostri,ac Saluatoris exēplo facere prius debe- r,quā docere, postquā docuimus, quin faciamus,q terit excusatio? Quis ferre nos,ac pati poterit,si cū idū esse demonstrauerimus,ipsi furemur? si cū non

me-

mæchandũ, mæcemur? Sãctos à Sãcto Cõcilio innocẽtes, atque integros ab integritatis præceptis, & innocentiæ firmos in fide, atque constantes à fidei nostræ firmata doctrina discedere minimè conuenit. Ac tales quidẽ expectant nos populi nostri, qui nostrum iãdiu reditũ sustinẽtes, ea se ipsi rõne consolabantur fore, vt hãc tpis vsurã maiori præsẽtes studio sarciremus. Sed fiet id à nobis, vt spero, Patres Sanctiß. diligẽter, & quemadmodũ hoc in loco fecistis, ita etiã domi satis Deo, atque hoĩbus facietis. Nunc (quod huius tpis est) Deo primũ ipsi maximo, atq; immortali maximas, atque immortales gratias, et agamus, & habeamus, qui nõ secundũ peccata quæ fecimus nos, neque secundũ iniquitates nostras retribuit nobis, sed diẽ hunc lætissimũ, quẽ videre multi concupierũt nobis nõ solũ videndũ, sed ẽt celebrandum, incredibili cũ totius Christiani populi assensu, atque approbatione, sua magna benignitate cõcessit. Pio deinde IV. Sũmo nostro, atque Opt. Pont. gratiæ perpetuæ, ac singulares habendæ sunt; qui cũ primum B. Petri sedẽ ascendit, tãto Synodũ hãc instaurãdi desiderio exarsit, vt in eo suas oẽs curas, & cogitationes defigeret. Nuncios statim viros probatissimos ad indicendum illis Nationibus, atque Prouinciis Concilium misit, pro quorũ in primis salute conuocabatur. Hi Aquilonis partes propè oẽs peregrarũt, rogarũt, obsecrarũt, obtestati sunt tuta cĩa, atque amica promiserunt, atque id ẽt egerunt, vt in Angliam traiicerẽt Legatos postmodum pietate, ac doctrina præstãtissimos, cum interesse ille Synodo; vt mirũ in modum capiebat, nõ posset, huc misit, ex quib. duos (quorũ memoria in benedi-

nedi-

nediƈtione eſt) ſtatuta die, tametſi nulli ferè Epiſcopi con uenissent, hic eſſe voluit. Hi, atque additus eis paulò poſt tertius nouẽ menſes, atque eò amplius iuſtũ ad Synodum inſtituendã Epiſc. numerũ hoc in loco nihil agẽtes expeƈtauerũt, cum interea nihil aliud Põtifex ipſe, aut ageret, aut meditaretur quàm, vt Patres quãplurimi, quã optimi, & quamprimùm huc accederẽt, et Chriſtiani nominis Reges oẽs, ac Principes ſuos huc Oratores mitterent, vt cõi oĩum voto, atque cõſilio cõis hęc cauſa grauiſſima oĩum, atque maxima traƈtaretur. Quid vèrò poſtea oĩ cura, ſollicitudine, ſumptib. prætermiſit, quod ad Concilij huius amplitudinẽ, libertatẽ, & cõmodũ pertinere aliquo modo videretur? O ſingularẽ Paſtoris, ac patris noſtri pietatem, atq; prudentiam: ò ſummã ẽt eiuſdẽ felicitatẽ, cuius auƈtoritate, atq; auſpicijs iaƈtatum hoc diu, & agitatum Concilium conſtitit, & conquieſcit. Te Paulũ III. te Iulium, mortuos appello, quamdiu, quanto q. ſtudio videre, quod nos videmus exoptaſtis? quot in eam rem ſumptus, quot laborem inſumpſiſtis? Quamrem verè tibi, atque ex animo, Piè ſanƈtiſ. ac beatiſ. gratulamur, quo tantam tibi lætitiam, tantam tuo nomini laudem (id quod maximũ diuinæ in te beneuolentiæ argumento eſt) Dominus reſeruauit, quem nos precibus oĩbus, ac votis ſupplices oramus, vt te nobis incolumem, pro Eccleſiæ ſuæ ſanƈtæ cõmodo atque ornamẽto, et quam citiſſimè reddat, & quã diutiſſimè conſeruet. Serenissimo etiã Imper. gratias agere, et gratulari iure optimo debemus. Ille potẽtiſſimorũ Cæſarum, qui propagãdę Chriſtianę Religionis miro quodam deſiderio flagrarunt. ani-

animum, vt locũ, referens, vrbẽ hanc oĩ periculo liberã conseruauit, et nos, vt tutã, tranquillãque pacem trahere-remus, sua vigilãtia perfecit, magnãq. nostris animis securitatem assidua trium suorũ Legatorum summorũ virorum præsentia, ac prope pignore attulit. Ille de nostris his rebus pro sua eximia pietate sollicitus mirificè fuit. Ille à se, atque à nobis dissentiẽtes hoĩes ex obscurissimis in quib. versantur tenebris, eruere, atque ad sanctæ huius Synodi clarissimã lucem aspiciẽdam adducere maximopere laborauit. Regũ præterea Christianorũ, ac Principum in Concilio hoc amplissimis suis Legationibus ornando, & suos vestræ auctoritati fasces submittendo, pia maximè voluntas grata nobis memoria prosequenda est. Iam verò quis est Illustrissimi Legati, & Cardinales, qui se vobis debere plurimum nõ fateatur. Vos nostrarũ actionũ duces optimi, ac moderatores extitistis. Vos, ne nostra, aut in dicendo, aut in decernẽdo libertas violari, qua ex parte videretur, incredibili patiẽtia, ac diligẽtia curastis. Vos nulli corporis labori, nulli animi contẽtioni pepercistis, vt ad optatũ, res, exitũ, qđ alij multi, vestri similes frustra tentauerũt, quãprimùm perduceretur. In quo præcipuã quandam, ac propriã lętitiã habere, tu Morone Illustriß. atque ornatissime debes; qui cum vigesimo ab hinc anno primũ præclaro huic ædificio lapidẽ posueris: extremam nunc manum post alios multos huic operi architectos adhibitos feciliter pro summa tua, ac propè diuina sapientia impones. Factum hoc vnum egregiũ, ac singulare oĩum sermone ꝑpetuo celebrabitur, neque vlla vnquam ætas de tuis laudibus conticescet. Quid de vo-

bis

is dicam Pater ſanctiſſ. quam benè de Chriſtiana Rep. eſtris his præſtantiſſimis actionibus meruiſtis? quanta eſtrũ vniuſcuiuſque nominis cõmendatio, quãta gloria Chriſtiano populo vniuerſo tribuetur. Vos uerè Patres, erè Paſtores, et agnoſcent omnes, et prædicabũt: vobis ĩ vnuſquiſque vitã, atque ſalutẽ acceptam libentiſſi-] refert. O diem illam populis noſtris iucundiſſimam, que lętiſſimã in qua primũ reuiſere illos, nos, atque am cti à templi Domini ædificatione redeũtes contigerit. Sed fac, tu Domine Deus noſter, ut tam eximiæ de no- opinioni egregijs factis reſpondeamus, & ſemen hoc, id in agro tuo ſeminauimus, uberem fructum afferat, tq. vt ros eloquium tuum: atque, quod fore aliquan- ollicitus es, fiat temporibus noſtris, ut vnum ſit om- n ouile, & vnus Paſtor, atque is potiſſimum Pius in tui nominis gloriam ſempiternam. Amen.

)TVS PROPRIVS S. D. N. D. PII, diuina Prouidentia Papæ Quinti.

veritate exprimenda, &c. in diſpenſationibus ma- rimonialibus, & alijs gratijs, ſub pœna falſi.

PIVS PAPA V.



OTV proprio, &c. Cũ ſicut accepimus, nõ- nulli ſuæ cõſcientiæ prodigi, ac proprię ſalu tis immemores, vt faciliùs à nobis, et Se- de Apoſtolica diſpenſationes matrimonia- les, & alias gratias, & conceſſiones obti- radus conſanguinitatis, vel affinitatis, aut cogna-

tionis

tionis spiritualis, ac scientiã illorũ aliter, quã eis à principio ab ipsis partib. significatũ, uel narratũ fuerit exponũt, &, si matrimonia hmõi adhuc contracta nõ fuerint pro cõtractis narrat, ac aliàs diuersimodè verã facti speciẽ tã in ipsis dispẽsationib. matrimonialib. quã pro alijs quibuscuque gratijs, & concessionib. obtinẽdis, immutẽt ac propterea cum non solùm in impetrationib. hmõi falsitas narretur, verũ ẽt in partib. plerũque pro verificatione gratiarũ hmõi veritas immutetur, & falsitas committatur. Nos igitur huiusmodi abusibus, et errorib. obuiare cupientes, Motu proprio, &c. oẽs, & singulos procuratores tam officij sacræ Pęnitẽtiariæ, seu cõtradictoriarũ, quã alios, quoscũque sollicitatores, & scriptores, quos Copistas vocant, qui veritatẽ facti à narratione, q̃ ab ipsis partibus habuerunt, quo ad substãtialia, & qualitates necessariò exprimẽdas, diuersam faciũt, seu quoquomodo inuertunt, aut immutãt, deprauãt, et per subreptionem, et obreptionem gratias à nobis extorquẽt pęnam falsi incurrere, et ea puniri omninò debere decernimus, & declaramus. Mandantes propterea Almæ Vrbis Gubernatori, Cameræ Apostol. Auditori, & Vicario quatenus in præmissis reos, & culpabiles repertos pœna falsi, vt permittitur, puniant, cum potestate citandi etiã per edictum, constito summariè de non tuto accessu, aliqua dicendi, & faciẽdi in præmissis necessaria, seu q̃uolibet opportuna. Non obstan. præmissis cõstitutionibus & ordinationibus Apostolicis, cæterisq. contrarijs nequaquam obstantibus: irritum quoque et inane, & cap. dicique, etc. iudicari, et definiri debere, et sublata, etc. decernentes

nentes

nentes. Et quòd præsentis Motus proprij, & absque data & registratura, sola signatura sufficiat, & vbique fidem faciat in iudicio, et extra, regula cōtraria non obst. eiusq. transumptis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadē prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forēt exhibitæ, vel ostēsæ; quodque Cameræ, & Cancel. Apost. ac Audientiæ causarum Palatij Apostolici valuis, & in acie campi Floræ dimissis inibi copijs affixis omnes ita afficiant, & arctent, ac si illis personaliter intimatæ fuissent.

Placet Motu proprio M.

Die 5. Decembr. 1566. Suprascr. litteræ Apost. affixæ, & publicatæ fuerunt in locis suprascript. dimissis in eiusdem locis copijs affixis, per me Nicol. de Matthæis Curs.

Io. Guerardi, Mag. Curs.

BVLLA S. D. N. PII DIVINA Prouidentia Papæ V.

Super declaratione Decreti Concilij Tridentini de Cognatione spirituali inter maritum, vel vxorem suscipientis, & baptizatum, baptizatiq. patrem, & matrem, & quascunque alias personas tam ex parte suscipientis, quàm baptizantis, & baptizati.

Pius Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

CVM illius vicem, licet minimè suffragātibus meritis geramus in terris, de cuius vultu prodit iudicium, & vident oculi æquitatem, officij nostri debitā prosequimur actionem, si obscuros sacrorum Canonum sensus, ita aperire studemus, vt piis Christi fidelium mentibus nulla dubitādi occasio relinquatur. Sanè li-

cet ex eo, ꝙ in Cōc. Trid. decret. fuerit, cognationē spiritualem inter eos tātum cōtrahi, qui suscipiunt baptizatū de Baptismo, ac baptizatū ipsum, & illius patrem, & matrem, necnō baptizantem, & baptizatū, baptizatiq. patrē, & matrē; in reliquis personis, quæ per antiquos Canones occasione cognationis huiusmodi contrahere prohibentur, omne impedimentum sublatū esse videatur; adhuc tamen ab aliquibus dubitari accepimus, an saltē impedimētum cognationis spiritualis, hmōi inter maritū, vel vxorē suscipiētis, & baptizatum, necnon inter maritū, vel vxorem suscipiētis, & patrem, ac matrem baptizati vigeat, propterea ꝙ prohibitum de vno coniuge, de altero & prohibitum esse videatur. Nos piarum mentium quieti, & matrimoniorum fauori (quantum ex alto nobis permittitur) consulere volentes, à præcisis verbis Concilij minimè discedendum in præmissis esse censuimus. Et propterea nullum amplius impedimentum ratione cognationis huiusmodi subesse decernimus, & declaramus, quo minus inter dictos maritum, vel vxorem suscipientis & baptizatum, baptizatiq. patrem, & matrem, & quascunque alias personas tam ex parte suscipientis, quam baptizantis, & baptizati, in dicto Concilio nominatim non expressas, matrimonium liberè, & licitè contrahi possit, & ita ab omnibus iudicari debere mādamus, atque statuimus, decernentes irritum, & inane, si quid secus à quoquam quacunque dignitate, auctoritate, & potestate prædito contigerit iudicari. Non obstan. Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, aliisq. contrariis quibuscunque. Volumus aūt, quod præsentes litteræ in Cancellaria nostra Apostolica, & in acie Campi Floræ de more publicētur, & inter Constitutiones perpetuo valituras describantur. Et, quia difficilè foret, præsentes ad singula quæque loca deferri, quod earum transumptis, etiam impressis, manu alicuius Notarij subscriptis, ac sigillo alicuius Prælati munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc

hanc paginam nostræ declarationis, decreti, mandati, statuti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum.

Dat. Romæ apud S. Petrum anno Incarnat. Domin. 1566. 4. Kal. Decembr. Pontific. nostri anno primo.

Cæs. Glorierius.

H. Cumyn.

Visa de Curia Io. Barengus.

Registrata apud Cæsarem Secretarium.

Anno à Natiuitate Domini 1566. Indict. 9. die verò 19. mensis Decemb. Pont. S. D. N. Pij, diuina Prouid. Papæ V. anno eius primo, retroscriptæ litteræ Apost. affixæ, & publicatæ fuerunt ad valuas Cancell. Apost. & in Acie Campi Floræ, per nos Antonium Clerici, & Io. Andream Rogerium, præfati Sanctiss. Domini nostri Papæ Cursores.

Stephanus de Olea Magist. Curs.

BVLLA S. D. N. PII DIVINA Prouidentia Papæ V.

Super declaratione Concilij Tridentini de impediment. affinitatis ex fornicatione prouenientis.

Pius Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

AD Romanum Pont. spectat Canonicas sanctiones, quæ expressiorem sensum postulare videntur, re diligẽter perspecta, ita declarare, & alias prouidere, vt omnis dubietas de piis Christi fidelium mentibus reuellatur. Sanè postquam ex eo, quod Trid. Synodus impedimẽtũ affinitatis ex fornicatione prouenientis, per quod non solum Matrimoniũ contrahi prohibetur, sed etiam postea factum dirimitur, ad eos tantum restrinxit, qui primo, & secundo gradu coniunguntur, in vlte-

rioribus verò gradibus statuit Matrimonium, postea factum non dirimi, à plurib. Christi fidelibus, vt accepimus, est dubitatũ, an, liceat in vlterioribus gradib. huiusmodi Matrimoniũ contractũ non dirimatur, adhuc tñ iuxta antiquos Canones cõtrahi ꝓhibeatur. Et ꝑꝑea nos oẽm ambiguitatẽ tollere, & animarũ trãquillitati ac mrimonij libertati, quãtũ cum Deo possumus, consulere volẽtes, declaramus, & Apost. auctoritate decernimus, nullũ hodie impedimentũ remanere, quo minus in vlteriorib. gradib. hmõi liberè, & licitè matrimoniũ contrahi possit, & ita ab oĩb. iudicari debere mandamus, atque statuimus, decernẽtes irritũ, & inane, si quid secus à quoquã quacũque dignitate, auctoritate, & potestate prædito cõtigerit iudicari. Non obst. constitutionibus & ordinationib. Apost. aliisq. cõtrarijs quibuscunque. Volumus aũt, ꝙ prȩsentes litterȩ in Cãcel. nostra Apost. & in acie Cãpi Florȩ de more publicẽtur, & inter Cõstit. ꝑpetuo valituras describãtur. Et qa difficile foret, ꝑsentes ad singula quæq. loca deferri, ꝙ earũ trãsũptis, ẽt impressis, manu alicuiꝰ Notarij subscriptis, ac sigillo alicuius Prælati munitis eadẽ prorsus fides adhibeatur, ꝙ̃ ꝑsentib. adhiberetur, si forẽt exhibitȩ, vel ostẽsæ. Nulli ergo oĩno hoĩum liceat, hãc paginã nostræ declarationis, decreti, mandati, statuti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario cõtraire. Si qs aũt hoc attẽtare ꝑsũpserit, ĩdignationẽ oĩpotẽtis Dei, ac beatorũ Petri, & Pauli Apo. eiꝰ, se nouerit incursurũ. Dat. Romæ apud S. Petrũ, anno Incar. Domin. 1566. 4. Kal. Dec. Põt. nostri anno primo. *Cæs. Glorierius.*

Visa de Curia Io. Barengus.

Registrata apud Cæsarem Secretarium.

Anno à Natiu. Do. 1566. indict. 9. die verò 19. mens. Decẽb. Pont. Sanctiss. D. N. D. Pij, diuina Prouid. Papæ V. anno eius primo, retroscriptæ litteræ Apost. affixæ, & pub. fuerunt Romæ in valuis Canc. Apost. & in acie Campi Floræ, vt moris est, per nos Io. And. Rogerium, & Camillum Cherub. Curs.

Stephanus de Olsa, Mag. Cursorum.

DE-

DECLARATIO CONCILII Tridentini, de compaternitate, & affinitate.

Ex Fornicatione, ac Matrimonijs desuper contractis, & contrahendis.



SANCTISSIMVS in Christo Pater, & D.N. D.Pius diuina Prouidẽtia Papa V. ad cuius notitiam peruenit, quod cũ in decretis S. Concilij Tridẽtini certæ tãtum personæ enumerentur, inter quas dũtaxat cognatio deinceps cõtrahatur, ab aliquibus reuocatur in dubiũ, an qui vltra personas in dictis decretis enumeratas, quo quomodo cognatione spirituali, ante cõfirmationẽ dicti Cõcilij coniuncti, erãt absque dispensatione Apostolica, Matrimonium post dictam confirmationem contrahere potuerint, ac hodie, & de cætero contrahere possint, cum ante prædictam confirmationem, id facere de iure minimẽ liceret. Et insuper, cum in eisdem decretis statuatur, affinitatem, quæ ex fornicatione contrahitur, in illis solummodo attendi debere, qui primo, vel secundo affinitatis gradu coniunguntur, ab aliquibus pariter dubitatur. An matrimonia inter personas, quæ ante cõfirmationem dicti Cõcilij, tertio, vel vlteriori huiusmodi affinitatis gradu coniunctæ erant, post confirmationẽ eiusdẽ Concilij absque dispensatione Apostol. contracta, & quæ deinceps contrahi contigerit, dirimi debeant. Sanctitas sua ad tollendum omne dubium, eos, qui ante confirmationem prædicti Concilij cognationem spiritualem contraxerunt (dummodo non sint ex personis in dictis decretis enumeratis, & inter quas tantum Concilium voluit deinceps contrahi hanc cognationem spiritualem) matrimonij vinculo inter se absque dispensatione aliqua liberè, & licitè copulari posse, ac matrimonia etiam post confirmationem huiusmodi, absque dispensatione Sedis Apostolicæ inter eas iam cõtracta valere,

plenamq. roboris firmitatem obtinere: Et similiter Matrimonia post confirmationem Concilij absque dispensatione Apost. secuta,& quæ de cætero sequētur,inter personas, quæ ante dictam confirmationem affinitatem (infra tamen secundum gradum ex fornicatione prouenientem) contraxerant, propter huiusmodi affinitatem dirimi non debere, sed valida,& efficacia existere declarauit. Sicq. per quoscũque Iudices, & Commissarios, etiam S.R.E.Card. sublata eis quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, iudicari, & definiri debere, ac quicquid secus super his à quoquam, quauis auctoritate scienter, vel ignoranter attentari contigerit irritum, & inane decreuit.

Placet, publicetur, & describatur.

Lecta, & publicata fuit suprascripta Regula Romæ in Canc. Apostol. anno Incarnationis Domini, 1566. die verò Martis 20. mensis Aug. Pont. Præfati S.D.N.D. Pij Papæ V. anno primo.

A. Lomellinus Cust.

DECLARATIO REGVLÆ Pij Quarti,

Super expressione gradus propinquioris in dispensationibus Matrimonialibus.

SANCTISSIMVS in Christo Pater, & D.N.D. Pius Diuina Prouidētia Papa V. Attendēs per quādā cōstitutionē dudũ per fel.recor. Piũ Papam IV. Sanctitatis suæ prædecessorē editā, quā cauetur, quod in dispensationibus Matrimonialibus pro diuersis cōsanguinitatis, seu affinitatis ex eodem stipite prouenientibus gradibus coniunctis, non remotioris solum, prout olim fieri solebat, sed etiam propinquioris graduum expressa mentio fieri debeat, alioquin dispēsationes, ac desuper confectæ litteræ nullius sint roboris, vel momenti, prout in d. Cōstitutione plenius continetur,

tinetur, à dispositione iuris cōis, & laudabili, ac antiquo Ro. Cur. stylo nimirū recidi; ac fauorem matrimonij debitū restringi. Volensq. propterea iuri, & stylo prædictis necnon piæ memoriæ Greg. XI. Clemētis VI. Rom. Pont. etiam Sanctitatis suæ prædecessorū vestigiis inhærendo, Sacramento, & libertati matrimonij, quantum cū Deo potest, fauere: Statuit, & ordinauit, ꝙ de cætero in quibuscunque dispensationibus, quas pro matrimoniis contractis, aut cōtrahendis inter viros, & mulieres inuicem diuersis prohibitis consanguinitatis, seu affinitatis, aut mixtis ex communi, seu ab eodem stipite surgētibus, quicūque illi sint, dummodo primū quoquomodo nō attingāt, cū in eo Sāctitas sua nunquā dispensare intēdat, gradibus cōiunctos, ab eadem Sanctitate sua, & pro tpe existente Rom. Pont. aut Sede Apost. impetrari, vel aliàs cōcedi, cōtigerit, ac litteris, cōmissionibusq. desuper et locorū Ordinariis faciendis, gradus remotior attēdatur, trahatq. secū ꝓpinquiorē, ac ob id sufficiat remotiorē tm̄ gradū exprimere, obtētis tn̄ postea sup ꝓpinquiore litteris declaratoriis, iuxta Greg. & Clem. præd. hmōi constitutiones, quas quo ad hoc innouauit, & inuiolabiliter obseruari mandauit, dispensationesq., seu dispensandi cōmissiones, ac desuper confectas litteras, & processus habitos per easdē dispensati, seu his cū quib. dispēsari mādatur ꝑꝑ proximioris gradus hmōi non expressionē, de surreptionis, vel obreptionis vitio, seu intētionis defectu notari nō posse, sed in oībus, & per omnia suffragari, perinde ac si in litteris, seu commissionibus huiusmodi de proximiore, seu vtroque gradu specialis, & expressa mētio facta fuisset. Sitq. per quoscunque Iudices, & Commissarios, etiam S.R.E. Cardinales, sublata eis quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate iudicari, & definiri debere, ac quidquid secus super his à quocunque quauis auctoritate scienter, vel ignoranter attentari cōtigerit, irritum, & inane decreuit, constitutiones Pij præd. huiusmodi, cęterisq. contrariis non obstantibus quibuscunque.

Placet. publicetur, & describatur M.

Lecta, & publicata fuit suprascripta Regula Romæ in Canc. Apost. anno Incarnat. Dom. 1566. die verò Martis, 26. mensis Aug. Pōt. præfati S.D.N.D. Pij Papæ V. anno primo.

BVLLA S. D. NOSTRI D. PII D. Prouidentia Papæ Quinti.

Per quam declaratum Decreti Sacri Concilij Tridentini, super impedimento publicę honestatis editum.

Pius Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.



D Romanum spectat Pontificem sua sollicitudine diligenter prouidere, vt sacrorū Conciliorum decreta, ita suæ declarationis adminiculo dilucidentur, q̄ nulla desuper dubitandi occasio cuiquā relinquatur. Sanè ad aures nostras peruenit, multos esse, qui dubitent, an Decretu œcumenici Conc. Trident. Sess. 24. de reformatione Matrimonij, tertiū, quo cauetur, impedimentum publicæ honestatis, vbi sponsalia valida non fuerint prorsus tolli: vbi verò valida fuerint, non excedere primū gradum, cū in vlterioribus gradibus nō possit huiusmodi prohibitio seruari: de sponsalibus per verba (vt aiunt) de futuro tm̄ cōceptis intelligatur, vel etiam Matrimonia per verba de præsenti cōtracta, non tñ consummata, quæ interdum spōsalia appellantur, comprehēdat, ita vt etiam eo casu impedimentum inde proueniens sublatum fuerit. Nos itaque, vt omnis difficultas, & dubitatio tollatur, attendētes, q̄ Sponsaliorum appellatione, quæ dictū Cōcilium vtitur, nō nisi impropriè Matrimonium verbis de præsenti conceptis cōtractum cōtinetur, quodque agitur de correctione Iuris veteris, quo casu s̄m proprietatem verborum duntaxat procedendum est, præsertim cū longè

gẽ maiorem tonem prohibitionis in Matrimonio per verba de præsenti cõtracto, quam in Sponsalib. de futuro vigere à nemine dubitetur. Idcirco Motu proprio auctoritate Apost. tenore præsentiũ declaramus, & definimus, decretũ Cõcilij huiusmodi omnino intelligendũ esse, & procedere in Sponsalib. de futuro dũtaxat, nõ aũt in Matrimonio sic (vt præfertur) contracto, sed in eo durare adhuc impedimentũ in omnibus illis casibus, & gradibus, quib. de iure veteri ante prædictum Decretũ Concilij introductũ erat, & ita ab omnib. iudicari debere mandamus, atque statuimus. Non obstantibus Constitutionib. & Ordinationib. Apostolicis, alijsq. contrariis quibuscunque. Volumus aũt, quod præsentes litteræ in Cancellaria nostra, & in acie campi Floræ de more publicentur: inter Constitutiones perpetuo valituras describantur. Et, quia difficile foret, præsentes ad singula quæque loca deferri, volumus, & ẽt declaramus, ꝙ earũ transumptis, ẽt impressis, manu alicuius Notarij subscriptis, ac sigillo alicuius Prælati munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentib. adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ declarationis, definitionis, mandati, statuti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beat. Petri, & Pauli Apostolor. eius, se nouerit incursurum.

Dat. Romæ apud S. Petrum anno Incarnat. Domin. 1568. Kal. Iulij, Pontific. nostri anno 3. *Cas Glorierius.*

H. Cumyn.

Registrata apud Casa em Secretarium.

Anno à Natiuit. Dom. 1565. Indict. 6. die verò 24. mens. Feb. Põt. Sanctiss. in Christo P. & D. N. D. Pij, diuina prouid. Papæ V. anno VI. Retroscriptæ litteræ Apost. lectę, & affixę, & pub. fuerũt ad valuas Cancel. Apost. & in Acie cãpi Floræ, vt moris est, dimissis ibid. præsentib. litteris per aliquantulum tẽporis spatiũ affixis, & deinde amotis per nos Iul. Patinum Cle. Ter. & Io. Bonorum prælib. S. D. N. Pap. Curs.

Camillus Cherubinus, Mag. Curs.

SANCTISS. D. N. D. PII PAPÆ V. Constitutio.

De trium votorum professione, ab ijs emittenda, qui in Congregationibus sub obedientia voluntaria viuunt, quorum habitus à sæcularibus Presbyteris est distinctus.

Pius Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

LVBRICVM vitæ genus eorum veriti, qui regulariũ formã præseferentes, nec proprijs renũciant, nec vllam profitentur ex Regulis approbatis: quando horum plerique proprio instituti obsequentes, alij odio incensi, alij, dum quod ambiunt, minus consequuntur; alij, vel dilapidatis, vel interuersis rebus, & ad sese, vel propinquos translatis, vt ratiocinia effugiant. quidam etiam in suos ipsorum mores inquisitum iri præsentientes, quasi impunitatem adepturi, e sodalitio suo vt lubet, exiliunt, eiectisq. illius insignibus, vestem recipiunt sæcularem. Hinc graues, & periculosæ quotidie offensiones in populos cócitantur, dum quos disciplinæ regulari perpetuo mancipatos credunt, rursus eos, etiam vbi consueuerint, contempto post tot annos, & relicto, indignis sępè modis, eius, cui sese dederant, vitæ institutio, liberos vident, & solutos in sæculo euagari, cum igitur conueniat, vt cuius arma induit, eam miles militiam persequatur, hanc de prædictis rõnem capere instituimus, vt vel permanendi, vel absedendi facultate semel singulis proposita, certus deinceps, & immobilis disciplinæ regularis cultus debeat in ipsis sodalitatibus perpetuò obseruari. itaque de nobis attributæ potestatis plenitudine, statuimus vt omnes, & singuli Priores, Præpositi, & alij Præsidentes, Generales, Prouinciales, & Cõuentuales, necnõ Canonici, & Fratres S. Georgiis in Alga Venetiarũ, ac Eremitarum Sãcti Hieronymi, aliàs B. Petri Pisarum, & omnium,

ac

ac quarumcunque aliarũ Cõgregationũ, necnõ Ecclesiarũ, Domorũ,& Conuentuũ in cõi,& sub obediẽtia voluntaria, & extra votũ solẽne religionis viuentes, quorũ habitus à seculatib. Presbyteris est distinctus, qui religionẽ amplecti, & professionem regularẽ solemnẽ emittere voluerint, id in suis quisq. Cõuentib. & Domibus intra 24. horarũ spatium, postquam Delegatus noster præsentes litteras eis significauerit, palã, & spõte deliberent, declarent: inde cõuocato quam primum per singulas hmõi congregationes, Generali, vel alio supremo, iuxta morẽ cuiusq. Cõgregationis, Capitulo, ibiq. electa vna sub degãt, ex regulis approbatis, in quã maior pars vocũ ipsius Capituli cõsenserit, triũ votorũ substantialium professionẽ regularẽ, intra mensem solemniter emittant; & in eã tam ipsi, q̃ illã deinceps ingressuri, atque professuri, perpetuũ ferãt Altissimo famulatũ: sicq. professi, vel in suis quisq. Prioratibus prepositutis, p̃sidẽtijs, administrationibus, & officijs cõfirmentur, vel ad aliam transferantur, prout cuiq. congregationi, & Superiorib. suis videbitur vtilius expedire. Qui verò, excurso iã anni spatio, in ipsa Congregatione morati, refugerint intra tp̃s prædictum profiteri: detracto religionis habitu, ac redditis etiam in vinculis, si opus sit, receptorũ, & administratorum oĩum rõnib. eijciantur: nec deinceps patiantur in illis eiusdem Congregationibus, Domibus, seu Cõuentib. amplius cõuersari. Quocirca mandamus vniuersis, & singulis Prioribus, Præpositis, Generalibus, Prouincialibus, & Conuentualibus, ac alijs cuiuscunque dignitatis, & nominis Ministris, necnon Conuentibus, Canonicis, Fratribus, & personis Cõgregationum huiusmodi, vt statutum nostrum prædictum, non expectata alia iussione, aut mentis nostræ declaratione, humiliter recipiant, & studiosè obseruare procurent. Quod si fortè aliqui in eo, quo nunc sunt statu (quem omninò tollimus, & abolemus) contra nostrum hoc statutum persistere contenderint, singulos omni dignitate, officio, administratione, & beneficio priuamus, & ad futura perpetuo indignos decernimus,

nimus, excómunicationis quoque sentẽtia innodamus eo ipso. Non obst. fundationib. & institutionib. ac statutis, & consuetudinib. Cógregationũ, Domorũ, & Conuentuũ prædictorum, iuraméto, confirmatione Apost. vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegijs quoque exemptionib. & indultis Apost. illis, eorũq. Superiorib. & ꝑsonis, ad eorũ singulis per quoscũque Ro. Põt. prædecessores nostros, ac nos, & Sedem Apost. ẽt per modũ statuti ꝑpetui, ac initi, & stipulati, cõtractus ac alias sub quibuscũque tenoribus, & formis, ac cũ quibusuis clausulis, & decretis in genere, & in specie concessis, & confirmatis, ac etiã alijs reformationib. quotiescunque ac quocunque tẽpore factis & promulgatis, & quibuslibet alijs Indulgẽtijs, & litteris Apost. specialibus, & generalibus, quorumcunque tenorum existãt, per quæ presentib. nõ expressa, vel totaliter nõ inserta effectus earũ impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quib. quorumq. totis tenorib. habẽda sit in nostris litteris mẽtio specialis, q̃ omnia tamquam abrogata cõtra earundẽ presentiũ tenorẽ nolumus cuiquã in aliquo suffragari. Ceterum mandamus, p̃sentes ad valuas Basil. Principis Apost. de Vrbe, & Canc. Apost. ac in acie Cãpi Floræ publicari, & earũ exẽpla de more applicari. Ac etiam volumus, ꝙ ipsarũ præsentium exẽpla ẽt impressa, & Prælati Ecclesiastici, vel eius curiæ sigillo, & Notarij publici manu obsignata, eandem illã fidẽ vbiq. locorũ in iudicio, & extra illud faciãt, q̃ ipsæ præsentes facerẽt, si ibi ostẽderentur, aut exhiberẽtur. Nulli ergo omnino hominũ liceat hãc paginã nostræ sublationis, abolitionis, priuationis, statuti, mãdati, innodationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario cõtraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beator. Petri, & Pauli Apost. eius, se nouerit incursurum. Dat. Rom. apud S. Petr. anno Incarn. Domin. 1568. 15. Kal. Decembr. Pont. nostri anno tertio.

Cæs. Glorierius.

H. Cumyn.

Anno

Anno à Natiuitate Domini 1568. Indictio. 11. die verò 4. mensis Decembr. Pontif. Sanctiss. in Christo Patris, & D.N.D. Pij diuina Prouidentia Papæ V. anno tertio, Retroscriptæ litteræ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valuas Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ, dimissis in omnib. supradictis locis earundem retroscriptarum litterarum copijs affixis, vt est moris, per nos Ioannem Freile, & Iulium Parinum prælibati S. D. N. Papæ Curs.

Christianus de Monte, Mag. Curs.

SANCTISS. D. N. D. PII PAPÆ V.

Extensio Decreti Concilij Trident. Sess. 21. cap. 2. Quod incipit; Cum non deceat, loquentis de Clericis sæcularibus, ac Clericis regularibus non professis: quòd non promoueantur ad sacros ordines, nisi seruata forma dicti Decreti.

Pius Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.



OMANVS Pontif. sacrorum Conciliorum auctor & interpres, illa, quæ in huiusmodi Concilijs à prudentibus Patribus, in Spiritu Sancto legitimè congregatis salubriter sancita sunt, pro sui pastoralis officij debito, dum æquitas, honestas, & decus suadet, sicuti declarare, & moderari, ita etiam ad alios casus extendere consueuit. Sanè cum non deceat diuino ministerio ascriptos cum ordinis dedecore mendicare, aut sordidum aliquem quæstum exercere, à sacro Tridentino Concilio inter alia decretum fuit, ne quis deinceps Clericus sæcularis, quamuis aliàs moribus, scientia, & ætate esset ido-

idoneus, ad sacros Ordines promoueretur, nisi prius legitimè cõstaret, eum beneficium Ecclesiasticū, q sibi ad victum honestè sufficeret, pacificè possidere, vel alias ordinari non posse, nisi iuxta Decreti ab ipso Concilio desuper editi formã, & tenore. Cum aut nulla in huiusmodi Decreto religiosorũ Clericorum mentio facta fuerit, ac propterea nonnulli (vti moleste accepimus) certorum Ordinum religiosi, seu Canonici, vel Clerici intra claustra Monasteriorũ, seu Domorum more regulariũ in cõi viuentes, qui nunquã, seu non nisi ad certum tps professionẽ emittũt, & ex claustro exire, vel dimittit, & ad sæculũ redire liberè, & licitè possunt, religionis ptextu absque titulo sufficientis beneficij, nec iuxta d. Decreti tenore, ad sacros Ordines se promoueri prætendat, & à nõnullis Episcopis passim promoueãtur. atque inde plerũque illud incõueniens eueniat, vt sic promoti, & è claustro exeũtes, & per sæculũ vagantes, vel mendicare vel sordidũ quæstũ exercere, non sine ipsorũ dedecore, ac Ordinis vilipẽdio, & quã plurimorũ Christi fidelium scandalo cogãtur. Nos igitur, qui singulorũ Dei Ministrorũ honorem, & decus (quantum in nobis est) sinceris exoptamus affectib. motu proprio, & ex certa nostra scientia, deq. Apostolicæ potestatis plenitudine hac perpetuo valitura sanctione, decretũ prædictũ de Clericis sæcularib. loquens, ad oẽs, & singulos ẽt cuiuscunque Ordinis Clericos Religiosos, siue sæculares more religiosorũ viuentes in cõi nõ professos, harum serie extendimus, & ampliamus. Ac religiosis, & alijs prædictis nõ professis, vt ad sacros Ordines pmoueri; necnõ omnib. & singulis venerabilibus Fratrib. nostris, Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis gratiã, & cõmunionẽ Sedis Apostolicæ habentib. vt Ordines ipsos hmõi Religiosis psonis impẽdere, nisi obseruata forma dicti Decreti, nõ valeãt, in virtute sanctę Obediẽtię, & sub indignationis nostræ pena interdicimus, & prohibemus, ac contra facientes per annum à pręstatione talium Ordinum ipso iure suspẽdimus, Statuentes, & decernentes, promotiones quorumlibet religio-

ligiosarum personarum prædict. ad Ordines hmôi côtra ipsius decreti Conc. Trid. formam, etiam cuiusuis licentiæ ab Apost. Sede, vel illarum superioribus cuiuscunque dignitatis, status, gradus, & præeminentiæ existant, etiam si Pontificali dignitate fungantur, vel Cardinalatus honore præfulgeant, concessæ, prætextu factas, executione prædictorum ordinum omnino carere, nullasq. prorsus, & irritas existere, sicq. promotas personas in altaris ministerio ministrare non posse. Quinimò ministrantes priuilegiis exemptionibus, immunitatib. & aliis gratiis Clericis concessis omnino priuari. & irregularitatis, aliasq. in dicto Decreto contentas, pœnas eo ipso incurrere, à quibus nisi à Rom. Pont. vel in mortis articulo minimè absolui possint. Non obst. quibusuis Constitutionib. & ordinationib. Apostolicis, ac quorumuis monasteriorũ, ordinũ, ét iuramento, & cõfirmatione Apostolica, vel quauis firmitate aliàs roboratis, statutis, & consuetudinib. & priuilegiis atque indultis, & litteris Apostolicis, illis, illorumq. superioribus, & personis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis, etiam derogatorum derogatoriis, aliisq. efficacioribus efficacissimis, restitutiuis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliàs quomodolibet etiam iteratis vicibus concessis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus etiam si aliàs pro illorum sufficienti derogatione de illis, illorumq. totis tenoribus specialis specifica, expressa, & indiuidua, nó aũt per clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exequuta forma ad hoc seruanda foret illorum tenores, formas datas, & decreta in illis apposita, ac si de verbo ad verbum insererentur, præsentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris: hac vice duntaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisq. contrariis quibuscunque. Et vt præsentes litteræ ad omnium notitiam perueniant, neve quis illarum ignorantia excusari possit, volumus, & Apost. auctoritate decernimus,

præ-

præſentes litteras ad valuas Principis Apoſtolorum de Vrbe,& Cancellar. Apoſtolicæ,ac in acie Campi Floræ publicari, & earum exempla affigi, & imprimi, illarumq. exemplis etiam impreſſis,manu alicuius Notarij publici,& ſigillo Prælati Eccleſiaſtici, vel eius curiæ obſignatis, eandem prorſus fidem adhiberi, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ extenſionis,ampliationis, interdicti,prohibitionis, ſuppoſitionis,ſtatuti, decreti,derogationis,& voluntatis infringere,vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit,indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum.

Dat.Romæ apud S.Petrum, anno Incarnat. Domin.1568. pridie Idus Octobr. Pontificatus noſtri anno tertio.

Cæſ. Glorierius.

H.Cumyn.

Regiſtrata apud Cæſarem Secretarium.

Anno à Natiuitate Domini 1568. Indict.11. die verò 12. menſis Nouembr.Pontif.Sanctiſs.in Chriſto Patris,& D.N. D.Pij,diuina prouid.Papæ V.anno tertio,retroſcriptæ litteræ Apoſtolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valuas Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vrbe Cancell.Apoſtolicæ, & in acie campi Floræ,dimiſſis in ſuperius expreſſis locis præſentibus litteris per aliquantulum temporis ſpatium affixis,& deinde,vt moris eſt,amotis per nos Thomam Gallarum,& Iulium Parinum, prælibati Sanctiſs. D.N.P.Papæ V. ac S. Sedis Apoſtolicæ Curſores.

Chriſtianus de Monte Magiſter Curſ.

F I N I S.

AD CONCILII TRIDENTINI MARGARITAS,

Adm. R. P. Mauritij de Gregorio, Siculi Cameratensis, Ord. Prædicatorum, Theol. Illustriss. D. Oratij Aquauiua, Episcopi Calatini.

HYACINTHVS.

Et collectio omnium Conciliorum Religionis Christianæ contra hæreticos. Ex primo Hierosolymitano sub Diuo Petro vsque ad Tridentinum. Ex Tomis magnis Conciliorum, ex paruo Volumine Archiepiscopi Toletani, Bartholomæi de Miranda etiam Conciliorum. Ex serie Synodorum Dominici Bannes, ex Illustriss. Cardinali Baronio, & ex Illustrissimo Cardinali Bellarminio, ex Historia Tripartita, ex Historia Ecclesiastica Ruffini, ex Historia Ecclesiæ Eusebij, ex Platina, ex Panuinio, ex Pyghio de Ecclesiastica Hierarchia, ex Ephiphanio, ex Alfonso de Castro, ex Serafino Porretta, ex Bullario, ex Sacris Canonibus, & eorum expositionibus, ex Theologis in Sententijs, ex Summa S. Thomæ, & Commentatoribus, ex Expositoribus Noui, & Veteris Testamenti, ex Summis Casuum conscientiæ desumptus, sub quibus Pontificibus, Imperatoribus, & in quo anno confectorum; & quot Episcopi, & ceteri interfuerunt.

Cum Superiorum Licentia, & Priuilegio.



VENETIIS, M. DC. XXII.

APVD IOANNEM SALIS.



VPPOSITA definitione Concilij, quam predicti Doctores assignant, scilicet, quod est conuentus, seu congregatio Episcoporum, Abbatum, & Generalium Ordinum ex gratia, locali Synodo ad tractandum de fide, & religione, & moribus auctoritate Summi Pontificis. Videatur Bannes in princip. 2.2.

Et supposita diuisione; quod Concilium est triplex, Generale, ad quod generaliter Episcopi conuocantur; Prouinciale ad quod Episcopi vnius Prouinciæ, aut Regni, Metropolitani auctoritate congregantur. Et Episcopale, quod faciunt Episcopi cum Sacerdotibus. Videantur Concilia Synodalia S. Caroli Borromei. Tandem supposita alia diuisione, scilicet, quod Synodorum, quædam sunt congregatæ, & confirmatæ à Summo Pontifice, quædam congregatæ tantum, & non confirmatæ, quædam non congregatæ, sed confirmatæ, & quædam neque confirmatæ, neque congregatæ. Videantur expositores Consilij Constantiensis.

PRIMVM CONCILIVM secundùm aliquos.

QVidam dicunt in principio nominati, primum Concilium fuisse contra Iudam in electione Matthiæ, vt in Actis Apostolorum, cap. 1. sub D. Petro in Hierosolyma, cum ceteris Apostolis post Ascensionem

nem Christi. Viri fratres, &c. (dicit Petrus) de Iuda, &c. qui possedit agrum de mercede iniquitatis, &c. & orantes cecidit sors super Matthiam, & annumeratus est cum vndecim Apostolis. Ecce ex primo Concilio existentia Spiritus Sancti.

PRIMVM CONCILIVM, secundùm communem opinionem.

Summarium, de circumcisione non facienda, vt abstineant à contaminationibus simulacrorum, fornicatione, suffocatis, & sanguine.

CONCILIVM *primum Hierosolymis celebratum est sub Diuo Petro Apostolo, & reliquis Apostolis, tempore Claudij Tiberij, quod habetur in Actibus Apostolorum cap. 15. quod modo sequitur. Surrexerũt autem quidam de hæresi Pharisæorum, qui crediderunt dicentes, quia oportet circumcidi eos; præcipere quoque seruari legem Moysis, conueneruntq. Apostoli, & seniores videri de verbo hoc; cum autem magna conquisitio fieret, surgens Petrus, dixit ad eos; Viri fratres, vos scitis quoniam ab antiquis diebus in nobis elegit per os meum Gentes audire verbum Euangelij, & credere, & qui nouit corda Deus, testimonium perhibuit, dans illis Spiritum Sanctum, sicut & nobis: & nihil discreuit inter nos, & illos purificans corda eorum: nunc ergo quid tentatis Deum, imponere iugum super ceruices discipulorum, quod neque patres nostri, neque nos portare potuimus, sed per gratiam Domini*

nostri

nostri Iesu Christi credimus saluari; quemadmodum, & illi. Tacuit autem omnis multitudo, & audiebant Barnabã, et Paulum narrantes quanta Deus fecisset signa, & prodigia in Gẽtibus per eos; et postquam tacuerunt, respondit Iacobus, dicens; Viri fratres, audite me; Simon narrauit quemadmodum primum Deus visitauit sumere ex Gentibus populum nomini suo, & huic concordant verba Prophetarum sicut scriptum est: post hæc reuertar, et reædificabo tabernaculum Dauid, quod decidit; & diruta eius reædificabo, & erigam illud; vt requirant ceteri hominum, & omnes Gentes, super quas inuocatum est nomen meum dicit Dominus faciens hæc. Notum à sæculo est Domino opus suum: propterea ego iudico non inquietari eos, qui ex Gentibus conuertuntur ad Deum: sed scribere ad eos, vt abstineant se à contaminationibus simulacrorum, & fornicatione, & suffocatis, & sanguine: Moyses enim à temporibus antiquis habet in singulis ciuitatibus, qui eum prædicent in Sinagogis, vbi per omne Sabbathum legitur. Tunc placuit Apostolis, & senioribus, & omni populo eligere viros ex eis, & mittere Antiochiam cum Paulo, & Barnaba Iudam, qui cognominabatur Barsabas, & Silam viros primos in fratribus, scribentes per manus eorum Apostoli, et seniores fratres qui sunt Antiochiæ, & Syrię, et Ciliciæ fratrib. ex Gentib. salutem. Qm̃ audiuimus, quia quidã ex nobis exeũtes, turbauerũt vos verbis euertentes animas vestras, iubentes vos circumcidi, & seruare legẽ, quibus non mandauimus; placuit nobis in vnũ, eligere viros, & mittere ad vos cum carissimis

nostris Barnaba, & Paulo hominibus, qui tradiderunt animas suas pro nomine Domini nostri Iesu Christi. Misimus ergo Iudam, & Silam, qui & ipsi vobis verbis referent eadem. Visum est enim Spirituisancto, & nobis, nihil vltra imponere vobis oneris, quàm hæc necessaria: vt abstineatis vos ab immolatis simulacrorum, & sanguine, & suffocato, & fornicatione, à quibus custodientes vos bene agetis. Valete.

Alia Tria Concilia.

G*Losa Ordinaria Actuum Apostolorum ponit alia duo concilia, vt in cap. sexto, non est æquum derelinquere verbum Dei, & ministrare mensis, &c. Elegerunt Stephanum, &c.*

Aliud.

I*N Capitulo vigesimoprimo aliud permittẽdo ad tempus legalia, donec Synagoga honorificè sepeliatur.*

Aliud.

I*N Capitulo quarto. Aliud quod potiùs Cœtus orans pro incremento gratiæ dicitur, quàm Concilium.*

II. CONC. anno 252.

F*Vit Romanum sub Cornelio Papa, & Decio Imperatore, congregatum contra Nouatum, constituitur à sexaginta Episcopis, et totidem Presbyteris cum Diaconibus multis, vbi statuitur Nouatum cum his, qui eum sequeretur, alienum esse ab Ecclesia: Eos verò, qui lapsi fuissent in certamine, fraterna commiseratione curandos, & fomentis pœnitentiæ medicandos, & contra Catharos, mundos se appllantes.*

III. CONC. anno 303.

FVit Ancyranum ab Ancyra ciuitate Galatiæ dictum, post tempora Marcellini Papæ celebratum, paulò ante Nicænum, circa annum Domini supradictum, quod facilè non inuenitur; fuit autem prouinciale, sed tamen receptum in sexta Synodo generali Constantinopoli in Trullo celebrata, vt patet ex 2. can. sextæ Synodi; à Gratiano in Decreto, Anchiritanum dictum, à quibusdam (vt ait) Bartholomæus Carranza Aquiranum, & continet canones 24. contra eos, qui inuiti dijs thurificabant, vel immolabant sub Eusebio Papa, & Diocletiano Imperatore.

IV. CONC. anno 311.

FVit Neocæsariense sub Melchiade Papa (quamuis quidam dicant quod nesciatur sub quo Pontifice, cui opinioni videntur adhærere Archiepiscopus Toletanus) & sub Constantino, Chloro, & Galerio Maximino Augustis in clara Neocæsariensi ciuitate quæ nunc Trapezuntium appellatur, vt ait Palemonius de origine ciuitatum Scriptor, & Cosmographi recentiores enucleant, in prouincia Cappadociæ sita, factum fuit paulò ante Nicænum; quoniam Episcopus hic, & illic designatus reperitur, in quo Patres 17. conuenerunt; cuius canones sexta Synodus Cõstantinapolitana in Trullo celebrata probauit, vt ex secundo Canone Græcæ editionis constat, depositionem, irregularitatem, tempus ordinandorum Presbyterorum, numerum Diaconorum, &c. obseruari iubet.

V. CONC. anno 315.

FVit Nicænum primum in Nicæa Bithyniæ ciuitate habitum, vt ait Polemonius, vbi congregati fuerunt 118. Episcopi Catholici, fidem integram, sanctam, Catholicam, immaculatam exposuerunt, damnando Arium, Sabellium, & Photinum hæreticos, sub diuo Siluestro, & Magno Constantino.

VI. CONC. anno 320.

FVit secundum Romanum congregatum intra thermas Domitianas sub D. Siluestro, et Cōstantino Imperatore, cum 275. Episcopis, iterum Arium, Photinum, & Sabellium reprobando, de gaudio mundationis Constantini, de donatione Ecclesiæ, &c.

VII. CONC. anno 322.

FVit Eliberinum prouinciale apud Elibertū Hispaniæ ciuitatem celebratū sub Constantino Magno Imperatore, & Siluestro Papa, 19. Episcoporū, idola, et homicidia prohibēs, pœnam ponens matrimoniū contemnentium, uirginitatē laudans, vsurā eijciens, lenociniū, &c.

VIII. CONC. anno 323.

FVit Arelatense primum prouinciale, sub Constantino Magno, & Siluestro Papa auctoritate Pontificis confirmatum, cum fuisset prouinciale in Gallijs de obseruatione Paschatis, de domicilio, de Episcopis, & de quorumdam delictorum pœnis, &c. cum confirmatione primo in Præfatione.

IX. CONC. anno 324.

FVit Gangrense in Paphlagonia, seu regione Pelasgiorum, prouinciale, confirmatum in sexta Synodo gene-

generali Constantinopolitana in Trullo celebrata, sub eisdem, vt ex secundo Canone editionis Græcæ Parisinæ, vbi de nuptijs, de orationibus, de parentibus obediendo post epistolam, &c. tractat.

X. CONC. anno 328.

FVit *Arelatense secundum prouinciale, etiam sub Siluestro Papa, & Constantino, iubendo ne cum mulieribus cohabitetur, cum hæreticis non communicent, ne Neophitis clericis ordo detur, &c.*

XI. CONC. anno 352.

FVit *Carthaginense primum sub Siluestro Papa, & Constãtino Imperatore prouinciale fuit, in quo Carthaginẽ ex diuersis Prouincijs, Africanis plurimi conuenerunt Episcopi, & sancit rebaptizationem non faciendam, martyres non infamandos, de ordine, &c.*

XII. CONC. anno 342.

FVit *Romanum secundum, sub Iulio I. in quo conuenerunt 116. Episcopi contra Arium, cuius hæresis inualescebat, quem damnarunt vnâ cum suis dogmatibus, & in Synodo Nicæna confirmarunt acta.*

XIII. CONC. anno 346.

FVit *Coloniense sub Iulio I. Papa, & Constãtino Imperatore, contra Eufratem blasphemum hæreticum, Christum negantem Deum esse, & cum fuisset Episcopus, fuit priuatus, & damnatus.*

XIV. CONC. anno 347.

FVit *Antiochenum sub Iulio I. Papa, & Constantino Imperatore, cui Concilio subscripserunt triginta Episcopi, qui in eodem conuenerunt, & probatum*

est in sexta Synodo generali Cōstātinopoli in Trullo celebrata, vt in can. 2. Græcæ editionis patet, vbi prohibetur cum Iudæis celebrare, cum excommunicatis non communicare, & quæ facere non licet Episcopis.

XV. CONC. anno 351.

FVit Sardicense à Sardinia dictum, congregatum est præcepto Constantij Imperatoris, sub quo fuit factum, & sub Iulio Papa, vt Athanasio liceret ad suam Ecclesiam redire, vnde fuerat expulsus per hæreticos Episcopos Arianos, vt in historia Tripartita, in lib. 4. c. 21. conuenerunt Orientales Episcopi 76. Occidentales quasi 300. qui tamen continuo à Concilio discedentes, seorsum aliud Concilium fecere, in quo Arij dogmata statuerunt, eorum discessus causa fuit, quod dicerent se nolle ad verba procedere, nisi prius à Concilio summouerentur defensores Pauli, & Athanasij, quod Occidentales pati non potuerunt, cui Concilio affuit Hosius Episcopus Cordubensis, prius in Nicæno de depositione Episcoporum, & de excommunicatione, &c. tractarunt.

XVI. CONC. anno 352.

FVit Hierosolymitanum secundum, per Maximum eiusdem loci Episcopum, cum Athanasius litteris Constantij Imperatoris, & Iulij Papæ, sub quibus fuit congregatum fultus, vt ad suam reuerteretur Ecclesiam, & hoc per omnes Episcopos fuit intentum.

XVII. CONC. anno 353.

FVit Sirmiense sub Iulio I. Papa, & Constantino Imperatore, quod paulò post Constantinus in Sirmio iussit congregari; vbi fratres regulas tradiderunt fidei Ortho-

Orthodoxas contra Arium, in quibus interpretati sunt locum illum Genesis cap. 19. hic non prætereundum; pluit Dominus à Domino, vt sit sensus non quod ipse Pater à semetipso pluere dicatur; sed pluit Dominus Filius à Domino Patre, vt habetur in Historia Tripartita, in lib. 5. c. 3.

XVIII. CONC. anno 364.

F*Vit Laodicense Prouinciale confirmatum in sexta Synodo Generali in Trullo celebrata præsente Constantino; cum ergo vigintiduo Patres in Laodicea Phrigiæ Pacatianæ ex diuersis Prouincijs Asiæ conuenissent, statuerunt Canones 59. quibus regulas exposuerunt ecclesiasticas sub Liberio Papa, & Constantino Imperatore, vbi de Bigamia, de Psalmis, & Euangelijs legendis in Ecclesia, & quod clerici ad tabernas, & ludos ire non audeant.*

XIX. CONC. anno 386.

F*Vit Constantinopolitanum sub Damaso Papa, & Cyrillo Hierosolymitano, Gratiano, & Theodosio Imper. Concilium centum quinquaginta Patrum fuit contra Macedonium Episcopum Constantinopolitanum, qui Spiritum Sanctum Deum esse negabat; Est autem ex quattuor principalibus Concilijs, & quidem proximum post Nicænum, statuerunt aliquot Canones, & Symbolum fidei non diuersum ab eo; quod in Ecclesia cantatur, nisi quod addiderunt Spiritum Sanctum ex Patre procedentem, subscripserunt se centum quinquaginta Episcopi.*

XX.

XX. CONC. anno 387.

FVit Valentinum Prouinciale apud Gallias celebratum sub Damaso Primo Papa, & Gratiano, & Valentiniano Imperat. in quo conuenerunt triginta Episcopi, & ediderunt Canones quattuor de puellis, quæ se Deo vouerāt, quod baptizati non debeant sacrificijs dæmonum se miscere, &c.

XXI. CONC. anno 393.

FVit Telense apud Africam Concilium prouinciale contra Iouinianum, & socios eius sub Siricio Papa, Theodosio I. Arcadio, & Honorio Imppp. vbi perlectæ sunt litteræ Pontificis, & ad eundem responsum factum, & etiam contra Manichæos, &c.

XXII. CONC. anno 396.

FVit Carthaginense, & prouinciale, sed confirmatum in sexta Synodo generali Trulli, quod Carthaginense fuit sub Siricio Papa, & Theodosio Imp. vbi iubetur, vt prædicetur Trinitas, quod sacerdotes, & clerici sint casti, de Diœcesibus, & vt Parochi obediant, &c.

XXIII. CONC. anno 397.

FVit Carthaginense tertium prouinciale, tamen confirmatum in sexta Synodo generali Trulli, vbi dicitur, vt singulis annis Synodus ab Episcopis fiat, & cui quædam Sacramenta non conferenda; vetus, & nouum Testamentum in Ecclesia legendum, eorum partes quæ sint, explicentur.

XXIV. CONC. anno 398.

FVit Carthaginense quartum prouinciale, sub Siricio Papa, & Arcadio Imper. cui interfuerunt 214. Episcopi, confirmatum deinde in sexta Synodo in Trullo celebrata, vbi recepta sunt Concilia in Carthagine habita de proprietatibus Episcoporum, & ordinandorum, & de alijs ordinibus, de clericis, & virginibus sanctimonialibus, quæ facere, & quæ non licet Episcopis, clericis, & viduis professis.

XXV. CONC. anno 399.

FVit Thauritanense prouinciale, sub Siricio Papa, & Diuo Ambrosio Episcopo Mediolanense, Arcadio, & Honorio Imperatoribus, quod totum consumptum est in causarum quorumdam ciuilium compositione, quæ tunc inter Episcopos quosdam, & aliquos Presbyteros agitabantur, & ideo à multis, vt ab Archiepiscopo Toletano, & à Bannes omnia dereliquuntur.

XXVI. CONC. anno 402.

FVit Carthaginense quintum sub Anastasio Papa, & Arcadio Imperatore, existentibus 73. Episcopis; à quibus quindecim Canones editi sunt, de clericis, de non alienatione rerum Ecclesiarum, de idolatrijs destruendis, & cetera tractarunt.

XXVII. CONC. anno 403.

FVit Toletanum primum Prouinciale, sub Anastasio Papa, & Arcadio Imper. auctoritate Leonis Papæ primi confirmatum, præsentibus 19. Episcopis, Toletano Præsidente; vbi fuit determinatum, ne

ad schisma subditi Episcopi perueniant, & ut nullus præter Episcopos Chrisma conficiat, regulas fidei Catholicæ, & assertio eiusdem contra Priscillianistas, &c.

XXVIII. CONC. anno 408.

F*Vit Mileuitanum sub Innocentio I. Papa, atque Augustino Hipponensi Episcopo Doctore Ecclesiæ, & capite Augustinianorum, Arcadio, & Honorio Impp. contra Pelagianos, præsente Anselmo, Legato Ecclesiæ Romanæ, subdentes post, contra Pelagium, dicentem, salutem euenire ex nobis. Ne Episcopi sint negligentes contra hæreticos, quando Concilium est faciendum; & ibi fuit confirmatum ab Innocentio.*

XXIX. CONC. anno 423.

F*Vit Carthaginense sextum sub Bonifacio I. Papa, & Honorio Imperatore, Prouinciale tamen à 217. Episcopis celebratum est, decidentibus, ut ab Episcopis Orientalibus petatur Concilium Nicænum, & recitarunt professionem fidei.*

XXX. CONC. anno 424.

F*Vit Carthaginense septimum, Prouinciale, sub Bonifacio I. Papa, & Honorio Imperatore, à 73. Episcopis editum, nihil habens, quod ad nostra tempora perueniat, quamuis multa in suprascriptis, & dicendis Concilijs tangantur.*

XXXI. CONC. anno 428.

F*Vit Ephesinum sub Celestino I. Papa, sub quo mortuus est Augustinus supradictus R. A. (quorum fuit Pater magnus Dominicus) etiam auctor, & Theodosio Imp. quod Concilium fuit ex quattuor principalibus*

bus

bus contra Nestorium Constantinopolitanũ Episcopum, existentibus in eo 20. Episcopis. Qui Nestorius purum hominem ex Sãcta Maria Virgine natum asseruit Christum, & aliam personam carnis, & aliam facere deitatem dicebat; cui Synodo præfuit Cyrillus Alexandriæ Episcopus, qui cũ vniuerso Concilio ad eumdem Nestorium eadem decreta transmisit, vt habetur in Epistola.

XXXII. CONC. anno 436.

F*Vit Rhegiense Concilium prouinciale sub Sixto III. Papa, & Theodosio II. Imp. à tredecim Episcopis celebratum, facientibus sex Canones; attingendo ad ea quæ dicta sunt in Concilio Tauritanense de hæreticis, & schismaticis Episcopis, quod in Nicæno tetigit. De Episcopis tandem loquuntur.*

XXXIII. CONC. anno 438.

F*Vit Agatense prouinciale, à Ciuitate Agata Galliæ, à triginta quinque Episcopis, in quo de disciplina, & ordinationibus Clericorum, & Pontificum, & Ecclesiarum vtilitatibus, de prædicatione Symboli; & ne ante Missam expletam egredi populus præsumat.*

XXXIV. CONC. anno 440.

F*Vit Aquileiense prouinciale, contra Palladium, & Secundinum Arianæ sectæ defensores sub Sixto Papa III. & Theodosio Imp. vbi damnarunt eos Patres, & adest damnationis forma, quod fecerunt cum quibusdam Legatis Afrorum, & Gallorum.*

XXXV. CONC. anno 444.

F*Vit Arausicanum prouinciale sub Leone Papa, & Theodosio II. Imperat. vigintiquinque Canones ad ædifica-*

ædificationem Ecclesiæ, & stabilimentum, primo de Chrismate, de conuersione hæreticorum in articulo mortis, & de Cathecumenis, de libero arbitrio, de misericordia Dei, de adiutorio eius, de natura, & gratia, de peccato originali, quæ habentur in Concil. Tridentino.

XXXVI. CONC. anno 446.

F*Vit Vasense prouinciale per decem, & octo Episcopos celebratum, vbi fuit decisum, quod proprij Episcopi Chrisma recipiatur; de sepulturis, de prædicatoribus: vt Kyrie eleison in omnibus Ecclesijs dicatur, &c. sub Leone I. Papa, & Theodosio Imp.*

XXXVII. CONC. anno 447.

F*Vit Carpentoractense prouinciale, sub Leone I. & Valentiniano Imp. fecerunt constitutiones contra Episcopos querelatos parum, aut nihil eorum, quæ à fidelibus Ecclesijs conferebantur, dantes vt amplius non faciant.*

XXXVIII. CONC. anno 453.

F*Vit Arelatense tertium prouinciale à 34. Episcopis celebratum sub Leone Papa, & Valentiniano Imp. Martiano Augusto, Opilione, & Vincomalo Consulibus, de obseruandis canonibus, de ætate diaconorum, & sacerdotum ordinandorum, &c.*

XXXIX. CONC. anno 457.

F*Vit Calcedonense generale vnum ex quattuor celeberrimis sub Leone Papa, & Martiano Imper. celebratum est à 630. Patribus contra Euthichen Constantinopolitanum Abbatem, qui asserebat Christum post humanam assumptionem non ex duabus naturis existe-*

existere, sed solam in eo diuinam naturam permanere; & contra Dioscorum eiusdem defensorem Alexandrinum Episcopum, damnando etiam Episcopos, ordinationem per pecuniam facientes: de clericis, ne absque dimissorijs ministrent, &c.

XL. CONC. eodem anno.

F*Vit Synodus Calcedonensis 630. Episcoporum, habita contra omnes hæreses, & præcipuè cōtra Eutichen, & Dioscorum Alexandrinum Episcopum, per actiones decem, & octo; & concluditur inualidum esse Concilium absque Apostolicæ Sedis Legato, sub Valentiano, & Martiano Impp. & Leone I. Papa, &c.*

XLI. CONC. anno 458.

F*Vit Veneticum prouinciale, in quo pauci Episcopi conuenerunt, sexdecim Canones statuētes, in quibus tractatur de regula Ecclesiastica, quæ sacerdotibus, donante Domino, credita est, & de districtione, cuius cura non sine culpa eorum torpescit; sub Leone I. Papa, & Martiano Imp. celebratum, etc.*

XLII. CONC. anno 462.

F*Vit Turonense prouinciale primum, in quo fuerunt octo Episcopi continens tredecim Canones, quibus primo hortatur clericos ad castitatem; secundo ad abstinentiam: in reliquo complectitur institutionem regularem eorumdem clericorum, etc.*

XLIII. CONC. anno 466.

F*Vit Romanum tertium prouinciale, sub Hilario Papa, à 50. Episcopis congregatum potissimum statuentibus, vt Canones Nicæni Concil. & Apostolicæ*

Sedis decreta custodiantur, & ut bigami ad gradus ecclesiasticos nõ accedãt, scilicet viduæ, aut corruptæ mulieris mariti, de Episcopis, & q non eligant successores.

XLIV. CONC. anno 486.

F*Vit Tarraconense prouinciale à decem Episcopis celebratum sub Felice III. Papa, & Zenone Imp. decidentibus ne clerici, & Monachi communicent cum mulieribus; ne vendant cariùs, & viliùs emant, ad criminalia se miscere non audeant; de Episcopis quod semel in anno visitent, & nullum bis confirment.*

XLV. CONC. anno 494.

F*Vit Eupapcnense prouinciale, in quo fuerunnt 70. Episcopi sub Gelasio Papa, & Anastasio Imp. facientes 40. decreta ad institutionem clericorum, & Episcoporum, ut in Agatense Concil. scilicet: ut Episcopi, & clerici venatores non sint, illicitis horis nõ deambulent.*

XLVI. CONC. anno 502.

F*Vit Ilerdense prouinciale, & 8. Episcoporum sub Symmacho Papa, & Anastasio Imp. facientium quattuordecim Canones, iubentes ut clerici à sanguine humano abstineant; ab abortu; & eius pœna, ab incestu, à stupro, &c. quæ à Gratiano de hoc Concil. in decreto de consecrat. dist. 4.*

XLVII. CONC. anno 510.

F*Vit Valentinũ per sex Episcopos celebratum, à Valentia Hispania dictum sub Symmacho Papa, & Anastasio Imp. constituentes, ut Euangelium post Epistolam legatur, & quod Episcopus defunctus per viciniorem Episcopum honorificè sepeliatur.*

XLVIII.

XLVIII. CONC. anno 512.

FVit Aurelianense primum tempore Clodouei Regis Francorum, cuius etiam extat epistola ad eamdem Synodum, in qua profitetur se pariturum Ecclesiæ, & Papæ præceptis; de non captiuandis clericis, monialibus, seruis Ecclesiarum; et ipsos reddere captiuatos; Ideo ad eumdem Regem rescribitur à Synodo, præter hæc de homicidis, adulteris, furibus, etc. & ab Ecclesia abstrahere non præsumant; quod præscriptio non habet locum in Ecclesia; de Quinquagesima, Sexagesima, Quadragesima, de Litanijs, etc. tractatur.

XLIX. CONC. anno 513.

FVit Gerundense prouinciale sub Hormisda Papa, et Iustino Imp. constituens, vt qualibet Prouincia in officio Ecclesiæ vnum teneat ordinem, de baptizatione Cathecumenorum in vigilia Paschæ, & Pentecostes, vt dicatur oratio Dominicalis; de honestate, et vita clericorum, etc.

L. CONC. anno 520.

FVit Cæsaraugustanum prouinciale duodecim Episcoporum sub Hormisda Papa, & Iustino Imp. iubentium, vt mulieres fideles ad cœtum virorum alienorum non accedant, neque ad lectionem; & Doctoratus nomen non vsurpetur, die Dominico non ieiunetur.

LI. CONC. anno 528.

FVit Toletanum secundum anni quinti Almarici Regis sub Ioanne I. Papa, & Iustino Imperat. iubens, vt clericos ante ordinem sacrum, & Monachos ante professionem ad nuptias accedere permittantur.

hæreticos post mortem posse anathematizari per testes Sanctorum Patrum.

LII. CONC. anno 523.

F*Vit Constantinopolitanum quintum generale à 165. Patribus sub Felice Quarto, Bonifacio Secundo, Ioanne Secundo, Agapito Primo, Syluerio, & Vigilio Pontificibus: sub Iustino Imp. contra Petrum, Antimum, Seuerum, & Ibam hæreticos. Petrus Archiepiscopus Antiochenus asserebat in Trisagio hymno addendam esse Crucē, idest Trinitatem esse crucifixam; vt diceretur Sanctus, Sanctus, Sanctus, qui crucifixus est pro nobis, vbi necesse erat, aut confundere personas Trinitatis, aut negare duas naturas in Christo; contra quos plures Episcopi Orientales plura scripserunt, quæ habentur in tomo 2. Concil. fol. 6. & infra secundùm impressionem nostrorum Conciliorum.*

LIII. CONC. anno 543.

F*Vit Aurelianense secundum Prouinciale ex Vrbe Aurelia, ex præceptione Francorum Regum; vt ibi Patres de obseruatione legis Catholicæ tractarēt; & quid de nouis dogmatibus sentirent, & conscriberent, quid obseruandum in posterum, cum vigintiquinque canonibus de Episcopis Commetropolitanis, ut Concil. Prouinciale congregent.*

LIV. CONC. anno 545.

F*Vit Aurelianēse tertium Prouinciale tempore Childeberti Regis Francorum, sub Vigilio Papa, & Iustiniano Imper. per Canones 26. dicentes ne in sacris constituti misceant se ad vxores accipiendas. De ele-*

ctione

ctione Metropolitanorum contra Bonosiacum hæreticum, de rebaptizatione.

LV. CONC. anno 550.

F*Vit Auernense Prouinciale, sub Vigilio Papa & Iustiniano Imper. addendo quædam noua; & repetendo aliqua supradicta ad emendationem vitæ, ad serenitatem regulæ, ad animarum remedium.*

LVI. CONC. anno 551.

F*Vit Aurelianense quartum Prouinciale, sub Pelagio Primo Papa, & Iustiniano Imp. & Childeberto Rege Francorum: determinando prius sancita non violanda esse, de Quadragesima, & festiuitate Paschali plura dicendo.*

LVII. CONC. anno 552.

F*Vit Turonense secundum Prouinciale, pro pace & instructione Ecclesiæ, sub Pelagio I. Papa, & Iustiniano Imper. per viginti Canones determinando, ne laici in Ecclesia clericis misceantur; vt litis iacula finiant, & vota pacis acquirant, dicente Domino in Ioanne cap. 14. Pacem meam do vobis.*

LVIII. CONC. anno 567.

F*Vit Parisiense primum, pro vtilitate Ecclesiæ, sub Pelagio I. Papa, & Iustiniano Imper. vt nemo res Episcopi, & Ecclesiæ confiscare præsumat, excommunicatum ab aliis non debere admitti.*

LIX. CONC. anno 568.

F*Vit Aurelianense secundum, in quo inter cetera Eutichetis, & Nestorij dogmata iterum damnata sunt, & quotannis Concilium conuocaretur cau-*

tum; & per capita duodecim dicendo; vt nullus propter causas leues suspendatur, sub Ioanne III. Papa, & Iustino Imp. concludit, &c.

LX. CONC. anno 584.

FVit *Hispalense primum sub Pelagio II. Papa, & Mauritio Imperat. robur habens à Sede Romana, vt in præfatione habetur: de disponendis Ecclesiæ rebus cum subscriptionibus assistentium.*

LXI. CONC. anno 587.

FVit *Toletanum tertium, in quo Arij hæresis damnatur, sub Riccaredo Rege, Pelagio II. Papa, & Mauritio Imper. per Canones 22. & in secundo dicitur, quod in Ecclesia Dominicis diebus Symbolum recitetur, &c.*

LXII. CONC. anno 588.

FVit *Matisconense Prouinciale primum, sub Pelagio II. Papa, & Mauritio Imperat. vt Monasteria puellarum nullus ingrediatur non probatæ vitæ. De ieiunio Aduentus, & cetera ordinans.*

LXIII. CONC. anno 588.

FVit *Matisconense secũdum Prouinciale sub eisdem, de obseruentia diei Dominicæ; de decimis per Canones 20. multa Ecclesiastica tractans.*

LXIV. CONC. anno 616.

FVit *Antisiodorense Prouinciale sub Theodoro, & Heraclio Imperatore contra strigas diabolicas, contra sortilegia, & superstitiones, de chrismate, & sanguine Christi, de vino consecrando per quadraginta & vnum Canones.*

LXV.

LXV. CONC. anno 623.

FVit Hispalense secundum prouinciale, sub Honorio Papa, et Heraclio Imper. de præscriptione, de bigamia, de ingratitudine, et de duabus in Christo naturis.

LXVI. CONC. anno 636.

FVit Toletanum quartum ab omnibus Hispaniæ, & Galitiæ Episcopis sub eisdem docentibus formulam Conciliorum celebrandorum: de oratione, et confessione fidei; de passione Christi. Quando cantandum Alleluia, & de Hymnis, etc.

LXVII. CONC. anno 640.

FVit Toletanum quintum Prouinciale, à viginti Episcopis celebratũ, tempore Regis Gothorum Suuintillæ sub filio Heraclij Imperat. & Theodoro Papa de Litanijs, quando sint dicendæ, cum Episcopis, & eorum Vicarijs.

LXVIII. CONC. anno 642.

FVit Toletanum sextum Prouinciale in Ecclesia S. Leucadiæ Martyris, à quinquaginta Episcopis Hispaniæ, & Galitiæ, sub Theodoro Papa, & Heracleone Imper. Præsidente Eugenio Episcopo Toletano. De humanitate Christi assumpta, et subdit Regem Suuintillam expellere eos iurasse cum quinquaginta duob. Episcopis.

LXIX. CONC. anno 644.

FVit Braccarense primum Tulgæ Gothorum Regis temporibus ab Episcopis Galitiæ sub Theodoro, & Constante Imp. in quo Concilio primo lectum est exẽplar fidei cũ Capitulis, quæ Episcopi Varaconenses, Lusitani, & Betici contra hæresim Priscillianam per Canones 39.

LXX. CONC. anno 646.

FVit Braccarense secundum prouinciale, tractans ea, quæ ad Ecclesiasticam disciplinam pertinent; De forma visitationis Ecclesiæ ab Episcopis, quæ possint, & non possint accipere. De consecr. Ecclesiæ sub Theodoro Papa, & Constant. Imper. filio Constantini Tertij.

LXXI. CONC. anno 648.

FVit Toletanum septimum, à triginta octo Episcopis celebratum, sub Martino Papa Primo, & Constante Imperatore. De euentu infirmitatum in clerico ministrante. De exequijs, & similia.

LXXII. CONC. anno 650.

FVit Lateranense primum, Romæ celebratum à 105. Episcopis, contra Sergium, Pyrrhum, & Paulum Patriarchas Constantinopolitanos. Cyrum Alexandrinum, et Theodorum, contra immaculatam fidem multa dicentes, cum subscriptionibus Martini Papæ, et dictorum Episcoporum.

LXXIII. CONC. anno 652.

FVit Toletanum octauum, à quinquaginta quinque Episcopis celebratũ. De incauto iuramẽto non faciendo. De castitate Episcoporum. De frãgentibus ieiunium, et similibus; sub Martino Papa, & Constante Imp.

LXXIV. CONC. anno 653.

FVit Toletanum nouum prouinciale à sexdecim Episcopis sub supradictis Imper. & Papa iubentibus, quod à correctione prælatorum: est incboanda Synodus, & ab eisdem danda est, tertia pars Ecclesiæ, cetera, de filijs clericorum, &c.

LXXV.

LXXV. CONC. anno 654.

FVit Toletanum sub iisdem decimum de celebritate annunciationis Dominicæ; de professione, & habitu viduæ professæ, &c.

LXXVI. CONC. anno 655.

FVit Cabilonense prouinciale in Galliis sub Eugenio I. Papa, & Constantino Imper. per decem & nouem Canones repetētes, quæ in Concilio Nicæno, et quod Canonū statuta ab omnibus intemerata seruentur. De pœnitētia à Cōfessore danda; Ne turpia in Ecclesia cātentur.

LXXVII. CONC. anno 668.

FVit Toletanum vndecimum, sub Vitaliano Papa, & Constante Imp. De processione Spiritus Sancti. De Trinitate. De Incarnatione. De Resurrectione; & quod Episcopus debeat prædicare.

LXXVIII. CONC. anno 669.

FVit Braccharense prouinciale tertium, sub eisdem, de pane, & vino exclusis opinionib. schismaticis aqua permisto fiat sacrificium in Missa, & in nouis vasibus. De reliquiis quomodo gestandis.

LXXIX. CONC. anno 670.

FVit Constantinopolitanum sextum generale, & Oecumenicum iterum aduersus Sergium, & ceteros vt supra dicentes vnam voluntatem, vnam operationem in dispensatione incarnationis Præsidēte Constantinopolitano Imp. & legatis missis ab Agatone Papa, sub eodem Constantino Quarto, per actiones decem & octo.

LXXX.

LXXX. CONC. anno 683.

F*Vit Toletanum duodecimum, sub Leone II. Papa, & Constantino IV. Imper. & vt ait Caranza, etiam sub Agatone, de pœnitentia, de auctoritate concessa Episcopo Toletano, & de pertinentibus ad Regem communicantem cum Ecclesia.*

LXXXI. CONC. anno 690.

F*Vit Toletanum tertiumdecimum, sub Sergio Papa, & Iustiniano II. Imperat. vbi quædam particularia, & quædam communia supradicta tanguntur.*

LXXXII. CONC. anno 742.

F*Vit Synodus mandato Apostolico à S. Bonifacio, & Episcopis Francorum habita sub Zacharia Papa, & Carolo Magno Duce. Quæ sunt probibita Ecclesiasticis, &c. & quod ad Episcopos pertinet eijcere spurcitias Gentilitatis.*

LXXXIII. CONC. anno 781.

F*Vit Nicenum secundum, quod Græci generale appellant. In quo imagines expreßè adorandas, & amplectandas veneratione decretum est; & sanctorum reliquias venerandas, sub Adriano Papa, & Constantino VI. Imperatore.*

LXXXIV. CONC. anno 813.

F*Vit Maguntianum ad instaurandam Ecclesiam collapsam, sedentes in prima Turma Episcopi cum quibusdam notarijs legentes, ac tractantes Euangelium, & epistolas, Actuum Apostolorum, Canones, & Opuscula Sanctorum Patrum, & Pastoralem librum diui Greg. per Can. 57.*

LXXXV. CONC. anno 815.

FVit Vuormatiense prouinciale, sub Leone III. Papa, & Carolo Magno Imper. & pronunciata professione fidei, propter causam leuem non esse excommunicandum aliquem. De professione monachorum; quod ministri Dei sint sobrij, & mensa Episcopalis parca.

LXXXVI. CONC. anno 816.

FVit Rhemense prouinciale sub Carolo Magno, & Leone III. Papa, multa ad honestatem clericorum pertinentia, & quædam sacramenta supra tangit.

LXXXVII. CONC. anno 870.

FVit Constantinopolitanum octauum vniuersale factum potissimum propter depositionem Ignatij Patriarchæ Constantinopolitani, quem quidam Episcopi ab Ecclesia cui iure præsidebat tyrannicè proiecerant, & Photinum ex foro secularis militiæ subito tonsuratum eidem Ecclesiæ contra sacros Canones præfecerant sub Adriano II. Papa, & Basilio Imper. Constãtinopolitano.

LXXXVIII. CONC. anno 888.

FVit Triburiense prouinciale à viginti duobus Episcopis Germanorum, ad reformationem morum, & status non solùm clericorum, sed etiam laicorum.

LXXXIX. CONC. anno 1215.

FVit Lateranense secundum generale sub Innnoc. III. Papa, & Philippo Imp. cui interfuerunt Hierosolymitanus, & Constantinopolitanus Patriarchæ Metropolitani, 70. Episc. 400. Abbates, 13. Priores, Conuentuales. 80. Græci, & Romani Imp. Legati, Oratores Regum, Hispaniæ, Galliæ, Angliæ: sub quo Pap. Romanus mori-

moritur Perusijs Pontificatus sui anno 18. mense Septimo, die 26. cuius Pontificis uirtutem, et doctrinam summo periuuit B. Dominici, et B. Francisci sanctitas; à quibus Prædicatorum, et Minorum Ordo tunc ortum habuit. Damnans libellum contra Magistrum Petrum Lombardum, excommunicans hæreticos omnes, et sine licentia prædicantes, et quod semel in anno omnes confiteri teneantur per capita 69.

XC. CONC. anno 1313.

F*Vit Viennense generale probans constitutiones, quæ in volumine Clementinarum feruntur sub Clemente V. et Alberto Imper. vbi determinarunt festum Corporis Christi celebrari feria V. post octauam Pētecostes, concedendo indulgentias existentibus in officio, & horis diuinis, etiam octauæ, et quod anima rationalis sit forma per se corporis humani, & essentialiter, damnando errores Begardorum, & Beguinarum.*

XCI. CONC. anno 1415.

F*Vit Constantiense, sub Ioanne Vigesimotertio Papa, et Sigismundo Imper. inchoatum tempore schismatis tribus Pontificibus existentibus Ioanne XXIII. Benedicto XIII. et Gregorio XII. pronunciando sententiam damnationis Ioannis Vuiclef cum suis 45. articulis per sessiones 45.*

XCII. CONC. anno 431.

F*Vit Basileense inchoatum prius Senis, translatum deinde Basileam, sub Martino V. Papa, & Sigismundo Imp. et notandum, quod ait Bartholomæus Archiepiscopus Toletanus hic, quod quæ in Constantiensi, &*

Basi-

Basileensi dicuntur, non habent aliquid auctoritatis, nisi quod in Bulla Martini Quinti, & Nicolai Quinti Pontificum continentur.

XCIII. CONC. anno 1432.

F*Vit Florentinum, inchoatum Ferrariæ, & propter pestem in Florentiam translatum; præsente Imper. Græcorum, & Patriarcha Constantipolitano, cum alijs Pontificibus, Abbatibus, Monachis, & Crucesignatis, per 25. Sessio. sex habitas prius Ferrariæ, de processione Spiritus Sancti à Filio, de igne Purgatorij, de primatu Papæ, de Sacramentis ibi disputatum est sub Eugenio IV. & Sigismundo Imperatore.*

XCIV. CONC. anno 1513.

F*Vit Lateranense tertium Generale, sub Iulio Secundo, & Leone Decimo Pontificibus, & Maximiliano Imp. pro reformatione Ecclesiæ, & pace inter Principes Christianos componenda, iubendo etiam Lectoribus Philosophiæ, vt discipulis suis veritatem fidei declarent, vt de creatione, de anima intellectiua, damnando Pisanum Conciliabulum, legendo Bullas, Canones, & sacram Theologiam, de officio præceptorum puerorum, vt doceant præcepta diuina, & articulos Fidei.*

De Concilijs, quæ extra seriem reperiuntur attestata tantum.

A*B Archiepiscopo Toletano Concilium Generale Viennense, & Lugdunense.*

A Pannicarola in Quadragesimali. C. Aquense.

A Gratiano 6. q. 2. cap. quod autem Concilium Varense.

Cap. si

Cap. ſi tantum Alſenſe Concilium.

Hermerianum.

Fauentinum.

Hipponenſe.

Genuenſe.

Mittenſe.

Miſietenſe.

Vrbarienſe.

Compendienſe.

Aliud Apud Sanctum Medardum habitum.

Aliud apud Beluacum de Conſecr. diſt. 4.

A Dominico Bannes in fine ſuæ ſeriei Concilium Simenſe partim ſacrum, & partim ſacrilegum.

Ex Socrate in hiſtoria Tripartita, & Theodoreto ſimiliter.

Fuerunt facta ab Arianis alia decem, vt ait Athanaſius in Epiſtola ad Afros, & Sozomenus in cap. 35. lib. 5. quæ ſupradicta tangunt.

Ex Camillo Barello de præſtantia Meſſica.
CONCIL. anno 1545.

F*Vit vltimum Tridentinum Generale, & Oecumenicum ſub Paulo III. Iulio III. Marcello II. Paulo IV. Pio IV. & Pio V. Pontificibus; ſub Carolo V. & Ferdinando Imperat. ad extinguendas hæreſes Martini Lutheri, in Germania, contra indulgentias Pontificis hæreticè prædicantis, & ſcribentis; contra Primatum Eccleſiæ Romanæ, contra cælibatum, & ceteros ritus veteris Eccleſiæ contra quem, & alios fuit aſſignatum*

Conci-

Concilio primo Mantuam, deinde propter aliquas causas legitimas Vincentiam: tertio Tridentum; nec tunc quidquam factũ est. Quarto rursus anno 1545. inchoatum est tertiodecimo die Decembr. Legatis Apostolicæ Sedis Præsidentibus, cum tot Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Generalibus, Theologis, & Legistis, Oratoribus, à Regibus Christianis, et Principibus etiam missis, vt patent in ipso.

IN magnis tomis nouis, & vltimis impressis Conciliorum erga finem, habentur sex Concilia Mediol. sub Diuo Carolo. Aliud adest Aquileiense sub Clemẽte Octauo 1593. & Francisco Barbaro Patriarcha eiusdem Ciuitatis. De Reformatione. De vitijs fugiendis, et virtutibus amplectendis. De vita, & honestate clericorum, vt adimpleant Concilia Canones, & C. ordinãtur.

HÆc de Concilijs Generalibus, et Prouincialibus: de Episcopalibus autem seu localibus, quæ anno quolibet, vt ait Concilium Carthaginense ca. 2. facienda, & augenda sunt, nihil dicimus; & d. S. R. Eccle si supponuntur, Sãctisq. suis quibus honor, gloria, et labor quinque annorum ex 1604. Galatiæ in die S. Stephani Confessoris Episcopi Calatini, vsque ad 1611. in die S. Ferdinandi, etiam Episcopi Calatini, quorum auxilio Viridarium omnium scientiarum imprimere pollicemur, & Sacræ Scripturæ Paradisum, quem Deus nobis concedat: Amen.

FINIS.

MARGARITA
CONCIL. TRIDENT.
Omnes gemmas.

In eiusdem Sancta Synodi singulis Capitibus, Canonibus, & Secretis abditas copiosè depromens.

a refor.

ead.

Car-

Sess.

21. de

Cle-

de

Con-

ſcriptum

Con-

Deus

Domi-

Elee-

ref.

ref.cap.1.19.& capituli Metropolitanæ Ecclesiæ, Sess.24. de reform.c.16.250.& vices Metropolitani,si est suffraganeus antiquior, Sess.23. de ref. c.1.199. & Sess.24. de ref. c.2.233. illumq. denunciare Rom.Pontif Ses.6.de ref.c.1. 49.& seq. in beneficijs iuris patronatus instituere, Ses.14. de refor. c.18.134. præsentatosq. non idoneos repellere, Sess.25. de ref.c.9. 295. distributiones quotidianas diuidere, Sess.21.de reform.c.3. 166.& seq. nouas Parochias constituere, ibi.c.4.167. easq. distinguere, Sess.24. de ref. c.13.247.ordines canonicatuum designare,ibid.c.12.244. in ijs,quæ ad diuina officia spectant, prouidere,ibid.206. cũ seq. vniones certis de causis facere, Sess.21. de ref.c.5. 168. Sess.23.de ref.c.18.213. cum seq. Sess.24.de ref.c.13. 256.& c.15.249. ac iam factas examinare, aut reuocare, Sess.7.de ref.c.6.61. & Sess.25. de refor.c.9. 296. monitiones ad finem reuelationis decernere, ibid.c.3.285. & seq. beneficia trãsferre, Sess.21.de ref.c.7.169. visitare beneficia curata,Ses.7.de ref.c.7 62.& Ecclesias exemptas,ibi. c.8. cõmendata omnia beneficia,& monasteria exempta, Sess.21.de ref.c.8. 170.& seq. hospitalia,confraternitatis, eleemosynas Montis Pietatis,& pia loca omnia, Sess.22. de ref.c.8.189. & propriam Dięcesim, Sess.24. de ref.c.3. 234.& qũo,ib.235.& cũ seq. & Ecclesias sęculares nulli⁹ Dięcesis,ibid.c.9.242. absẽtiæ causas probare, Sess.23.de ref.c.1.201.cõtumaces nõ residentes varijs remedijs cõpellere,ibi.de dispẽsationib. cognoscere,Sess.22.de ref.c. 5.188.p saltũ promotos dispensare, Sess.23.de ref.cap.14. 208. licentiã matrimonij cõtrahendi vagãtib. concedere, Sess.24. de refor.matr.c.7.228. in suspensionibus,& irregularitatibus dispensare,eadem Sess.de reformat.c.6.239. in casibus occultis etiam Apostolicæ Sedi reseruatis absoluere ibidem, publicam pœnitentiam in aliam commutare,ibid.c.8.240. causas omnes in prima instantia cognoscere, ibidem, cap.20. 256. cum sequen. Monasteria

Regu-

Episco-

&

sola

pi

Gym-

Impe-

iuum

alias

Ora-

Ordi-

P

Cum

cato-

Pon-

Præ-

Præ-

Pro-

ne 22.

Q

R

Recto-

opere-

Scri-

Status,

T

&

V

Vota

X

Z

FINIS.

INDEX LIBRORVM PROHIBITORVM,

CVM REGVLIS CONFECTIS PER Patres à Tridentina Synodo delectos.

AVCTORITATE PII IV. PRIMVM EDITVS.

Postea verò à Sixto V. auctus.

ET NVNC DEMVM S. D. N. CLEMENTIS Papæ VIII. iussu recognitus, & publicatus.

INSTRVCTIONE ADIECTA.

De exequendæ prohibitionis, deq. syncerè, emendandi, & imprimendi libros ratione.

CVM PRIVILEGIO.



VENETIIS, M. DC. XXII.

APVD IOANNEM SALIS.

CLEMENS PAPA OCTAVVS,

Ad perpetuam rei memoriam.



SACROSANCTVM Catholicę fidei depositum, sine qua Deo placere, aut æternam salutem consequi nemini licet, vt saluum in Ecclesia Dei perpetuò conseruaretur, posterisq. inuiolatum traderetur; Pastoralis Romanorum Pontificum vigilantia, summo semper studio, & contentione laborauit. Ipsi enim à Christo Domino huius tam pretiosi depositi Auctore, & illud fideliter custodiendi, & bonum semen patrisfamilias, ab inimici hominis zizaniis decernendi, & Ecclesiam salutari doctrina ædificandi præcipuam curam, summamq. potestatem, in beatissimo Petro Apostolorum principe acceperunt. Quocirca sanctæ mentis Gelasius I. & Gregorius IX. aliiq. complures Romani Pontifices, prædecessores nostri, zelo zelati pro domo Domini exercituum, vt hanc fidei Catholicæ, doctrinæq. integritatem, saluam, incorruptamq. in Ecclesia Dei retinerent. Apostolica magnitudine, pro muro domus Israel aduersus eiusdem fidei hostes, se ipsos opponentes, ne illorum dolis, & insidiis imprudentes, & simpliciores homines caperentur, lucem à tenebris, praua à rectis seiunxerunt, quæ sequenda, quæ cauenda essent, Christi fidelibus declararunt, probatos, laudabiles, orthodoxos libros, ab adulterinis, perniciosis, & apocryphis, singulari diligentia distinxerunt; postremò hæreticorum impia dogmata, & noxia, ac venenata scripta, Conciliorum Decretis, Pōtificiis Constitutionibus, aut alio opportu-

no censuræ genere condemnarunt. Sed cum nostris hisce calamitosis, & nouissimis temporibus, antiquus humani generis hostis, à sua malitia numquam recedens, ad eamdem Catholicam doctrinam, & veritatem labefactandam pestiferas hæreses, & detestabiles errores aut nouos conflasse, aut veteres ex inferis excitasse, sacra Tridentina Synodus pestilentem noxiorum librorum copiam, quæ plus nimio excreuerat, coercere, atque auferre cupiens, primum quidem doctissimos aliquot viros delegit, qui de toto ea recognoscerent, & deliberarent, deinde verò cum ij in negotio non parum progressi essent, iustis de causis, eadem Synodus permota, ad ipsam Apostolicam Sedem integram rem deferendã statuit. Itaque fel.rec. Pius Papa IV. prædecessor noster, qui tũc ad Ecclesiæ gubernacula sedebat, Prælatis quibusdam doctrina, & prudentia præstantib. adhibitis, Indicem librorũ prohibitorum & Regulas quasdam, per suas litteras in forma Breuis, promulgauit, & eiusmodi noxiorum librorũ detrimentis depellendis, opportunè prouidit. Ceterũ, licet illa pro temporis ratione prudenter fuerint tunc constituta, tñ cum Satanæ astutia, in huiusmodi librorũ editione noua in dies mala crescerẽt (nam post illud tempus alij etiam libri perniciosi partim conscripti, atque editi, partim qui scripti erant, & antea delituerant, in medium prodiere, quorum lectione simpliciores, & incauti homines, in errores induci facilè poterant.) Propterea piæ memoriæ Sixtus Papa V. prædecessor noster, multis illustratis, atque ad regulas adiectis necessarijs rebus, mandauit, vt nonnulli alij eiusdem generis libri, eisdem adderentur.

Verum cũ idem Sixtus, re minimè absoluta ab humanis excesserit: Nos animarũ saluti quantum cum Domino possumus consulentes, ꝙ iampridem vtiliter cęptum, & à multis desideratum erat, hoc tẽpore omnino perficiendũ, atque in lucem edendum duximus. Venerabili igitur fratri nostro Marco Antonio Episcopo Prænestino de Columna, & dilectis filijs nostris Augustin. S.Marci de Verona. Simeoni

meoni Sanctæ Anastasiæ de Terranoua, Hieronymo Sanctæ Mariæ super Mineruam Asculano, Federico Sanctæ Mariæ Angelorum in Thermis Borromæo, Francisco Sanctæ Mariæ Transpontinæ Toleto, titulorum Presbyteris, necnon Ascanio S.Mariæ in Cosmedin de Columna, diacono Cardinalibus super huiusmodi Indice per nos deputatis, aliisq. piis, & eruditis viris in consilium adhibitis, ea omnia, ac singula, quæ à Sixto V. vt supra diximus, instituta erant, diligenter examinanda commisimus, quæ cum magno studio visa, ac Deo fauente, demum absoluta fuerint. Nos tam eamdem Pij Prædecessoris Constitutionem, & Indicem, ac Regulas, quorum omniū tenores haberi volumus pro expressis, quam hæc ipsa illis addita, prout inferius descripta sunt omnia, & singula, auctoritate Apostolica, tenore præsentium approbamus, & præsentis scriptis patrocinio cōmuniuimus, atque ab omnibus tam Vniuersitatibus, quàm singularib. personis, vbique locorum existentibus, sub eisdem pœnis, in dicta Pij Constitutione contentis, obseruare præcipimus, & mandamus. Quo autem faciliùs negotium cùm prohibitionis, tum expurgationis, & impressionis librorum peragatur, eas omnes facultates, priuilegia, & indulta, quæ recolendæ memoriæ Pius V. Magistro Sacri Palatij primum: deinde Gregor. XIII. Sixtus V. Cardinalibus, Congregationis prædictæ concesserunt, quorum tenores hic volumus haberi pro expressis, confirmamus, & quatenus opus est innouamus, in his omnibus, quæ additis in hoc Indice, non aduersantur, volumusq. propterea, ac decernimus, vt si quæ in posterum dubitationes, aut controuersiæ circa ipsum Indicem, illiusq. Regulas, aliaq. illis addita emerserint, ad congregationem supradictorum Cardinalium, seu aliorum, qui prò tempore super Indice huiusmodi deputati fuerint, referantur, & ex sententia eorumdem Cardinalium nobis, aut successoribus nostris, si rei grauitas id postulauerit consultis declarentur, & decidantur, quorum auctoritatem, cum

permittendis, tum prohibendis, expurgandis, & imprimendis libris, aliisq. ad eam rem pertinentibus explicandis, volumus esse præcipuam, atque ita mandamus ab omnibus venerabilibus fratribus nostris Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, aliisq. locorum Ordinariis, & dilectis filiis Inquisitoribus Vniuersitatibus, Magistris, Doctoribus, Bibliopolis, Impressoribus, Mercatoribus, Gabellariis, ceterisq. omnibus cuiuscumque gradus, ordinis, aut dignitatis, tam Ecclesiasticis, sæcularibus, vel regularibus, quã laicis, quocumque honore, vel dignitate præditis, inuiolabiliter obseruari. Non obstãtibus Apostolicis, ac in Vniuersalibus, Prouincialibus, & Synodalibus Conciliis, ac Generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, ac quibusuis Statutis, & Consuetudinibus, etiam iuramento confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis; Priuilegiis quoque, Indultis, & Litteris Apostolicis, sub quibuscumque tenoribus & formis in contrarium præmissorum concessis, confirmatis, approbatis, & innouatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumq. totis tenoribus specialis, specifica, & ad verbum inserta mentio habenda esset, tenores huiusmodi præsentibus pro expressis habentes, hac vice dumtaxat, specialiter, & expresse derogamus ceterisq. contrariis quibuscumque. Decernentes earundem præsentium exemplis, etiam impressis, Notarij publici manu subscriptis, & sigillo Prælati alicuius Ecclesiastici obsignatis, eandem haberi fidem, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.


Dat. Tusculi, sub Annulo Piscatoris. Die 17. Octobris, 1595. Pontificatus nostri Anno quarto.

M. Vestrius Barbianus.

PIVS

PIVS PAPA IIII.

Ad perpetuam rei memoriam.



OMINICI gregis custodiæ, Domino disponente, præpositi vigilis more pastoris, non desistimus, ipsi gregi ab imminentibus periculis, quanta maxima possumus cura,& diligentia præcauere, ne propter negligentiam nostram pereant oues, quæ pretiosissimi D. N. Iesu Christi sanguine sunt redemptæ. Etsi autem, quæ ad fidei veritatem patefaciendam, & ad horum temporum hæreses confutandas pertinebant in Oecumenico,& generali Concilio Tridētino,sancti Spiritus assistente gratia, nuper adeò enucleata,ac definita fuerunt, vt facilè iam sit vnicuique sanam, Catholicamq. doctrinam,a falsa,adulterinaq. internoscere;tamen cum Librorum ab hæreticis editorum lectio non modo simpliciores homines corrumpere soleat, verum sæpè etiam doctos,eruditosq. in varios errores, & à veritate Fidei Catholicæ alienas opiniones inducere; huic quoque rei esse duximus prouidendum. Cùm autem aptissimum ei malo remedium esse sciremus, si componeretur, atque ederetur Index, siue Cathalogus librorū,qui vel hæretici sint,vel de hæretica prauitate suspecti,vel certè moribus,& pietati noceant: id negotium ad sacram Tridentinam Synodum reieceramus. Ea verò ex tanta Episcoporum, & aliorum doctissimorum virorum copia delegit, ad eum conficiendum Indicem, multos cùm doctrina, tum iudicio insignes Prælatos, ex omnibus ferè nationibus; qui quidem non sine maximo labore, plurimisq. vigilijs eum Indicem,tandem Deo iuuante perfecerunt, adhibitis etiam in consilium lectissimis quibusdam Theologis. Peracto autem Concilio, cum ex ip-

fius Synodi decretorijs Index nobis oblatus fuisset, vt ne ante ederetur, quam à nobis approbatus fuisset, nos doctissimis quibusdam, probatissimisq. Prælatis eum accuratissimè legendum, examinandumq. tradidimus, & ipsi etiam legimus. Cum igitur eum magno studio, acri iudicio, diuturna cura confectum, & præterea commodissimè digestum esse cognouerimus. Nos saluti animarum consulere, eamq. ob causam prouidere cupiētes, ne libri, & scripta cuiuscumque generis, quæ in eo improbantur, siue vt hæretica, siue vt de hæretica prauitate suspecta, siue vt pietati, ac morū honestati inutilia, aut aliqua correctione saltem indigētia post hac à Christi fidelibus legantur, ipsum Indicem, vnà cum Regulis ei præpositis, auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, imprimiq., ac diuulgari, & ab omnibus Vniuersitatibus Catholicis, ac quibuscumque alijs, vbique suscipi, easq. Regulas obseruari mandamus, atque decernimus; Inhibentes omnibus, & singulis, tam Ecclesiasticis personis, Sæcularibus, & Regularibus cuiuscumque gradus, ordinis, & dignitatis sint, quàm Laicis, quocumque honore, ac dignitate præditis, ne quis cōtra earum Regularum præscriptum, aut ipsius prohibitionem Indicis, libros vllos legere, habereve audeat. Si quis aūt aduersus eas Regulas prohibitionemq. fecerit, is quidem, qui hæreticorū libros, vel cuiusuis auctoris scripta propter hæresim, vel falsi dogmatis suspicionē damnata, atque prohibita legerit, habueritve, ipso iure in excommunicationis pęnam incidat, eamq. ob causam in eum, tamquam de hæresi suspectum inquiri, & procedi liceat: præter alias pœnas super hoc, ab Apostolica Sede, Sacrisq. Canonibus constitutas. Qui autem libros alia de causa prohibitos legerit, habueritve; præter peccati mortalis reatum, Episcoporum arbitrio seuerè se nouerit puniendum. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis contrarijs quibuscumque, aut si quibus communiter, vel diuisim, ab eadem sit Sede indultum, ne excommunicari possint per litteras Apostolicas, non facientes

cientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiusmodi mentionem. Vt hæc autem ad omnium notitiam perueniant, neve quis excusatione ignorationis vti possit, volumus, & mandamus, vt hæ litteræ per aliquos Curiæ nostræ Cursores in Basilica Vaticana, Principis Apostolorum, & in Ecclesia Lateranensi, tunc, cum in eis populus, vt missarum solemnibus, intersit, congregari solet, palàm, & clara voce recitentur, & postquam recitatæ fuerint, ad valuas earum Ecclesiarum, itemq. Cancellariæ Apostolicæ, & in loco solito Campi Floræ affigantur, ibiq. vt legi, & omnibus innotescere possint, aliquantisper relinquantur. Cum autem inde amouebuntur, earum exempla in ijsdem locis affixa remaneant. Nos enim per recitationem hanc, publicationem, & affixionem, omnes, & singulos, qui his litteris comprehenduntur post tres menses, à die publicationis, & affixionis earum numerandos, volumus, perindè astrictos, & obligatos esse, ac si ipsismet illæ editæ, lectæq. fuissent. Transumptis quoque earum, quæ manu alicuius publici Notarij scripta, subscriptave, & sigillo, ac subscriptione alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munita fuerint, fidem sine vlla dubitatione haberi mandamus, atque decernimns.

Datum Romæ apud S. Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 24. Martij. M. D. LXIV. Pontificatus nostri Anno V.


Antonius Florabellus Lauellinus.

PRÆ-



PRAEFATIO
IN INDICEM
Librorum prohibitorum.

Confectum à deputatione Tridentinæ Synodi R. P. F. Francisci Forerij, Ord. Fratrum Prædicat. Sacræ Theologiæ professoris, & eiusdem deputationis Secretarij.







VM Sancta œcumenica Tridentina Synodus, ijs rationibus adducta, quæ in secundæ Sessionis decreto sub Beatiss. Pio Quarto Pont. Max. explicata sunt, censuisset, vt Patres aliquot, ex omnibus ferè nationibus delecti, de librorum censuris quid statuendum esset diligenter cogitarent, in eam tandem sententiam, post diuturnam deliberationem venerunt, vt iudicarent nihil vtiliùs fieri posse, quàm si Romanus ille prohibitorum Librorum Index, ab Inquisitoribus Romæ postremò confectus, paucis tantum demptis, atque etiam additis, retineretur, quippe qui cum magna maturitate à multis viris doctis compositus, plurimos comprehendat Auctores, atque in ordinem satis commodum digestus esse videatur.

Quo-

Quoniam verò intelligebant propterea in aliquib. Prouinciis ac locis hactenus eum Indicem receptum non esse, quod in eo quidam libri prohibentur, quorum lectione viri docti priuati, magno incommodo afficerentur, atque animaduertentes etiam in eo esse nonnulla parum explicatæ posita, quæ interpretatione indigerent, re, multum diuq. deliberationibus agitata, ac viris etiam ex omni natione Theologicæ facultatis scientissimis, in consilium adhibitis, subiectas Regulas componendas iudicarunt, vt quo ad eius fieri posset, dictorum hominum commodis, & studiis, salua veritate, ac religione, prospiceretur.

Illud igitur in primis obseruare oportet, vnamquamque penè alphabeti litteram, tres habere classes.

In prima non tam libri, quàm librorum scriptores continentur, qui aut hæretici, aut notæ hæresis suspecti fuerunt: horum enim Catalogum fieri oportuit, vt omnes intelligant, eorum scripta, non edita solùm, sed edenda etiam, prohibita esse.

Sed illud etiam animaduertendum est, quod licet multi præterea sint qui iustissimis de causis in hanc classem referri poterant; Patribus tamen non is fuit animus, aut ad eorum pertinebat institutum, vt eos ad vnum perquirerent, sed iis penè contenti fuere, qui in Romano Cathalogo descripti sunt, ab aliis verò eiusdem generis auctoribus idem ab Ordinariis, & Inquisitoribus statuendum esse existimarunt.

In secundam Classem non auctores, sed libri sunt relati qui propter doctrinam, quam continent, non sanam, aut suspectam, aut quę offensionem, etiam in moribus tantum fidelibus afferre potest, reiiciuntur, etiam si auctores, à quibus prodiere, ab Ecclesia nunquam desciuerunt.

Tertia verò, & vltima classis eos libros complectitur qui sine scriptores nomine exierunt in vulgus, & eam doctrinam continent, quam Romana Ecclesia tamquam Catholicæ

tholicæ

tholicæ fidei, aut morum integritati contrariam, refutandam, ac repellendam esse decreuit.

Non enim omnes libros, qui nomen auctoris non præferunt, damnandos putarunt; quandoquidem sæpè viros doctos, ac Sanctos nouimus, vt Christiana quidem Respubl. ex eorum vigiliis fructuum caperet, ipsi verò inanem gloriam euitarent, libros optimos sine nomine edidisse, sed eos tantum, qui aut liquido prauam, aut dubiam fidei doctrinam, siue moribus perniciosam continent.

At verò, qui sint huiusmodi, aut tales censeri debeant, præter eos, qui in hoc Cathalogo descripti sunt, Episcopi, & Inquisitores, vnà cum Theologorum Catholicorum consilio diiudicabunt.

Sed propter nostrorum temporum malitiam, ne in posterum libri sine nomine auctoris edantur decreto quartæ Sessionis Trident. Concilij sub fel. record. Paulo III. quòd incipit: Sed & impressoribus, &c. prouisum est.

REGVLA I.

Libri omnes, quos ante annum M. D. XV. aut summi Pontifices, aut Concilia Oecumenica damnarunt, & in hoc Indice non sunt, eodem modo damnati esse censeantur, sicut olim damnati fuerunt.

REGVLA II.

HÆresiarcharum libri, tam eorum, qui post prædictum annum, hæreses inuenerunt, vel suscitarunt, quàm qui hæreticorum Capita, aut Duces, sunt, vel fuerunt quales sunt, Lutherus, Zvvinglius, Caluinus, Balthasar Pacimontanus, Schvvencfeldius, & his similes, cuiuscumque nominis, tituli, aut argumenti existant, omninò prohibentur.

Aliorum autem hæreticorum libri, qui de religione quidem ex professo tractant, omninò damnantur.

Qui verò de religione non tractant, à Theologis Ca-

tho-

tholicis iussu Episcoporum, & Inquisitorum examinati, & approbati, permittuntur.

Libri ét catholicè cōscripti, tā ab illis q̃ postea in heresim lapsi sunt, q̃ ab illis qui post lapsum ad Ecclesiæ gremiū rediere, approbati à facultate Theologica alicuius Vniuersitatis Catholicę, vel ab Inquisitione generali, ꝑmitti poterūt.

REGVLA III.

VErsiones scriptorum etiam Ecclesiasticorum, quæ hactenus editæ sunt à damnatis auctoribus, modo nihil contra sanam doctrinam contineant, permittuntur.

Librorū aūt Veteris Testamēti versiones, viris tm̄ doctis, & piis, iudicio Episcopi concedi poterunt, modo huiusmodi versionib. tamq̃ elucidationib. vulgatæ editionis, ad intelligendā Sacram scripturā, non tamquā sacro textu, vtantur.

Versiones verò noui Testamenti, ab auctoribus primæ classis huius Indicis factæ, nemini concedantur, quia vtilitatis parum, periculi verò plurimum lectoribus ex earum lectione manere solet.

Si quæ verò annotationes cum huiusmodi, quæ permittuntur versionibus, vel cum vulg. editione circumferuntur ex punctis locis suspectis à facultate Theologica alicuius Vniuersitatis Catholicæ, aut Inquisitione generali, permitti eisdem poterunt quibus & versiones.

Quibus conditionibus totum volumen Bibliorum, quòd vulgo Biblia Vatabili dicitur, aut partes eius, concedi viris piis, & doctis poterunt.

Ex Bibliis verò Isidori Clarij Brixiani, Prologus, & prolegomena præcidantur; eius verò textum, nemo textum vulgatæ editionis esse existimet.

REGVLA IV.

CVm experimento manifestum sit, si sacra Biblia vulgari lingua passim sine discrimine permittatur, plus inde ob hominum temeritatem, detrimenti, quàm vtilitatis oriri, hac in parte iudicio Episcopi, aut Inquisitoris stetur, vt cum consilio Parochi, vel Confessarij Bibliorum à

Ca-

Catholicis auctoribus versorum, lectionem in vulgari lingua eis concedere possint, quos intellexerint ex huiusmodi lectione non damnum, sed fidei, atque pietatis augumentum capere posse, quam facultatem in scriptis habeant.

Qui autem absque tali facultate ea legere, seu habere præsumpserit, nisi prius Bibliis Ordinario redditis, peccatorum absolutionem percipere non possit.

Bibliopolæ verò qui prædictam facultatem non habenti Biblia idiomate vulgari conscripta vẽdiderint, vel alio quouis modo concesserint, librorum pretium in vsus pios ab Episcopo conuertendum, amittant, aliisq. pœnis pro delicti qualitate eiusdem Episcopi arbitrio subiaceant.

Regulares verò, non nisi facultate à Prælatis suis habita, ea legere, aut emere possint.

REGVLA V.

Libri illi qui hæreticorum Auctorum opera interdum prodeunt, in quibus nulla, aut pauca de suo apponit, sed aliorum dicta colligunt, cuiusmodi sunt Lexica, Concordantiæ, Apophtegmata, Similitudines, Indices, & huiusmodi, si quæ habeant admixta, quæ expurgatione indigeant, illis Episcopi, & Inquisitoris vnà cum Theologorum Catholicorum consilio sublatis, aut emendatis, permittantur.

REGVLA VI.

Libri vulgari idiomate, de controuersijs inter Catholicos, & hæreticos nostri temporis, differentes, non passim permittantur, sed idem de ijs seruetur, quod de Bibliis vulgari lingua scriptis statutum est.

Qui verò de ratione bene viuendi, contemplandi, confitendi, ac similibus argumentis vulgari sermone conscripti sunt, si sanam doctrinam contineant, non est cur prohibeantur, sicut nec sermones populares, vulgari lingua habiti.

Quod si hactenus, in aliquo regno, vel puincia, aliq libri sunt prohibiti, qđ nonnulla cõtinerent, quę sine delectu ab oĩb. legi nõ expediat, si eorũ Auctores Catholici sũt, postquã emẽdati fuerint, pmitti ab Epo, & Inquisitore poterũt.

RE-

REGVLA VII.

Libri qui res lasciuas, seu obscœnas ex professo tractant, narrant, aut docent, cum non solùm fidei, sed & morum, qui huiusmodi librorum lectione facilè corrumpi solent, ratio habenda sit, omninò prohibentur; & qui eos habuerint, seuerè ab Episcopis puniantur.

Antiqui verò, ab Ethnicis conscripti, propter sermonis elegantiam, & proprietatem, permittuntur, nulla tamen ratione pueris prælegendi erunt.

REGVLA VIII.

Libri quorum principale argumentum bonum est, in quibus tamen obiter aliqua inserta sunt, quæ ad hæresim, seu impietatem, diuinationem, seu superstitionem, spectant, à Catholicis Theologis Inquisitionis generalis auctoritate expurgati, concedi possunt.

Idem Iudicium sit de Prologis, summarijs, seu annotationibus, quæ à damnatis auctoribus, libris non damnatis apposita sunt; Sed posthac non nisi emendati excudantur.

REGVLA IX.

Libri omnes & scripta Geomantiæ, Hydromantiæ, Æromantiæ, Pyromantiæ, Onomantiæ, Chiromantiæ, Necromantiæ, siue in quibus cõtinẽtur sortilegia, veneficia, auguria, auspicia, incãtationes, artes magicæ, prsus reijciuntur.

Episcopi verò diligenter prouideant, ne Astrologiæ indiciariæ libri, tractatus, Indices, legantur, vel habeantur, qui de futuris contingentibus, successibus, fortuitisve casibus, aut ijs actionibus, quæ ab humana voluntate pendent, certò aliquid euenturum affirmare audent.

Permittuntur autem iudicia, & naturales obseruationes, quæ nauigationis, agriculturæ, siue Medicæ artis iuuandæ gratia, conscripta sunt.

REGVLA X.

IN librorum, aliarumve Scripturarum impressione seruetur, quod in Concilio Lateran. sub Leone X. Sess. 10. statutum est.

Qua-

Quare si in alma Vrbe Roma liber aliquis sit imprimẽdus, per Vicarium Summi Pont. & Sacri Palatij Magistrum, vel personas à Sanctiss. D. N. deputandas, prius examinetur.

In alijs verò locis, ad Episcopum, vel alium habentem scientiam libri, vel Scripturæ imprimendæ, ab eodem Episcopo deputandum, ac Inquisitorem hæreticæ prauitatis eius Ciuitatis, vel Diœcesis in qua impressio fiet, eius approbatio, & examen pertineat, & per eorum manum propria subscriptione gratis, & sine dilatione imponendam, sub pœnis, & censuris in eodem Decreto contentis, approbetur, hac lege, & conditione addita; vt exemplum libri imprimendi authenticum, & manu auctoris subscriptum, apud Examinatorem remaneat.

Eos verò, qui libellos manuscriptos vulgant, nisi ante examinati, probatiq. fuerint, iisdem pœnis, subiici debere iudicarunt Patres deputati, quibus impressores, & qui eos habuerunt, & egerint, nisi auctores prodiderint, pro auctoribus habeantur.

Ipsa verò huiusmodi librorum probatio in scriptis detur, & in fronte libri, vel scripti, vel impressi authenticè appareat, probatioq. & examen, ac cetera gratis fiant.

Præterea, in singulis Ciuitatibus, ac Diœcesibus, domus, vel loci vbi ars impressoria exercetur, & bibliothecæ librorum venalium sæpiùs visitentur, à personis ad id deputandis ab Episcopo, siue eius Vicario, atque etiam ab Inquisitore hæreticæ prauitatis, vt nihil eorum quæ prohibentur, aut imprimantur, aut vendantur, aut habeantur.

Omnes verò librarij, & quicumque librorum venditores, habeant in suis bibliothecis, Indicem librorum venalium, quos habent, cum subscriptione dictarum personarum, nec alios libros habeant, aut vendant, aut quacumque ratione tradant, sine licentia eorumdem deputandorum, sub pœna amissionis librorum, & alijs arbitrio Episcoporum, vel Inquisitorum imponendis; emptores, vel lectores, vel Impressores, eorumdem arbitrio puniantur.

Quod

Quod si aliqui libros quoscunque in aliquam ciuitatem introducant, teneantur iisdem personis deputandis renunciare, vel si locus publicus mercibus eiusmodi constitutus sit, ministri publici eius loci, prædictis personis significent, libros esse adductos.

Nemo verò audeat, librum, quem ipse, vel alius in ciuitatem introduxit, alicui legendum tradere, vel aliqua ratione alienare, aut commodare, nisi ostenso prius libro, & habita licentia à personis deputandis, aut nisi notoriè constet, librum iam esse omnibus permissum.

Idem quoque seruetur, ab hæredibus, & exequutoribus vltimarum voluntatum, vt libros à defuncto relictos, siue eorum Indicem, illis personis deputandis offerant, & ab ijs licentiam obtineant, prius quã eis vtantur, aut in alias personas, quacunque ratione eos transferant. In his autem omnibus, & singulis, pœna statuatur, vel amissionis librorum, vel alia arbitrio eorundem Episcoporum, vel Inquisitorum, pro qualitate contumaciæ, vel delicti.

Circa verò libros, quos Patres deputati, aut examinarũt, aut expurgarũt, aut expurgandos tradiderunt, aut certis conditionibus, vt rursus excuderentur concesserunt quidquid illos statuisse cõstiterit, tam bibliopolæ, quã ceteri obseruent.

Liberum tamen sit Episcopis, aut inquisitoribus generalibus, secundũ facultatem quã habent, eos etiam libros, qui his Regulis permitti videntur, prohibere, si hoc in suis Regnis, aut Prouincijs, vel Diœcesib. expedire iudicauerint.

Cæterum nomina, cùm librorum, qui à patribus deputatis purgati sunt, tum eorum quibus illi hanc Prouinciam dederunt, eorundem deputatorum Secretarius, Notario sacræ vniuersalis Inquisitionis Romanæ descripta, Sanctissimi Domini nostri iussu tradidit.

Ad extremum verò omnibus fidelibus præcipitur, ne quis audeat contra harum Regularium præscriptum, aut huius Indicis prohibitionem, libros aliquos legere, aut habere.

Quod si quis libros hæreticorum, vel cuiusuis auctoris scripta, hæresim, vel ob falsi dogmatis suspicionem damnata, atque prohibita, legerit, siue habuerit, statim in excommunicationis sententiam incurrat.

Qui verò libros, alio nomine interdictos legerit, aut habuerit, propter peccati mortalis reatum quo afficitur, iudicio Episcoporum seuerè puniatur.

OBSERVATIO CIRCA *quartam Regulam*.

ANimaduertendum est circa suprascriptam quartam regulam Indicis fel. rec. Pij Papæ IV. nullam per hanc impressionem, & editionem de nouo tribui facultates Episcopis, vel Inquisitoribus, aut Regularium Superioribus concedendi licentiam emendi, legendi, aut retinendi Biblia vulgari lingua edita, cum hactenus mandato, & vsu S. Rom. & vniuersalis Inquisitionis sublata eis fuerit facultas huiusmodi concedendi licentias legẽdi, vel retinendi Biblia vulgaria, aut alias sacræ Scripturæ tam noui, quàm veteris Testamenti, partes, quauis vulgari lingua editas, ac insuper Summaria, & compendia etiam historica eorundem Bibliorum, seu librorum sacræ Scripturæ, quocunque vulgari idiomate conscripta, quod quidem inuiolatè seruandum est.

Circa nonam Regulam.

CIrca Regulam in eiusdem Indicis, ab Episcopis, & Inquisitoribus Christi fideles, sedulo admonendi sunt, quod in legentes, aut retinentes contra regulam hãc, libros huiusmodi Astrologiæ iudiciariæ, diuinationum, & sortilegiorum, rerumq. aliarum in eadem Regula expressarum, procedi potest, non modo per ipsos Episcopos, & Ordinarios, sed etiam per Inquisitores locorum ex cõstitutione fel. rec. Sixti Papæ V. contra exercentes Astrologiæ iudiciariæ artem, & alia quæcunque diuinationum genera, librosq.

brosq. de eis legentes, ac tenentes, promulgata, sub Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ 1585. Non. Ian. Pontificatus sui anno primo.

De Talmud, & alijs Libris Hebræorum.

QVamuis in tertia classe Indicis prædicti Pij Papæ IV. sub littera T. Thalmud Hebræorum, eiusq. glossæ annotationes, interpretationes, & expositiones omnes prohibeantur, sed q; si absque nomine Thalmud, & sine iniuriis, & calumniis in religionem Christianam, aliquando prodiissent, tolerarentur, quia tamen Sãctiss. D. N. D. Clem. Papa VIII. per suam constitutionem contra impia scripta, & libros Hebræor. sub Dat. Romæ apud S. Pet. anno Incarn. Dominicæ 1592. prid. Kal. Martij Pontif. sui, anno 1. illos prohibuit atque damnauit, mens ipsius non est, eos propterea vllatenus etiam sub illis cõditionibus permittendi, aut tolerandi; sed specialiter & expresse statuit, & vult vt hmõi impij Thalmudici, Cabalistici, aliiq; nefarij Hebræorum, libri omninò damnati, & prohibiti maneant & censeantur, atque super eis, & aliis libris huiusmodi, prædicta constitutio perpetuò, & inuiolabiliter obseruetur.

De Libro Magazor.

AD hæc sciãt Episcopi, Ordinarij, & Inquisitores locorum, librum Magazor Hebræorum, qui continet partem officiorum, & cærimoniarum ipsorum, & Synagogæ, Lusitanica, Hispanica, Gallica, Germanica, Italica, aut quauis alia vulgari lingua, præterquam Hebræa, editum, iam diu ex speciali Decreto rationabiliter prohibitum esse. Idcirco prouideant illum nullatenus permitti, aut tolerari debere, nisi Hebr. lingua prædicta.

De Libris Ioannis Bodini.

CVm in appendice secundæ Classis sub littera I, dicatur Ioannis Bodini Andegauensis Dæmonomania oĩnò prohibetur, liber verò de republ. & methodus ad facilem historiarum cognitionem tamdiu prohibita sint, quousque ab auctore expurgata cum approbatione Magistri Sac. Palat. prodierint. Id quidem per errorem fortasse librarij

factum creditur, nam liber de republ. eiusdem Ioan. Bodi. primum die 15. Mensis Octob. 1592. deinde liber Demonomaniæ, die primo Mensis Sept. 1594. ab eodem S.D.N. Papa simpliciter damnati sunt, ac proinde vterque damnatus, & prohibitus censendus est.

INSTRVCTIO EORVM, QVI LIBRIS *tum prohibendis, tum expurgandis, tum etiam imprimendis, diligentem, ac fidelem (vt par sit) operam sunt daturi.*

AD Fidei Catholicæ conseruationem, non satis est, quinam ex iã editis libris damnatæ lectionis sint, cognoscere (quod Indice, & regulis confectis per Patres à Generali Tridentina Synodo delectos, præcipuè sancitum est) nisi illud etiã caueatur, ne vel ijdem denuo pullulent libri, vel similes alij emergant, & propagentur, qui incautas fidelium mentes occulto veneno inficientes, iuxta, ac merita damnatione digni iudicentur.

Vt igitur, quicunque post hac, seu veteres, seu noui libri edentur, quã maximè puri, & tam in ijs, quæ ad fidem, quam quæ ad mores pertinent incontaminati existant; quid circa malorum librorum interdictionem ad eos penitus abolendos tã ab Episcopis, & Inquisitoribus, quàm a cæteris, quorum ad id in Ecclesia Dei studium valere, & auctoritas potest: (præter ea quæ Tridentinorum Patrum Regulis supradictis decreta sunt) publica vtilitas exigat capitib. infra positis diligentiùs sancitur, iisdemq. statuitur, quæ omninò in posterũ tum ab iisdem Episcopis, & Inquisitoribus, aliisq., vt præfertur in malorum librorum interdictione, & abolitione, tum à Correctoribus in librorum, ac cæterorum quorumcũque scriptorum correctione, atque emẽdatione, tum à Typographis, in ipsorum librorum impressione, (pœna pro arbitrio Episcopi, & Inquisitoris aduersus eosdem Typographos constituta) inuiolatè sunt obseruanda.

DE

CVrent Episcopi,& Inquisitores,vt statim atque hic In-dex fuerit publicatus eorum iurisdictioni subiecti, ad ipsos descriptam sigillatim deferant nomina librorum om-nium,& singulorum,quos apud se in eodem Indice prohi-bitos,quisque reperiet.

Ad huiusmodi verò libros sic significandos, infra certum tempus ab Episcopo,vel Inquisitore præscribendum omnes cuiuscumque gradus,& conditionis extiterint,sub graui pœ-na,eorum arbitratu infligenda, teneantur.

Romæ verò hæc oĩa certo à se,propositis edictis,pręscri-bẽdo tempore, præstari curabit Sacri Palatij Magister. §.ij.

SI qui erunt, qui librum vnum, aut plures, ex prohibitis, qui ad præscriptum Regularum permitti possunt, certa aliqua ex causa potestatem sibi retinendi, aut legendi fieri, ante expurgationem desiderent,concedendæ facultatis ex-tra Vrbem, ius erit penes Episcopum, aut Inquisitorem Ro-mæ, penes Magistrum Sacri Palatij.

Quidem, gratis eam, & scripto manu sua subsignato tri-buent, de triennio in triennium renouandam, ea in primis adhibita consideratione, vt non nisi viris dignis, ac pietate, & doctrina conspicuis,cum delectu,eiusmodi licentiam lar-giantur,iis autem in primis, quorum studia, vtilitati publi-cæ,& sanctæ Catholicæ Ecclesiæ vsui esse compertum ha-buerint.

Qui inter legendum, quæcunque repererint animaduer-sione digna,notatis capitibus, & foliis, significare Episco-po,vel Inquisitori teneantur. §. iij.

ILlud etiam Catholicæ fidei cõseruandæ necessitas extra Italiam, maximè cum ab Episcopis, & Inquisitoribus tum à publicis Vniuersitatibus, & omni doctrinæ laude flo-rentibus postulat,vt eorum librorum Indicem confici,& pu-blicari curent,qui per eorum regna,atque prouincias hære-tica labe infecti,ac bonis moribus contrariis: vagantur siue illi propria nationis, siue aliena lingua conscripti fuerint.

ſi emẽdationem approbauerint, tũc liber permittatur. §.ij.

QVi negotium ſuſceperit corrigendi, atque expurgandi, circũmſpicere oĩa, & attentè notare debet, non ſolùm quæ in curſu operis, manifeſtè ſe offerunt, ſed, ſi quæ in ſcholijs, in Sũmarijs, in marginib. in Indicib. libror. in pręfationibus, aut Epiſ. dedicatorijs, tanq̃ in inſidijs, delitеſcũt.

Quæ autem correctione, atque expurgatione indigent, ferè hæc ſunt, quæ ſequuntur.

Propoſitiones hæreticæ, erroneæ hæreſim ſapientes, ſcandaloſæ, piarum aurium offenſiuæ, temerariæ, & ſchiſmaticæ, ſeditioſæ blaſphemiæ.

Quæ cõtra Sacramẽtorũ ritus, & cęrimonias, cõtraq. receptũ vsũ, & cõſuetudinẽ S.R.E. nouitatem aliqua inducunt.

Profanæ etiam nouitates vocum ab hæreticis excogitatæ, & ad fallendum introductæ.

Verba dubia, & ambigua, quæ legentiũ animos, à recto, catholicoq. ſenſu, ad nefarias opiniones adducere poſſunt.

Verba ſacræ Scrip. nõ fideliter ꝓlata, vel è prauis hæreticor. verſionib. deprõpta, niſi fortè afferrẽtur, ad eoſd. hæreticos impugnãdos, & ꝓprijs telis iugulãdos, & cõuincẽdos.

Expungi etiam oportet verba Scripturæ Sacræ, quæcunque ad profanum vſum impiè accommodantur, tum quæ ad ſenſum detorquentur abhorrentem à Catholicorum Patrum, atque Doctorum vnanimi ſententia.

Itemq. Epitheta honorifica, & omnia in laudem hæreticorum, deleantur.

Ad hæc reijciuntur omnia, quæ ſuperſtitiones, ſortilegia, ac diuinationes ſapiunt.

Item quæcunque fato, aut fallacibus ſignis, aut ethnicæ fortunæ, humani arbitrij libertatem ſubijciunt, obliterẽtur.

Ea quoque aboleantur, quæ paganiſmum redolent.

Item, quæ famæ proximorum, & præſertim Eccleſiaſticorum, & Principum detrahunt, boniſq. moribus, & Chriſtianæ diſciplinæ ſunt contraria, expurgentur.

Expurgandæ ſunt etiam propoſitiones, quæ ſunt cõtra li-

bertatem, immunitatem; & iurisdictionem Ecclesiasticam.

Itē, quæ ex Gentiliū placitis, morib. exēplis tyrannicā politiam fouent, & quā falso vocant rationem status, ab Euangelica, & Christiana lege abhorrentem inducunt, deleantur.

Excludātur exempla, quæ Ecclesiasticos ritus, religiosorū Ordines, statum, dignitatem, ac personas lædunt, & violant.

Facetiæ etiam, aut dicteria, in perniciem, aut præiudicium famæ, & existimationis aliorum iactata, repudientur.

Denique lasciua, quæ bonos mores corrumpere possunt, deleantur.

Et si quæ obscenæ in imagines, prædictis libris expurgandis impressæ, aut depictæ extent, etiam in litteris grandiusculis, quas initio librorum, vel capitum imprimi moris est, huius generis omnia, penitus obliterentur. §. iij.

IN libris autem catholicorum recentiorum, qui post annum Christianæ salutis 1515. conscripti sunt, si id, quod corrigendum occurrit, paucis demptis, aut additis, emendari posse videatur, id correctores faciendum curent, sin minus omninò deleatur. §. iv.

IN libris autem catholicorum veterum, nihil mutare, fas sit, nisi vbi aut fraude hæreticorum, aut Typographi incuria, manifestus error irrepserit.

Si quid autem maioris momenti, & animaduersiōne dignū occurrerit, liceat in nouis editionibus, vel ad margines, vel in scholiis adnotare, ea in primis adhibita diligentia, an ex doctrina, locisq. collatis, eiusdem auctoris sententia difficilior illustri, ac mens eius planius explicari possit. §. v.

POstquam Codex expurgatorius confectus erit, ac mandato Episcopi, & Inquisitoris impressus, qui libros expurgandos habebunt, poterint de eorumdem licentia iuxta formam in Codice traditam, eos corrigere, ac perpurgare.

DE IMPRESSIONE LIBRORVM. §. j.

NVllus liber in posterum excudatur, qui non in fronte nomen, cognomen, & patriam præferat Auctoris.

Quod si de auctore non constet, aut iustam aliquam ob cau-

causam, tacito eius nomine, Episcopo, & Inquisitori liber edi posse videatur, nomen illius omnino describatur, qui librum examinauerit, atque approbauerit.

In his verò generib. librorũ, qui ex variorũ scriptorũ dictis, aut exẽplis, aut vocib. cõpilari solent, is qui laborẽ colligendi, & cõpilandi susceperit pro auctore habeatur. §. ij.

Regulares, præter Episcopi, & Inquisitoris licentiam (de qua regula decima dictum est) meminerint, teneri se sacri Concilij Tridentini decreto, operis in lucem edendi facultatem à Prælato, qui subiacent, obtinere.

Vtramque autem concessionem, quæ appareat, ad principium operis, imprimi faciant. §. iij.

Cvrent Episcopi, & Inquisitores, pœnis, etiam propositis, ne impressoriam artem exercentes, obscenas imagines, turpesve, etiam in grandiusculis litteris imprimi consuetas, in librorum deinceps impressione apponant.

Ad libros verò q. de reb. Ecclesiasticis, aut spiritualib. cõscripti sũt, ne characterib. grãdiorib. vtãtur, in q.b. expressè appareat alicui[9] rei pphanæ, nedũ turpis obsceneve species.

Qui etiam inuigilabunt summoperè, vt in singulorum impressione librorum, nomen Impressoris, locus impressionis, & annus, quo liber impressus est, in principio eius, atque in fine annotetur. §. iv.

Qvi operis alicuius editionẽ parat, integrũ eius exẽplar exhibeat Episcopo, vel Inquisitori, ad vbi recognouerint, probauerintq. penes se retineant, quod Romæ quidem in Archiuio Magistri sacri Palatij, extra Vrbẽ verò in loco idoneo, quem Episcopus, aut Inquisitor elegerit, reseruetur.

Postquam autem liber impressus erit, non liceat cuiquam venalem in vulgus proponere, aut quoquomodo publicare, antequam is, ad quem hæc cura pertinet, illum cum manuscripto apud se retento, diligenter contulerit, licentiamque, vt vendi, publicariq. possit, concesserit.

Idque tum demum faciendum, cum exploratum habebitur, Typographum fideliter se in suo munere gessisse, neque

ab

ab exemplari manuscripto, vel minimum discessisse.

Qui contrafacere ausus fuerit, grauiter & seuerè puniatur §. v.

CVrent Episcopi, & Inquisitores quorũ muneris erit facultatem libros imprimendi concedere, vt eis examinãdi, spectatæ pietatis, & doctrinæ viros adhibeãt, de quorũ fide, & integritate, sibi polliceri queant; nihil eos gratiæ daturos, nihil odio, sed oĩ humano affectu post habito, Dei duntaxat gloriam spectaturos, & fidelis populi vtilitatem.

Talium autem virorum approbatio, vnà cũ licentia Episcopi, & Inquisitoris, ante initiũ operis, imprimatur. §. vj.

TYpographi, & Bibliopolæ, coram Episcopo, aut Inquisitore, & Romæ, coram Magistro Sacri Palatij iureiurando spõdeant, se munus suum, Catholicè, sincerè, ac fideliter exequuturos, huiusq. Indicis, decretis, ac regulis, Episcoporumq. & Inquisitorum edictis, quatenus eorum artes attingunt, obtemperaturos, neque ad suæ artis ministerium quemquam scienter admissuros, qui hæretica labe sit inquinatus.

Quod si inter illos, insignes, ac eruditi nonnulli reperiantur, fidem etiam Catholicam, iuxta formam à Pio IV. fel. rec. præscriptam, eorumdem superiorum arbitrio, profiteri teneantur. §. vij.

LIber auctoris damnati, qui ad præscriptum regularum expurgari permittitur, postquam accuratè recognitus, & purgatus, legitimèq. permissus fuerit, si denuo sit imprimendus, præferat titulo inscriptum nomen auctoris, cũ nota damnationis, vt quamuis, quo ad aliqua liber recipi, auctor tamen repudiari intelligatur.


In eiusdem quoque libri principio, tum veteris prohibitionis, tum recentis emendationis, ac permissionis mentio fiat, exempli gratia Bibliotheca à Conrado Gesnero Tigurino, damnato auctore, olim edita, ac prohibita, nunc iussu superiorum expurgata, & permissa.

IN-

INDEX AVCTORVM ET LIBRORVM PROHIB.

AVCTORES PRIMAE CLASSIS.

A



APPENDIX.

Ada-

Certorum Auctorum Libri prohibiti.

In Actis Æneæ Syluij prohibentur ea, quæ ipse in Bulla retractationis damnauit.

Alcuini, seu potius Caluini Commentarij in libros de Trinitate Antonij Francisci Doni litteræ.

Antonij de Rosellis Aretini tractatus de potestate Imperatoris,& Papæ,& de Conciliis.

Augustini de Roma Nazareni Episcopi, tractatus de Sacramento Diuinitatis Iesu Christi,& Ecclesiæ, donec expurgentur.

Item tractatus de Christo capite, & eius inclinato principatu.

Item Tractatus de charitate Christi, circa electos, & de eius infinito amore.

APPENDIX.

ADriani Barlandi, liber selectas quasdam Epistolas Erasmi Roterodami continens.

Alberti Argentinensis.

Chronicon edito Basileensis.

Alberti Krantij Hamburgensis historiæ, seu Chronicæ editæ Francofurti.

Nisi corrigantur.

Alphonsi Enriquez, defensio pro Erasmo contra Eduardum Læum,& contra vniuersitatem Parisiensem.

Amati Lusitani Centuriæ, donec expurgentur.

Ambrosij Catharini Politi, quæstiones duæ, de verbis, quibus Christus Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum confecit.

Andreæ Corui, liber de Chyromantia.

Andreæ Masij, commentaria, super Iosue, vsquequo emendentur.

Annales gentis Silesiæ, Ioachino Cureo Auctore.

Annotationes super Instit. Ioannis Scheueckdevvini, nisi emendentur.

Antiochi Tiberti liber de Chyromantia.

Antonij Bonfinij, Commentaria de Pudicitia.

Antonij Poli Veneti, Lucidarium potestatis Papalis, donec expurgentur.

Antonij Reuclini Exegensis dictionum in Psalmos.

Antonij de Rampilogis, figuræ Bibliorum.

Apologia Fratris Michaelis Medinæ Belarcensis, aduersus

Incertorum Auctorum, Libri prohibiti.

Articuli à facultate Theologica Parisiensi determinati super materijs fidei nostræ hodie controuersis, cum Antidoto, auctore, vt creditur Caluino.

Articuli nouorum Vvormatiæ Euangelistarum.

Articuli quadraginta septem, plebis Francfordiensis.

Augustanæ confessionis Ecclesiarum causæ, quare amplexæ sint, & retinendum ducant suam doctrinam.

APPENDIX.

ACademiarum Lipsensis, & Vvitembergensis, repetitio Orthodoxæ confessionis.

Acta, & scripta Theologorum Vvitembergensium, & Patriarchæ Constantinopolitani, D. Hieremiæ, &c. quæ de Augustana confessione inter se miserunt, Græcè, & Latinè ab eisdem Theologis edita.

Actiones, & monumenta Martyrum eorum, qui à Vviclefo, & Huss. ad nostram hanc ætatem in Germania, Gallia, Britannia, ipsa demum Hispania veritatem Euangelicam sanguine suo constanter obsignauerunt.

Agenda, seu formulæ precum, aut officia hæreticorum, quacunque lingua conscripta.

Analysis resolutio dialectica, quattuor librorum institutionum Imperialium.

Annatæ Taxationes Ecclesiarum, & Monasteriorum, per vniuersum orbem, ab hæreticis deprauatæ.

Ἀνάμνησις, iuris, quod in approbandis Pontificibus Imperatores habent.

Apologia Anglicana, seu Ecclesiæ Anglicanæ, siue Apologia Anglorum.

Apologia Catholica, aduersus Libellos, declarationes, & consultationes, factas, scriptas, & editas à fœderatis perturbatoribus pacis, in regno Franciæ, qui insurrexerunt, ex quo tempore Dominus Frater vnicus regis, vita functus est, per E. D. L. I. C. Parisijs apud Iacobum Petit-chou, 1586.

Apologia contra status Burgundiæ.

Artis

Artis Diuinitatis encomia,& patrocinia diuersorum aucto-rum, inter quos est vnus Philippus Melanchton.

AVCTORES PRIMAE CLASSIS.

B

APPENDIX.

Certorum Auctorum, Libri prohibiti.

Beati

Beati Rhenani Scholia in Tertullianum.
Benonis Liber de vita Hildebrandi.
Bertrami Liber, qui inſcribitur de corpore, & ſanguine Chriſti.
Boccatij Decades, ſiue nouellæ centum. Quamdiu expurgatæ non prodierint.
Brunonis Heidelij Quetſurdenſis, Poematum libri ſeptem.

APPDNDIX.

BArtholomæi Cauſæ, Opera omnia.
Bartholomæi Caranze Mirandenſis, Cathechiſmus.
Bartholomæi Coclitis Anaſtaſis, Chyromantiæ, & Phyſionomiæ.
Bartholomæi Ferrarienſis, de Chriſto Ieſu abſcondito, libri ſex quouſque expurgentur.
Beati Rhenani Epiſtola, de primatu Pet. vbicunque reperiatur ſiue ſeorſum, ſiue libro decimo Operis ad Fridericum Nauſeam.
Beniamin Cantabri itinerarium.
Bernardi Lotij Hadamarij, ſeu Gerardi Lorichij Adamarij, Collectio trium librorum Racemationum Brunonis Serlij de Miſſa publica proroganda.
Bernardini Teleſij, de natura rerum. Donec expur-
Item de ſomno. (gentur.
Item, quod animal vniuerſum ab vnica animæ ſubſtantia gubernatur.
Bernardini Tomitani, expoſitio in Matthæum.
Bonoaia, ſiue de libris ſacris conuertendis, in vernaculam linguam, libri duo, Auctore Friderico Furio Cæriolano Valentino.

Incertorum Auctorum, Libri prohibiti.

BElial, ſiue de Conſolatione peccatorum.
Beneficium Chriſti.
Bernenſis Diſputatio.
Bernenſis reformatio contra Miſſam.
Breuis, & cōpendioſa inſtructio, de Religione Chriſtiana.

APPENDIX.

AVCTORES PRIMAE CLASSIS.

C

Cle-

Clemens Marot.
Conradus Clauſerus.
Conradus Cordatus.
Conradus Daſypodius.
Conradus Gibellus, vel Grebellus Tigurinus.
Conradus Legus.
Conradus Licoſtenes.
Conradus Pellicanus.
Conradus Perea.
Conradus Schrec.
Conradus Somius.
Cōradus Trenue de fride ſieueu.
Cornelius Agrippa.
Crato Milius.
Cyprianus Leouitius.

APPENDIX.

CArolus Chriſtophorus Beierus.
Carolus Ionuileus.
Carolus Vvrenhouius.
Caſſiodorus Reimius.
Chriſtianus Granundt.
Chriſtianus Heſſiander.
Chriſtophorus Fiſcher, vel Fiſcherus.
Chriſtophorus Godmannus.
Chriſtophorus Imlerus.
Chriſtophorus Ireius, Paſſauienſis.
Chriſtophorus Laſius.
Chriſtophorus Marſtaller.
Chriſtophorus Molhuſenſis.
Chriſtophorus Obōhemus.
Chriſtophorus Obenhin, Othingenſis.
Chriſtophorus Pezelius.
Chriſtophorus Ricardus.
Chriſtophorus Spamgembergius.
Chriſtophorus Stolberg.
Chriſtophorus Stymmelius.
Churrerus Conradus.
Clemens Schuberus.
Clementius Guilielmus.
Conradus Badius.
Conradus Churrerus.
Conradus Breheres.
Conradus Hersbachius.
Conradus Lautembach, vel Leutambach.
Conradus Merçalinus.
Conradus Neander, Bergenſis.
Conradus Porta.
Conradus Vvlnerus.
Conradus Vvolſt. Piatz.
Conſtantius de la Fuente, Hiſpanus.
Copius Balthaſar.
Coranus Antonius.
Cyriacus Spamgēmbergius.

Certorum Auctorum, Libri prohibiti.

CApricci del Battaio. Ioannis Baptiſtæ Gelli, Quamdiu emendatus non prodierit.

Cnumani Elimpſachij, de Tabernis montanis Chronolo-

gia ex ſacris litteris.
Cyri Theodori Podromi, Epigrammata.

APPENDIX.

CArdani, opera de Sapientia.
De veritate. Niſi corrigantur.
De Subtilitate.
De Conſolatione.
Commentaria in quadripartitum Ptolomæi, de Genituris, & reliqua omnia, quæ de Medicina non tractant.
Caſſiani Conſtantinopolitani, de libero arbitrio collatio illa, quæ Aganoæ impreſſa eſt, per Ioan. Licerum 1528.
Chriſtophori à capite Fontium libri de neceſſaria correctione Theologiæ Scolaſticæ. Omnino prohibentur.
De miſſæ Chriſti ordine, & ritu Epitome nouæ illuſtrationis Chriſtianæ fidei.
Reliqua verò ipſius opera item prohibentur, donec expurgentur.
Chronica Turcica collecta à Philippo Leonicero, cui eſt adiectum opus quoddam Ioannis Auentini hæretici, in quo declarantur cauſæ miſeriarum, &c.
Continuatio temporum Germani cuiuſdam ab anno ſalutis 1513. vſque ad annum 1549. Quæ ſolet addi Chronichæ Euſebij, ab eo loco vbi incipit. Niſi emendentur.
Noua temporum continuatio, &c.
Chronologia Gerardi Mercatoris, quæ à Sleidano, & damnatis Auctoribus ſumpta eſt.
Claudij Baduellis, liber de ratione Vitæ ſtudioſæ, & litteræ in matrimonio collocandæ.
Claudij Eſpencæi, Commentaria de continentia in Epiſtolam ad Titum. Niſi corrigantur.
Clementis Scuberti, liber de Scrupulis chronologiorum.
Commentaria Rabbi Salomonis,& Chimi,& Rabbini Hieroſolymitani,& ſimilium ſuper vetus Teſtamentum, tam ſcripta Hebraicè,quàm Latinè tranſlata, per Conradum, & Paulum Fagrum hæreticos.

Con-

Concilium Abbatis Panormit. pro consilio Basileensi.
Conciones F. Thomæ de Senis falso adscriptæ, & quæ reuera sunt Bernardini Ochinij hæretici.
Conradi Clingij, opera omnia, donec expurgentur.
Coropædia, siue de Moribus, & vita virginum sacratum Caspare Styblino Auctore.

Incertorum Auctorum, Libri prohibiti.

CApita fidei Christianæ contra Papam, & portas inferorum capo finto.
Carontis, & Mercurij Dialogi.
Catalogus Papæ, & Moysis.
Catalogus Testium veritatis, ex Sanctis Patribus.
Cathechesis puerorum in fide, litteris, & Moribus.
Cathechismus Ecclesiæ Argentoratensis.
Cathechismus, pro Ecclesia Vvitembergensi.
Cathechismus, cui titulus est, Cathechismus maior, & min.
Cathechismus, cui titulus, Qual maniera, &c.
Cathechismo, cioè Formulario, p istruere, & ammaestrare li fanciulli nella religiō Christiana, fatto à modo di Dialogo
Cathechismus, siue explicatio Symboli Apostolici.
Cathechismus paruus, pro pueris in Scholiis, nuper auctus.
Cathechismus super Euangelium Marci.
Cathechismus, siue Simboli expositio.
Cathechismus Tubicensi.
Causæ, quare Synodum indictam à Rom. Pont. Paulo III. recusarint principes, status, & ciuitates Imperij, profitentes puram, & Catholicam doctrinam.
Centum grauamina, &c.
Centum, & quattuordecim sententiæ Patrum de officio vetorum rectorum Ecclesiæ.
Christiana institutio.
Christianæ Iuuentutis crepudia.
Christiana responsio ministrorū Euangelij Basileæ, cur missam, &c.
Christianæ Scoliæ, epigrammatum libri duo ex varijs Poetis, excerpti.

Contra

Contra Regulæ Minoritarum, vniuersas perditionis sectas.
Contra Sanctos Zeylleysten.
Conuentus Augustensis.
Copia d'vna lettera scritta alli quattro di Gennaio. M.D.I.
Coptis Christianus.
Cordigeræ nauis conflagratio, Dialogus.
Cymbalum Mundi.

APPENDIX.

CAluinianus Candor.
Cãtica selecta veteris,& noui Testamẽti,cũ Hymnis, & collectis, seu orationibus priorib. quæ in Orthodoxa, atq; Catholica Ecclesia cãtari solẽt, addita dispositione, & familiari expositione Christophori Cornei.(hereticũ.
Carmina, & Epistolæ de coniugio ad Dauidem Chytręum
Carmina amicorum in honorem nuptiarum R. & virtute, doctrinaq. præstantis viri Stephani Isaaci, verbi diuini, apud Heylbergenses Ministri.
Cathechesis Doctrinæ Christianę in vsum scolarum Pomeraniæ.
Cathechesis religionis Christianæ, quæ traditur in Ecclesijs, & Scholis Palatinatus.
Cathechismus, pro Ecclesia Antuerpiensi, qua confessionem Augustanam profitetur.
Cathechismus Genuensis.
Cathechismus Latino, Germanicus.
Centuria prima Monasteriorum Germaniæ, siue Chronologia, chyromantiæ, libri omnes, & præsertim Patricij Tricasij Mantuani, & expositio eiusdem Tricasij super Coclitem.
Chronicon prodigiorum, & ostentorum.
Chronographia Ecclesiæ Christianæ, impressa Basileæ apud Nicolaum Byllingerum 1551. & vbicunque impressa fuerit.
Chronologia, ex sacris Litteris.
Chronologicarum rerum, libri duo.

Con-

Confessio Argentinensis.

Confessio doctrinæ Saxonicarum Ecclesiarum, Synodo Trident. oblata, anno Domini 1551.

Confessio Fidei, de Eucharistiæ Sacramento per Ministros Ecclesiæ Saxoniæ.

Confessio Fidei Ministrorum Vvitembergensium.

Confessio Ministrorum Iesu Christi.

Confessio piæ doctrinæ, quæ nomine Christophori Ducis Vvitembergensis, & Trecensis Comitis, &c. fuit proposita, per Legatos die eius 24. Mensis Ian. anno 1552. congregationi Concil. Trid.

Confessio religionis, seu Fidei Christianæ sacratissimo Imperatori Carolo Quinto, Cæsari Augusto in Comitiis, Augustæ Anno Domini 1530. per Legatos ciuitatū Argentorati, Constantiæ, Manningæ, & Lindaniæ exhibita.

Confessio Vvaldensium.

Consilium Pauli Tertij, datum Imperatori, in Balgis, cum Eusebij Pamphili, pia explicatione.

Conuentus Geneuensis, siue consilium Ministrorum Geneuensium in diuersorio quodam iuxta Geneuensium anno Domini 1565.

Conuiuia, seu colloquia tironum.

Catechisis, siue prima institutio, aut rudimenta religionis Christianæ, Hebraicè, Græcè, Latinè explicata, Lugduni Batauorum ex officina Platiniana, apud Franciscum Rachelengium.

AVCTORES PRIMAE CLASSIS.

D

DAuid Georgius ex Delphis.

Dauid Peiferus.

Lipsius, vel Pfeffinger.

Dauid Scheffer.

Didymus Auentinus, qui est Melanchton.

Diethelmus Cellarius.

Dionysius Melander.

Dominicus Caramanius.

Dominicus Melgnitius.

APPENDIX.

DAniel Bodenbergius.

Daniel Hofmannus.

Daniel

Certorum Auctorum, Libri prohibiti.

DAntis Monarchia.
Dauidis Chytræi, liber de auctoritate, & certitudine Christianæ doctrinæ, ac ratione discendi Theologiam.
Desiderij Erasmi Roterodami. Colloquiorum, liber, Moria, Lingua, Christiani Matrimonij institutio, de interdicto esu carnium, eiusdem Paraphrasis in Matthæum, quæ à Bernardino Tomitano in Italicam linguam conuersa est.
Cætera verò Opera ipsius, in quibus de Religione tractat, tamdiu prohibita sint, quamdiu à facultate Theologica Parisiensi, vel Louaniensi expurgata non fuerint.
Adagia verò ex editione, quam molitur Paulus Manutius permittentur.
Interim verò, quæ iam edita sunt, ex punctis locis suspectis iudicio alicuius facultatis Theologicæ Vniuersitatis catholicæ, vel Inquisitionis alicuius Generalis permittãtur.

APPENDIX.

DAuid de Pontis Hebræi, de Medico Hebræo enarratio Apologetica, quamdiu emendata non prodierit.
Desiderij Erasmi Roterodami Adagia iam pridem edita à Paulo Manutio permittuntur.
Dialogus Petri Mochij, de cruciatu, exilioq. cupidinis.
Dialogus Pontani Charon.
Didaci Stellæ commentaria in Euangelium Lucæ, nisi fuerint ex impressis ab anno 1581.
Duareni Liber de S. Ecclesiæ ministerij, permittitur, si tamen correctus fuerit.
Libellus verò eidem adiunctus, ab eo Latinus factus, cui titulus est; Pro libertate Ecclesiæ Gallicanæ, aduersus Rom. aulam defensio Parisiensis Curiæ, Ludouic. XI.

Gallorum Regi quondam oblata omnino prohibentur;

Auctorum incerti nominis, Libri prohibiti.

Declaratoria Iubilæi.

Decretum Norimbergense, editum anno 1523.

Defensio pro Zvinglio.

Defensio aduersus axioma Catholicum, id est, criminationem Roberti Episcopi Abrincensis.

Dialogi aduersus Ioannem Eckium.

Dialogi de Mercurio, & Charonte.

Dialogus de doctrina Christiana.

Dialogus Karstans, & Regellianus.

Dialogus de morte Iulij II. Papæ, siue Iulius.

Dialogus Curnarus Leuiathan.

Dialogus obscurorum virorum, in quo tres colloquuntur Theologi.

Dialogus Orat. Pontificis Romanis, illius qui est Pontifici à confessionibus.

Dialogus paradoxus, quo Romani Pontifici Orator, vnà cum eo qui est, &c.

Discorsi sopra li Fioretti di S. Francesco.

Disputatio Badensis.

Disputatio Bernensis.

Disputatio Cronicen. cum duabus Epistolis.

Disputatio inter Clericum, & militem, super potestate Prælatis Ecclesiæ atque Principibus terrarum commissa; aliàs somnium viridarij.

Disputatio Lypsica inter Martinum, & Hieronymum Emserum.

Disordine della Chiesa.

Diurnale Romanum, impressum Lugduni, in ædib. Filiberti Reletti, & Bartholomæi Freni.

Doctrina verissima sumpta à cap. 4. Epist. ad Romanos, vt consolentur afflictæ conscientiæ.

Doctrina vetus, & noua.

Dragale locorum Communium.

Dux

APPENDIX.

Si

Si qui verò ex huiuſmodi libris, ad controuerſias ſedandas, paceſq. componendas proficere poſſunt, & expurgati, & approbati permittuntur.

Duo volumina orationum obſcurorum virorum.

AVCTORES PRIMAE CLASSIS.

E

EObanus Heſſus.
Eraſmꝰ Benedictꝰ Sileſiꝰ.
Eraſmus Ebernus.
Eraſmus Fabricus.
Eraſmus Oſualdus, Screktenfuſius.
Eraſmus Rotembucher.
Eraſmus Roterodamus, vide ſupra in littera D.
Eraſmus Sarcerius.
Eraſmus Snepſius.
Euritius Cordus.
Eutychius Mion, qui, & Muſculus.

E APPENDIX.

EAdmundus Halen, Hordeuolgius.
Vel Nordouo Legius.
Edmundus Geſt. Anglus.
Edmundus Grindalus, Anglus.
Edmundus Bunnius.
Ægidius Hunnius.
Elchanon Pragenſis.
Elias Palingennius.
Enochus Saracenus, Geneu.
Eraſmus Alberus.
Eraſtus Thomas.
Erahardus Schneſius.
Erneſtus Vogelin.
Eſaias Heincduhic.
Euſebius Cleberus.

Certorum Auctorum, Libri prohibiti.

APPENDIX.

ELementa Magica Petri de Abbano.
Enchiridion doctrinæ Chriſtianæ Concilij Colonienſis. (nisi expurgentur.)
Enchiridion militiæ Chriſtianæ, auctore Ioanne Iuſto Lanſpergio, ſeu ſine nomine Auctoris. impreſſum Compluti.
Epitome omnium operum D. Aurelij Auguſtini; per Ioannem Piſcatorem illæ, quæ impreſſæ ſunt, per Ioannem Chriſpinum.
Euſebij Candidi. Clauſus lectificæ mortis.

Exa-

Exa-

Examen Dei opus.
Expoſitio Symboli Apoſtolorum, Orationis Dominicæ, & præceptorum.

APPENDIX.

ELegiæ aliquot, de morte coniugis, & liberorum, quæ ſunt Ioannis Piſtorij Hæretici.
Enchiridion Manuale, Romæ excuſſum apud Thomam Membruuium (vt quidem apparet in Frontiſpicio) vt verò in calce legitur, Trecis, vbi eum librum excudebat Franciſcus Trumeſui.
Enchiridion parui Cathechiſmi, Ioannis Brentij, in colloquia redactum.
Enchiridion aliud, piarum precationum, cum Kalendario & Paſſionali (vt vocatur) Vvitembergæ apud Ioannem Luſt. anno 1529.
Enchiridion Principis, & Magiſtratus Chriſtiani, quòd refertur ad Petrum Ægidium, & Cornelium Scribonium.
Epigrammatum Flores, niſi corrigantur.
Epiſtola conſolatoria, ad Reuerendos, & grauiſſimos Theologos.
Epiſtola Luciferi, ad malos Principes Chriſtianos.
Epiſtolæ conſolatoriæ, collectæ per Cyriacum Spamgembergium.
Epiſtolæ obſcurum virorum.
Epiſtolæ Chronicorum, & Hiſtoriarum Mundi, velut Index primæ, & ſecundæ impreſſionis, in quo ſunt impreſſæ, atque figuræ Imperatorum, & imagines.
Epitomæ figurarum Sacræ Scripturæ.
Epitomate Hiſtoriæ, & de Bello Religionis.
Epitome Hiſtoriarum ſacrarum, & locorum communium.
Ethicæ Chriſtianæ libri tres, in quibus, &c.
Euangelium lætum Regni Nuncium.
Excepta quædã capita, ex Scripturis oĩb. fidelib. neceſſaria.
Exempla virtutum, & vitiorum.
Exẽplariũ ſãctę Fidei Catholicę, quocũq; idiomate, impſ-(ſum.

Exem-

Exemplorum variorum liber de Apostolis, & Martyribus, siue seorsum, siue coniunctus, Catalogo S. Hieronyomi, de Ecclesiasticis Scriptoribus.

Exercitatio vitæ spiritualis.

Explicatio Symboli per Dialogos.

Explicatio primi, tertij, quarti, & quinti capit. Act. Apost.

Expositio secundæ Epistolæ, D. Petri, & Iudæ.

Expositio nominis Iesu, iuxta mentem Hebræorum, Cabalistarum Græcorum, Chaldæorum, Persarum, Latinorum.

Sine nomine auctorũ, & quocunq; idiomate impressa.

Expositio super Cantica Canticorum Salomonis.

Expositio in Epistola, Pauli, ad Romanos, & ad Galatas, cuius præfatio in Epistolam ad Romanos incipit, Varias narrationes, &c. Et in expositione primi cap. ad Romanos, cuius initium est. Quum Beatus Apostolus Romanos scribere instituisset, &c.

AVCTORES PRIMAE CLASSIS.

F

Fabritius Capito Vvolphangus.

Fabritius Montanus.

Felicianus de Ciuitella.

Felix Malleolus, Tigurinus.

Felix Mansius.

Firmianus Clorus, qui & Viretus.

Franciscus Petius.

Franciscus Burgerdi.

Franciscus Cotta, Lemburgius.

Franciscus Enzinas.

Franciscus Kolibius.

Franciscus Lambertus.

Franciscus Lamberti.

Franciscus Lismaninus.

Franciscus Niger, Bassanẽsis.

Franciscus Portus, Græcus.

Franciscus Stancarus.

Fridericus Adinheim.

Fridericus Iacob.

Fridericus Myconius.

Fridericus à Than.

Fridolinus Brombach.

Fridolinus Lindouerus.

APPENDIX.

Faustus Sozzinus.

Filis Pastor in Austria.

Filius Pastor Halberstadiẽsis,

vel

vel Halberstatensis.

Fortunatus Crellius.

Franciscus Bigot.

Franciscus Burgouius.

Franciscus Dauid.

Franciscus Hottomanus.

Franciscus Iunius.

Franciscus Perren.

Franciscus Puccius, Filidinus falsò vsurpante, cognomen Pucciorum.

Franciscus Rabletius.

Fridericus Beurhusius.

Fridericus Dedekindus.

Fridericus Petri.

Certorum Auctorum, Libri prohibiti.

FAbulæ Laurentij Abstemij, & Gilberti cognati.

Franciscus Balduini I. C. Constantinus Magnus, siue de Constantini Imperatoris legibus Ecclesiasticis, atque ciuilibus, Commentaria.

Francisci Franchini, liber Poematum.

Francisci Trachelæi Statij Propedeumata Oratoria.

Francisci Zabarellæ, liber de Schismate, atque eiusdem libri Præfationes, Argentinæ impressæ, donec expurgentur.

Friderici Fregosij, tractatus de Oratione, de Iustificatione, de Fide, & operibus, & præfatio in Epistolam S. Pauli ad Romanos, qui tamen falsò illi creditur adscriptus.

Friderici Furij Ceriolani Valentini Bononia, siue de libris sacris, in vernaculam linguam conuertendis.

APPENDIX.

FAbritij, liber octauus Epistolarum ad Fridericum Nauseam, qui est Roberti à Moshaim.

Farrago Poematum Leodegarij à Quercu.

Flores Historiarum, per Matthæum.

Vvestimonasteriensem editi anno 1573. Nisi emendentur Londini.

Fratris Francisci de Eua præparatio mortis.

Francisci Georgij, Veneti, Harmonia mundi, & Problemata sacræ Scripturæ. Donec expurgentur.

Francisci Guicciardini Historia Latinè reddita per Cælium secundum Curionem.

Francisci Irenici, Ettelingianensis Germaniæ, Exegeseos, Volumina duodecim. — Donec expurgentur.
Francisci Polyngrani, assertiones quorundam Ecclesiæ dogmatum.
Francisci Patritij Noua de Vniuersis Philosophia, nisi fuerit ab Auctore correcta, & Romæ cum approbatione R. Magistri Sacri Palatij, impressa.

Auctorum incerti nominis, Libri prohibiti.

Farrago concordantiarum insignium totius Bibliæ.
Fasciculus Rerum expetendarum, & fugiendarum.
Forma delle Orationi Ecclesiastiche, & il modo di amministrare i Sacramenti, & di celebrare il Santo Matrimonio, auctor creditur esse Caluinus.
Francisci Nocturna apparitio.
Fundamentum malorum, & bonorum operum.

APPENDIX.

Fasciculus Mirræ, Geneuæ impressus.
Fidei Christianæ capita, contra Papistas.
Fidelis serui subito infideli responsio, vnà cum errorum, & calumniarum quarundam examine, quæ continentur in septem libris de visibilis Ecclesiæ Monarchia, à Nicolao Sandero conscripta.
Flores Epigrammatum.
Flores Romani.
Flores Sanctorum.
Flores virtutum. — Vbicunque, & quacunque lingua impressi, donec corrigantur.
Fons Vitæ.
Formula Missæ Vvitembergensis.
Formulæ precum, seu agenda aut Officia Hæreticorum omnia quacunque lingua conscripta.

AVCTORES PRIMAE CLASSIS.

G

Galasius Zvvinglij, defensor, vel Nicolaus Galasius, Caluini defensor.
Gaspar Bruschius Egranus. Gaspar Churrerus.

Ga-

Gaſpar Cruciger.
Gaſpar Gretterus.
Gaſpar Hedio.
Gaſpar Heldelinus.
Gaſpar Hubertinus.
Gaſpar Megander, Tigurinus.
Gaſpar Rodulphius.
Gaſpar Svvencfeldius.
Georgius Æmilius Mansfel-
Georgius Battenheimer. (dē.
Georgius Cœleſtinus.
Georgius Fabritius, Chennicen.
Georgius Ioachimus, Rheti-
Georgius Maior. (cus.
Georgius Neccarus.
Georgius Perſſerer.
Georgius Reich.
Georgius Rorarius.
Georgius Sabinus.
Georgius Spalatinus.
Georgius Volger.
Gerardus Geldenhaurius, Nouiomagus.
Gerardus Liſtrius.
Gerardus Lorichius, Adamarius.
Gerardus Segarelli, Pergamen.
Gilbertus Cognatus, Nozerenus.
Gorcinianus.
Georgius Bruck.
Georgius Caſelius.
Gregorius Giraldus, Non ille Ferrarienſis, qui dicitur Lilius.
Grinæus Simon.
Gualterius Tigurinus.
Guilielmus Aurifex.
Guilielmus Farelus.
Guilielmus Guaphæus, Hagien.
Guilielmus Poſtellus, Barentonius.
Guilielmus Sartoris.
Guilielmus Taylous, Anglus.
Guilielmus Tindalis.

APPENDIX.

GAſpar Adeler.
Gaſpar Brummiller.
Gaſpar Elogius.
Gaſpar Erimaches, vel Eurimachæra.
Gaſpar Faber.
Gaſpar Gondeman.
Gaſpar Cantz.
Gaſpar Gombergius.
Gaſpar Macer, vel Macrus.
Gaſpar Meliſander.
Gaſpar Mottæus, Semalkaldenſis.
Gaſpar Oleuianus.
Gaſpar Peucerus Budiſſinus.
Gaſpar Stolshagius.
Gaſpar Tauberus.
Georgius Autumnus.
Georgius Blandrata, vel Blandatra.

Certorum Auctorum, Libri prohibiti.

GAufride de Monte electo, Tractatus ſuper materia Concilij Baſileenſis.

Geor-

Georgij Cassandri, Hymni Ecclesiastici.
Gratia Dei de Monte Sancto, Epistolæ piæ, & Christianæ.
Gripij precationes Dominicæ.
Guilielmi Occhani opus Nonaginta dierum.
Item Dialogi, & scripta omnia, contra Ioannem Vigesimumsecundum.

APPENDIX.

GAsparis Gaballini Tractatus commerciorum, & vsurarum, reddituumq. pecunia constitutorum, & monetarum. Nisi emendentur.
Eiusdē Tractatus de eo quod interest. Et de diuiduo, & indiuiduoq., qui omnes sunt Caroli Mollinæi, mutato tantum Auctoris nomine.
Gasparis Stiblini Coropedia.
Gaudentij Merulæ, Memorabilium liber, nisi emendetur.
Georgius Nigrini, Conciones.
Georgij Victorij Poemata.
Guilielmi Grattarolæ opera, quamdiu emendata non prodierint.

Auctorum incerti nominis, Libri prohibiti.

GEographia Vniuersalis.
Germanicæ Nationis Lamentationes.
Giudicio sopra le Lettere di tredici Huomini, stampate l'anno M. D. LV. qual si conosce essere del Vergerio.

APPENDIX.

GEnesis cum Catholica expositione Ecclesiastica.
Geomantiæ libri omnes.
Gesta Romanorum.
Glossa Ordinaria Geneuensis.
Glossæ Ordinariæ specimen.
Gratianus Antiiesuita, idest, canonum ex scriptis Auctorum Theologorum, à Gratiano in illud volumen (quod Decretum appellatur) collectorum, & doctrinæ Iesuiticæ ex variis istius nupere sectæ Mateologorū scriptis exceptæ,

collatio, à quodam veritatis studioso instituta, & nunc primum in lucem edita.

AVTCORES PRIMAE CLASSIS.

H

APPENDIX.

Her-

Harmannus Scopperus Nouofotiensis Noricus.
Helias Huttenus.
Helias Palingenius.
Helias Scadæus.
Hemingius Nicolaus.
Henricus Boetius.
Henricus Brinkeolus, qui edidit libros sub nomine Roderici Morsij.
Hēricus Efforhé, vel Effordé.
Henricus Erzberg.
Henricus Hartopæus.
Henricus Husanus.
Henricus Mylius.
Henricus Modec.
Henricus Mollerus.
Henricus Nicolaus, siue libri omnes H. N. signati.
Henricus Petræus.
Hēricus Rhedus, vel Rochus.
Henricus Senensis.
Hēricus Schenius Mūderus.
Henricus Stephanus.
Henricus Thylo.
Henricus Tholosanus.
Henricus Vvolphius.
Hermannus Figulos.
Hermannus Hamelmanus.
Hermannus Pacificus.
Hieremias Bastingius.
Hieronymus Hanboldus, vel Hauboldus, Retibonensis.
Hieronymus Henninges.
Hieronymus Maucelius.
Hieronymus Panchus.
Hieronymus Peristerius.
Hieronymus Pumekchius.
Hieronymus Valler.
Hieronymus Vehus.
Hieronymus Vvalerus.
Hieronymus Auildébergius Aurimontanus.
Hieronymus Panchius, vel Panchus.
Himmanuel Tremelius.
Houardus.
Hugo Hugaldus.
Hugo Surreatus, cognomine Rosiere.

Certorum Auctorum, Libri prohibiti.

HEnrici Bebelij, Iustingensis, facetiæ, institutio puerorum, triumphus Veneris.
Hieronymi Gebuileri, liber de Sacrilegio.
Item exhortatio ad sacram Communionem.
Hieronymi Messi, discursus, prouerbia, & Prognostica.
Hieronymi Sauonarolæ Ferrariensis sermones, qui olim in Rom. Indice prohibiti fuere, nō legātur donec iuxta cēsuras patrum deputatorum emendati prodeant, & sunt hi.
In Exodum Sermo prim⁹ incipiēs, Dñe q̄d multiplicati, &c.

cabulorum, & Phrasium, cum solutæ, tum ligatæ orationis, &c.

Henrici VIII. Angli libri de Sacramentis, quem conscripsit aduersus Lutherum permittitur.

Henrici Harphij Theologia mistica, nisi repurgata fuerit ad exemplar illius, quæ fuit impressa Romæ anno Domini, 1585.

Hieronymi Serræ Lutheranorum Serræ in seruum arbitrium liber, nisi prius corrigatur.

Historiæ Magdeburgicæ ab Illyrico, & complicibus coaceruatæ.

Historia de Schismate Theodorici Nemiensis.

Huldarico Episcopo Augustano Epistola adscripta aduersus Nicolaum Papam.

Hypotyposeon Martini Martinez Cantapetrensis liber, nisi fuerit ex impressis ab anno 1582.

Auctorum incerti nominis, Libri prohibiti.

HEnrici Quarti Cæsaris vita.

Historia de Germanorum origine.

Historia de ijs quæ Ioannis Huss, in Constantiensi Concilio euenerunt.

Historia de morte Ioannis Diazij, Hispanij, quem refert eius Germanus interfecit.

APPENDIX.

HEbræa, Chaldea, & Latina interpretatio Bibliorum, cum Indice Roberti Stephani.

Heluetio gratulatio ad Galliam, de Henrico huius nominis Quarto Galliarum, & Nauarræ Rege.

Heidelbergensis Theologia, de Cœna Domini.

Historiarum, & Chronicorum Epitome, velut Index vsque ad annum 34.

Historiarum, & Chronicorum totius mundi, Epitome, impressæ Basileæ.

Historia Belgica.

Historia Germaniæ, Francofurti edita 1584.

AVCTORES PRIMAE CLASSIS.

I

Ioan-

Ioannes Blasius.
Ioannes Brentius.
Ioannes Brismannus.
Ioannes Bugenhagius, Pomeranus.
Ioannes Caluinus.
Ioannes Campanus, Qui scripsit contra Trinitatem.
Ioannes Cannerius.
Ioannes Carion.
Ioannes Castellanus.
Ioannes Comander.
Ioannes Cosmius.
Ioannes Czaphko.
Ioannes Decanus, Patauien.
Ioannes Denchius, aliàs Deckius.
Ioannes Diazius, Ille cuius mortis historiam scripsit Cernarcleuius.
Ioannes Dolcschius, Veltkirchensis.
Ioannes Draco, siue Draconites.
Ioannes Entomius.
Ioannes Fabricius.
Ioannes Foxus.
Ioannes Franciscus Cotta, Lemburgius.
Ioannes Frederus.
Ioan. Fridericus, Cęlestinus.
Ioannes Frisius, Tigurinus.
Ioannes Frith, Lundin.
Ioannes Functius, Norimbergens.
Ioannes Funsterus.
Ioannes Castius, Brisacensis.
Ioannes Gerardus.
Ioãnes Gigas, Northusianus
Ioannes Gocchius.
Ioannes Grellus.
Ioannes Hallerus, Tigurinus.
Ioannes Hannerus.
Ioannes Herold, Acropolita.
Ioannes Heruagius.
Ioannes Hessus.
Ioannes Homburgius.
Ioannes Hopertus, Anglus
Ioannes Hospinianus, Steinanus.
Ioannes Host.
Ioannes Huschius.
Ioannes Huss.
Ioannes Husserus.
Ioannes Huttichius.
Ioannes de Indagine, non ille Carthusianus.
Ioannes Kleinavus.
Ioannes Knoblouchus.
Ioannes Lathman.
Ioannes à Lasko, Polonus.
Ioannes Leonardus, Sartorius.
Ioannes à Leydis.
Ioannes Licaula.
Ioannes Lonicerus.
Ioannes de Lucavveck.
Ioannes Mantellinus.
Ioãnes Marbachius, vel Morbachius.

Ioan-

Ioan-

Ioannes de Vvesallia.
Ioannes Vvestuhalus.
Ioannes Vviclephus.
Ioannes Vvingādus, vel Vvigandus.
Ioannes Vijck.
Ioan. Vvillebrochius, Dantiscanus.
Ioannes Vvitglingius, qui & Brentius.
Ioānes Vvolphius, Tigurin⁹.
Ioannes de Vvorden.
Ioannes Zuickius.
Iob Gast.
Iodochus Coch, siue Cocus, qui & Iustus Ionas.
Iodochus Vvillichius.
Ionas, qui est, Iodocus Coc⁹.
Ionas Philologus.
Ioseph Grumpeck.
Iosephus Klup.
Iosias Simlerus, vel Similerus Islebius.
Iulius Cesar, P. Caluini interpres.
Iulius Dominicus, Garamanus.
Iulius Mediolanensis, Apostata.
Iustus Ionas, seu Iodocus Coch, vel Cocus.
Iustus Menius, Isenatnen.

APPENDIX.

IAcobus Acontius.
Iacob. Anetius, vel Ænetius.
Iacobus Andreas Shmidellinus, vel Iacobus Shmidellinus.
Iacobus Arrison.
Iacobus Brucardus.
Iacobus Brunicensis.
Iacobus Cornerus.
Iacobus Eisemberg.
Iacobus Frindāngus.
Iacobus Grynæus.
Iacobus Heerbrandus.
Iacobus Iusti.
Iacobus Kimendocius.
Iacobus Kolch.
Iacobus Linctor.
Iacobus Lachkerin.
Iacobus Palleologus.
Iacobus Peregrinus.
Iacobus Rungius.
Iacobus Scopperus.
Iacobus Sobius.
Ieremias Pistorius.
Ieremias Hombergerius.
Ieremias Schvuemglinus.
Illiricus Flaccus.
Imlerus Christophorus.
Immanuel Tremellius.
Innocentius Gentilettus, I.C. Delphinensis.
Ioachimus Bonus.
Ioachimus Curæus.
Ioachimus Gistheil, vel Giptail.
Ioachimui Meisterus.

Ioan-

Ioannes Mâlius, vel Milius.
Ioannes Mosellanus.
Ioannes Matthæus, Smalcaldensis.
Ioannes Mercerius.
Ioannes Monhemius.
Ioannes Nisæus.
Ioannes Odembach.
Ioannes Oldus.
Ioannes Olearius, Vvessaliensis.
Ioannes Ornæus.
Ioannes Palmerius.
Ioannes Pandochæus.
Ioannes Pappus.
Ioannes Parckhurstus.
Ioannes Pfeil.
Ioannes Plough, Notingamiensis.
Ioannes Poinettus.
Ioannes Pontisella.
Ioannes Possel ius.
Ioannes Pullanus.
Ioannes Rainaldus.
Ioannes Rhodius.
Ioãnes Richardus, Osanæus.
Ioannes Rosa.
Ioannes Russel.
Ioannes Ryches.
Ioannes Salmuth.
Ioannes Schechsius.
Ioannes Schorus.
Ioannes Schumaierus.
Ioannes Serrannus.
Ioannes Soterus.
Ioannes Steurlin.
Ioannes Strausis.
Ioannes Taffin.
Ioannes Torasius, Aquilouicanus, vel Tosarius, qui inuerso nomine est. Ioan. Sartorius.
Ioannes Vrsus.
Ioannes Vvessembeckius.
Ioannes Vvibahus, Montensis.
Ioannes Vvillingus.
Ioannes Vvirgistus.
Ioannes Vvtenhouius.
Ioannes Zangerus.
Iodochus Harchius, Montensis.
Iodochus Hockerius.
Ionas Francus.
Ionas Grasserus.
Iosephus Grabbius, Auerbacensis.
Iosia Loner, Veliosua Loner.
Iosue Lagus.
Iosue Opitius.
Isaac Lfeguenkinus.
Iustus Rupertus.
Iustus Velsius, Hagensis.

Incertorum Auctorum, Libri prohibiti.

IAcobi Baphart, de studio litterarum, & iuuentute erudienda libellus.
Iacobi Brunsuicensis, Cathechesis puerilis.

Iacobi

Iacobi Fabri, Commentaria in Euangelia.

Item in Epistolas Sancti Pauli.

Item in Epistolas Canonicas.

Item de tribus Magdalenis.

Item in Psalmos, tamdiu prohibita sint, quamdiu ab alicuius vniuersitatis Catholicæ facultate Theologica, vel iussu Inquisitionis Generalis emendata, in lucem prodierint.

Iacobi Ottheri Sermones.

Item Speculum Fatuorum.

Iacobi Scopperi, vel Scæpheri Tremoniani, Monomachia Dauidis, & Goliath.

Ioannis Cuspiniani liber, inscriptus, Imperatorum, & Cæsarum vitæ, cum imaginibus ad viuam effigiem expressis, donec corrigatur.

Ioannis Fabritij Montani, Poematum liber.

Ioannis Gertophij, Recriminatio aduersus Eduardũ Læum, Anglum.

Ioannis Lubecensis, de Antichristi Aduentu, & de Messia Iudæorum.

Ioannis Pici Carthusiensis, Paraphrases, & annotationes in Psal.

Ioannis Reuchlini, Speculum oculare de verbo mirifico, ars Cabalistica.

Ioannis Soteris liber, siue Epigrammata, ex varijs auctoribus collecta.

Ioannis Sutel, de terribili excidio Hierosolymitarum.

Ioannis Vvnschelburgensis, de signis, & miraculis falsis, & de superstitionibus.

Iuliani Colen. de certitudine gratiæ Dei, & salutis nostræ tractatus.

APPENDIX.

IAcobi à Burgundiæ, Apologia ad Carolum Cæsarem.

Iacobi Sebecij, liber de vna persona, & duabus naturis in Christo.

Ian-

Iannoccius de Mannettis, Florentinus, de Dignitate, & excellentia hominis, donec emendetur.

Ioachimus super titulum, ff. de iureiurando.

Ioannis Baptistæ Folengij, Commentaria super Epistolas Canonicas Sancti Petri, & Sancti Iacobi, & super primam Epistolam Sancti Ioannis.

Ioannis Bodini Andegauēsis, Demonomania omnino prohibetur: Liber verò de Republica, & Methodus ad facilem historiarum cognitionem, tamdiu prohibita sint, quousque ab Auctorem expurgata, cum approbatione Magistri Sacri Palatij prodierint.

Ioannis Casisphæra Ciuitatis, hoc est Reip. rectè, ac piè secundùm leges administrandæ ratio. Donec

Ioan. Corasij, liber de vniuersa sacerdotū materia. emen-

Ioannis Drusij Opera. détur.

Ioannis Feri, Opera omnia.

Excipiuntur tamen eiusdem Feri Annotationes, & Commentaria in S. Matthæi, & S. Ioannis, Euangelia, ac in eiusdem S. Ioannis Epistolam primam, Romæ recognita, & impressa.

Ioannis Fischerio liber falsò adscriptus, De Fiducia, & misericordia Dei.

Ioannis Forsterij, Dictionarium Hebraicum.

Ioannis Lalamantij Medici, exterarū ferè omniū, & præcipuarum gentium, anni ratio, & cū Romano collatio. Nisi corrigātur.

Ioannis Mahusij Aldernadeñ. Epitome Annotationes Erasmi, in nouum Testamentum.

Ioannis Matthæi Toscani, Psalmi Dauidis.

Ioannis Neuizzani Astensis. I. C. Silua nuptialis, donec emendetur.

Ioannis Pauli Donati libellus, De reseruatione casuum.

Ioannis Peregrini Petrosellani, Liber conuiualium sermonem.

Ioannis de Anā, d'Auila, Apologia de iurib. principalibus,

defendendis, & moderandis, iustè.

Ioan. Rutheni. Tabulæ locorum communium vtriusque testamenti. *Nisi corrigantur.*

Ioannes Scapulæ, Lexicon Græco Latinum, Commentaria, seu Annotationes.

Ioannis Schnedumi super Instit.

Ioannis Vvieri Medici, libri quinque de præstigijs dæmonum, incantationibus, & veneficijs.

Iulij Cæsaris Scaligeri, Commentarij in Theophrastum, & Poemata. *Donec emendetur.*

Ioseph Scaligeri, liber de emendatione temporũ.

Iuliani Tabæotij, de quadruplici Monarchia.

Iulij Velsi Κρίσις veræ, Christianæq. philosophiæ cõprobatoris, atque æmuli, quique Antichristi doctrinã sequitur, pro contentionem, comparationemq. descriptio.

Incertorum Auctorum, Libri prohibiti.

IMperatorum, & Cæsarum vitæ.

Instructio visitationis Saxonicæ.

Interpretatio nominum Chaldæorum.

Introductio puerorum.

Iulius Dialogis, aliàs Aula.

APPENDIX.

IMagines mortis, cum Medicina animæ.

Index Bibliorũ, impressus Coloniæ, in ædib. Quẽtelianis.

Index rerum omnium, quæ in nouo, ac veteri Testamento habentur locupletissimus, vnà cum Hebræorum, Chaldæorum, ac Latinorum nominum interpretatione, &c. Venetijs ad signum Spei. 1544.

Index vtriusque testamenti, penè similis Indici Bibliorum Roberti Stephani.

Institutiones Grãmaticæ, & aliarũ Artium, nisi repurgentur.

Institutio Principis.

Institutio religionis Christianæ, impressa Vvitembergæ, anno 1536.

Instructio, qua vitam æternam obtinebimus.

Intro-

Introductio admirabilium antiqua, & moderna, seu Apologia ficta pro Herodoto, anno 1567.

Iudicium, & censura Ecclesiarum piarum, de dogmate, in quibusdam Prouinciis Septentrionalibus, contra adorandam Trinitatem.

Iustitia Brittanica.

AVCTORES PRIMAE CLASSIS.

KAutius.
Knipstro Pomeranus.
Knopper Dellingius.
Kolbeius.

Certorum Auctorum, Libri prohibiti.

APPENDIX.

KAlij Liber, De sanitate tuenda.

Certorum Auctorum, Libri prohibiti.

APPENDIX.

KAlendaria omnia ab Hæreticis confecta, in quibus nomina Hæreticorum ponuntur.

AVCTORES PRIMAE CLASSIS.

L

LActantius Ragnonus.
Lãbert⁹ de Nigromõte.
Laurentius Cyoch.
Laurentius Humphredrus, Anglus.
Laurentius Tubius, Pomeranus.
Leo Iudas.
Leonardus Culman.
Leonardus Fuchsius.
Leonardus Iacobus, Northusianus.
Leonardus Strubin.
Leopoldus Dickius.
Lollardus.
Lucas Lossius.
Lucas Schrotek, seu Schroteysen, Rubeaquensis.
Lucius Hacteræus, vel Hecterus.
Lucius Pileus.
Ludouicus, ab Eberstain.
Ludouicus Hetzer.
Lutherus.
Lysmaninus.

APPENDIX.

LAmbertus Danæus.
Laonicus Antisturgnius à Sa-

Certorum Auctorum, Libri prohibiti.

LAurentij Vallæ, De Falsa donatione Constantini. Item de libero Arbitrio.
Item de Voluptate.
Lelij Capilupi, Cento ex Virgilio, non nisi expurgatus legatur.
Lucæ Bettini liber inscriptus, Oracolo della renouatione della Chiesa.
Luciani Mantuani, Annotationes in Commentum D. Ioan. Chrysostomi in Epistolam ad Romanos.
Luciani Samosatensis, Dialogi, videlicet, mors Peregrini, & Philopatris.
Ludouici, seu Zoanici Chalcondyle, Athenien. de Origine, & rebus gestis Turcarum, libri decem, Conrado Clauserio interprete, cum Annotationibus.
Ludouici Pultij, Poemata, nempe Odæ, Sonetti, Canzoni.

APPENDIX.

LAurentij Vallæ, Annotationes in nouum Testamentum; & liber de persona contra Boethium, nisi corrigantur.

Laus

Laus Matrimonij, & congestio bonarum mulierum, ex diuersis Historiis, M. Petri Lesuander.

Lelij Capilupi Centones ex Virgilio, Romæ anno Domini 1590. impressæ, permittuntur.

Leuini Lemnij Medici Firizei, occulta naturæ miracula. Donec expurgentur.

Lexicon Simonis Chardij.

Ludouici Borboni, Principis Condæi litteræ.

Ludouici Caruaiali, Dulcoratio Amarulentiarum (nisi prius repurgentur.) Erasmicæ responsionis, ad Apologiam eiusdem Ludouici Caruaiali.

Ludouici Casteluetrij, Opera omnia.

Ludouici Imperatoris nominè liber Fictus, contra sacras Imagines.

Ludouici Viues Valentini, Annotationes in S. Augustinum, nisi expurgentur.

Incertorum Auctorum, Libri prohibiti.

LAmentationes Petri, Auctore Esdra.

Lamentatio, & Querimonia Missæ.

Liber inscriptus, de Auctoritate, officio, & potestate Pastorum Ecclesiasticorum.

Liber inscriptus, Augustini, & Hieronymi Theologia.

Liber inscriptus, Alcuni importanti luoghi, tradotti fuori dell'Epistole Latine di M. Francesco Petrarca, &c. con tre Sonetti suoi, & 19. Stanze del Bernia, & auanti, il 20. Canto, &c.

Libellus Aureus quod Idola, &c.

Liber inscriptus, Basileensis Ecclesiæ, cur Missam, &c.

Liber inscriptus, Bulla diaboli, &c.

Liber inscriptus, Capo Finto.

Liber inscriptus, de Cœna Dominica.

Liber inscriptus, Consilium de emendanda Ecclesia.

Libri inscriptus, Consilium Pauli III. datum Imperatori in Belgis, cum Eusebeij Pamphili pia explicatione.

Liber inscript⁹, Delle Cōmissioni, & facoltà che Papa Giu-

toria, & hortatoria, ad suos dilectos filios.

Liber inscriptus, Pontifici oratoris legatio, in conuentu Norimbergensi.

Liber inscriptus, De prouidentia Dei.

Liber inscript⁹, de sacerdotio, legib. & sacrificijs Papæ, &c.

Liber inscriptus, Delle statue, & imagini, &c.

Liber inscriptus, An statui, & dignitati Ecclesiasticorum, magis conducat, admittere Synodum Nationalem, piam, & liberam, quàm decernere bello, &c.

Liber inscriptus, de Vera differentia regiæ potestatis, & Ecclesiasticæ.

Liber inscriptus, de Vita iuuentutis instituenda, moribus, & studijs corrigendis.

Liber inscriptus, de Vnitate Ecclesiastica.

Litaniæ Germanorum.

Loci cômunes, de bonis operib. & de potestate Ecclesiast.

Loca insignia.

Loci insigniores.

Loci omnium ferè capitum Euangeliorum.

Loci vtriusque Testamenti.

Lucta Christiana.

Ludus Pyramidum.

APPENDIX.

LExicon Græcum nouum, Geneuæ impressum.

Libellus A.B.C. tractans rudimenta Religionis.

Liber qui inscribitur, Acta Concilij Tridentini, anno 1546. celebrati, vnà cũ annotationib. pijs, & lectu dignissimis.

Liber Anonymi cuiusdam, de repugnantia doctrinæ Christianæ.

Liber inscriptus, Annatæ, taxationes Ecclesiarum, & monasteriorum per vniuersum orbem, ab hæreticis, aduersus Annatas conscriptus.

Liber continens articulos reprobatos à facultate Parisiensi, contra doctrinam S.Thomæ.

Libri duo, de falsa, & vera: vnius Dei Patris, & Filij, & Spi-

Ducum,

Ducum, &c. Francfurti per Petrum Barbachium 1562.
Liber egregius, de Vnitate Ecclesiæ, cuius auctor perijt in Concilio Constantiensi.
Liber de Mediatoris Iesu Christi hominis diuinitate, & æqualitate, item de restauratione Ecclesiæ Cellarij, &c.
Liber inscriptus, De re Metrica.
Liber inscriptus, Mirabilis liber.
Libellus de non timenda morte, sine nomine Auctoris, aut Impressoris, aut loci, aut temporis.
Liber inscriptus, De laudibus Iulij III. Hymnus, & sequentia Missæ, quæ dicitur in die Corporis Christi.
Liber inscriptus, Ordo baptizandi, iuxtà ritum sanctæ Romanæ Ecclesiæ, Venetijs apud Ioannem Variscum, & socios, anno 1575. nisi corrigatur.
Liber inscriptus, De officio pij, & publicæ tranquillitatis verè amãtis viri, in hoc religionis dissidio, sine auctoris nomine; & alius ab eo, quem sub eadem inscriptione composuit, Ioannes Heffelz, Doctor Louaniensis.
Liber inscriptus, De persecutione Barbarorum.
Liber inscriptus, pro libertate Ecclesiæ Gallicanæ, aduersus Romanam aulam defensio Parisiensis curiæ, Ludouico XI. Gallorum Regi quondàm oblata, qui circumfertur cum tractatu Duareni de S. Ecclesiæ ministerijs, ab eo Latinus factus.
Liber inscriptus, De protrahenda vita vltra 25. annos.
Liber Psalmorũ Dauidis, cũ Catholica expositione Ecclesiastica, impressus per Henricum Stephanum, ann. 1562.
Liber inscriptus, Quæ regia potestas, quo debent Auctores solemnes Ecclesiæ Conuentus indici, cogiq., &c.
Liber inscriptus, De Regno, Ciuitate, & Domo Dei, ac Domini nostri Iesu Christi.
Liber inscriptus, De Regno Christi, liber primus de Regno Christi, liber secundus.
Liber contra regimen fœminarum.
Liber responsionum ad decem rationes.

Liber

AVCTORES PRIMAE CLASSIS.

M

Mun-

Muncerus.
Mutnerus.
Munsterus.
Musculus.
Myconius Osualdus.

APPENDIX.

MAgdalena Aymarius.
Manson Anglus.
Marcus Andreas Falkhébergerus.
Marcus Bleüler⁹, Tigurinus.
M. Marcus Mannigus.
Martinus Agricola.
Martinus Crusius.
Martinus Faber.
Martinus Hellingus.
Martinus Hofmann.
Martinus Kemnicius, vel Chemnicius.
Martinus Lochrandus Gonicensis, Silesius.
Martinus Mollerus.
Martinus Norlin.
Martinus Salbach.
Martinus Scalingius, Farcus.
Matthæus Beroaldus.
Matthæus Chemnicius.
Matthæus Colseburgius.
Matthæus, seu Matthias, Bresserus.
Matthæus Huttenus.
Matthæus Ludkte.
Matthæus Veghel.
Matthæus Vvssenbeccius.
Matthias Berg.⁹, Brūsvicēsis.
Matthias Ebethart.
Matthias Erbius, aut Erbenus, vel Horbenus.
Matthias Ludecus.
Matthias Ritter.
Matthias Schnisder.
Matthias Tinctorius.
Matthias Vehus.
Melchior Biscoff.
Melchior Neofarius.
Melchior Secker.
Melchior Vvilgius.
M. Mento.
Metterus Mentrius aduersus Balearium Episcopum.
Meredith. Hanmerus.
Michael Aichlerus, vel Eychlerus.
Michael Cœlius.
Michael Dilerus.
Michael Dinellus.
Michael Hagerus.
Michael Hampclus.
M. Michael Mennig. Dresdensis.
Michael Hermannus.
Michael Himmel.
Michael Mestlinus.
Michael Neāder, Sorauiensis.
Michael Rennerus.
Michael Rennigerus, Anglus.
Michael Scriuius, Dātiscanus.
Michael Vranius.
Minus Celsus.
Moyses Pelacherus.

Cer-

Certorum Auctorum, Libri prohibiti.

APPENDIX.

Auctorum incerti nominis, Libri prohibiti.

Modo

Modo di tenere nell'insegnare, e nel predicare il principio della Religione Christiana.

Modo, e via breue di consolare quelli, che stanno in pericolo di morte.

Modus solemnis, & authenticus ad inquirendum, &c.

APPENDIX.

MArgarita Pastorum.

Medicina Animæ, pro sanis simul, & ægrotis, instante (morte.

Medicina Animæ, adiuncta imaginibus mortis.

Medicina Animæ, tam his qui firma, quàm qui aduersa corporis valetudini præditi sũt, in mortis agone, & extremis his periculosissimis temporibus maximè necessaria.

Meditationes Sanctorum Patrum, quibus Dominicæ Passionis Mysterium explicatur.

Methodica iuris vtriusque traditio.

Mirabilis Liber.

Missa Euangelica.

Missa Latina, quæ olim anto Romanam circiter annum 700. erat.

Modus confitendi, & modus orandi, prout impressit Doletus.

Modus orandi, & confitendi.

Monumenta Sanctorum Patrum, Orthodoxographa, hoc est Theologiæ sacrosanctæ, ac sincerioris Fidei Doctores numero circiter octoginta, quinque Ecclesia lumina, Auctores partim Græci, partim Latini Basileæ 1569. nisi emendentur.

Multi integri loci sacræ Doctrinæ, Veteris, & Noui Testamenti, ex Hebræa, & Græca lingua, in Latinum, & Germanum Sermonem translati.

AVCTORES PRIMAE CLASSIS.

N

NIcolaus Amsdorfius.

Nicolaus Balingius.

Nicolaus Barbonius, Vando-peranus.

Nicolaus Byling.

Nicolaus de Calabria,

Nico-

Incertorum Auctorum, Libri prohibiti.

NIcolai Clemangis, opera illa tantummodo permitti poterunt, quę iuxta cenſuram Patrum deputatorum emendata excudentur.
Nicolai Franci carmina, contra Petrum Aretinum.
Nicolai Rodingi exhortatio ad Germaniam.
Item Prædicationes carmine conſcriptæ.
Nicolai Vvinmanni colymbeſes, ſiue de arte natandi Dialogus.

APPENDIX.

NAtalis Bedæ, liber confeſſionis.
Nibius Theſſalonicenſis, contra PP. aliàs Ylírico ſuppoſitus.

Certorum Auctorum; Libri prohibiti.

NOmenclator inſignum ſcriptorum.
Notoriæ Artis opera omnia.

Notæ

Notæ veræ Ecclesiæ.

APPENDIX.

NArratio eorum, quæ contigerunt in Patria inferiori, anno 1566.

Necromantiæ opera, & scripta omnia.

Nouæ Glossæ ordinariæ, donec meliora Dominus, &c. siue in Euangelium, secundùm Matthæum, Marcum, & Lucam, Commentarij, vbicunque impressi fuerint.

Nouæ Precationes, ex optimis quibusq. scriptis, præcipuorum nostri sæculi.

AVCTORES PRIMAE CLASSIS.

O

OEcolompadius Ioannes.

Ortholphus Marolt, Francus.

Osiander Andreas.

Osualdus Myconius.

Otho Brunsfelsius.

Otho Cerberus Bambergen.

Otho Henricus.

Otho Vvinerius.

Otho Vverdmillerús.

Othonellus Vida.

APPENDIX.

OSiander Lucas.

Osualdus Betus.

Otho Gryphius, Goarinus Cattus.

Otho Vvissenburgius, siue Lumburgensis.

Otho Zander.

Ouenus Guntherus.

Certorum Auctorum, Libri prohibiti.

OGerij Dani Fabulæ.

In Ouidij Metamorphoseos libros Commétaria, siue Enarrationes Allegoricæ, vel Tropologicæ.

A P-

APPENDIX.

Incertorum Auctorum, Libri prohibiti.

APPENDIX.

AVCTORES PRIMAE CLASSIS.

P

Pau-

Paulus Scalikius.
Pellicanus Conradus.
Petrus Abailardus.
Petrus Artopeus.
Petrus Brubachius.
Petrus Cholinus.
Petrus Dresdensis.
Petrus Ferrarien.
Petrus Ioannes de Villa Serciatum.
Petrus Martyr, Vermylius.
Petrus Martyr, Verunghus.
Petrus Misnen.
Petrus Molinæus.
Petrus Olerius.
Petrus Paulus Vergerius.
Petrus Payne, Anglus.
Petrus Sebiuilla.
Petrus Similerus.
Petrus Trimosehim.
Petrus Vvaldus.
Petrus Viretus.
Philippus Melanchthon.
Philoletges.
Philoræus, Ireneus, Eupolitanus, Pomeranus.

APPENDIX.

Palatinus Kednadod.
Parcherus Pseudoarchiepiscopus Cantuariensis.
Patritius Coerbunus.
Paulus Crellius.
Paulus Dolscius.
Paulus Florenius.
Paulus Ioannes, Alciatus.
Paulus Keinerius.
Petrus Berexasius.
Petrus Boffinus.
Petrus Boquinus.
Petrus Cassiodorus.
Petrus Clarke.
Petrus Dathenus.
Petrus Dillerus.
Petrus Dogninus.
Petrus Gedultig, seu Patiẽs.
Petrus Glasser.
Petrus Hafritius.
Petrus Lansbergius, vel Lindemburgius.
Petrus Palladius.
Petrus Pateshul.
Petrus Paulus, Nochtester.
Petrus Ramus.
Petrus Rinavvs.
Petrus Statorius.
Petrus Trevver.
Petrus Vvaremborg, ab Altenkirchen.
Petrus Vvartes, vel Vates.
Petrus Vvirth.
Philippus Delbtunerus.
Philippus Dirixson, qui suos Anabaptismi fatus scribit litteris. P.D.
Philippus Felsinius.
Philippus Gerarde.
Philippus Neibrunnerus.
Philippus Keiser.
Philippus Lonicerus.
Philippus Marbachius.

Certorum Auctorum, Libri prohibiti.

APPENDIX.

Petri

Petri Fernandez de Villegas, Archidiaconi Burgensis, Flos Sanctorum,

Petri Guntheri, Rhetorica, nisi expurgentur.

Petrus Pomponatius, de Incantationibus.

Petri Romani Circulus Diuinitatis.

Petri de Vineis, Querimonia Friderici Secūdi Imperatoris.

Polydori Virgilij, de Inuentoribus rerum liber Romæ iussu Greg. XIII. 1576. expurgatus, & excussus, permittitur.

Postillæ Draconitis, per annum.

Practica Musica, Hermanni Finchij.

Præfatio Iacobi Hartelij, quinquaginta Cominorum sententias Græcolatinas.

Psalmi aliquot Dauidici, per Henricum Stephanum, & quosdam alios; Græco carmine traducti.

Psalterium Hebraicum, Græcum, Latinum, cum Annotationibus, impressum per Sebastianum Munsterum.

Incertorum Auctorum, Libri prohibiti.

PAralipomena rerum Memorabilium.

Pasquillus Fagius.

Pasquillus Germanicus.

Pasquilli omnes, ex verbis sacræ Scripturæ.

Pasquilli omnes, omnesq. conscriptiones, quibus Deo, aut Sanctis, aut Sacramentis, aut Catholicæ Ecclesiæ, & eius cultui, aut Apostolicæ Sedi, quomodocunque detrahatur.

Pasquillus proscriptus, à Tridentino Concilio.

Pasquillus Semipoeta.

Pasquillorum Tomi duo.

Pasquini, & Marphorij in Paulum III.

Passio Martini Lutheri, secundùm Marcellum.

Phalarismus.

Phrases sacræ Scripturæ, quamdiu expurgatæ non fuerint, atque ab Inquisitoribus Generalibus recognitæ.

Piæ, & Christianæ Epistolæ, cuiusdam serui Iesu Christi, de Fide operibus, & charitate.

APPENDIX.

Psalterium Dauidis, ex Hebraico in Germanicum, & Latinum Sermonem, fideliter translatum.

Piromantiæ libri, & scripta omnia.

AVCTORES PRIMAE CLASSIS.

Q

APPENDIX.

QVirinus Beuterus Monsbacensis.

Certorum Auctorum, Libri prohibiti.

APPENDIX.

QVerimoniæ Friderici Secundi Imperatoris, Auctore Petro de Vineis, Cancellario eiusdem Friderici.

Incertorum Auctorum. Libri prohibiti.

APPENDIX.

QVerela de Pontificis insidijs, per Germaniam.

Quinque librorum Moysis, breuis ac perspicua explicatio.

AVCTORES PRIMAE CLASSIS.

R

RAphael Musæus.

Rapsodus.

Raydenus.

Raymundus Neophytus.

Rabelesius.

Regius Vrbanus.

Romhardus Lorichius Hadamarius.

Rhellicanus Tigurinus.

Certorum Auctorum, Libri prohibiti.

Raymundi de Sabunde, Prologus in Theologiam naturalem.

APPENDIX.

Ricardi Dinothi, de rebus, & factis memorabilius, loci communes Historici. donec corrigantur.
Et eiusdem aduersaria.
Roffensi falso adscriptus, liber de fiducia, & misericordia Dei.

Incertorum Auctorum, Libri prohibiti.

Ratio breuis, sacrarum tractandarum Concionum.
Rationum, cur, qui confessionem Augustanam profitentur, &c.

Ratio,

Ratio, & Methodus consolandi pericolosè decumbentes, &c.

Receptatio omnium figurarum sacræ Scripturæ.

Reformatio Ecclesiæ Coloniensis.

Regis, & Senatus Anglici sententia, de Concilio, quod Paulus Episcopus Romanus, Mantuæ futurum simulauit.

Restitutionum doctrinæ, & vitæ Christianæ liber, per Monasterienses Anabaptistas editus.

APPENDIX.

Ratio, & forma publicè orandi Deum, atque administrandi sacramenta, in Anglorum Ecclesia, quæ Genuæ colligitur.

Recantatio de in inferno.

Rerum in Gallia ob religionem gestarum, Libri tres.

AVCTORES PRIMAE CLASSIS.

S

Sapidus Poeta.
Scalperus.
Schnephius, vel Schekius.
Sebaldus Hayrentius.
Sebaldus Heyden.
Sebastianus Castalion.
Sebastianus Francus.
Sebastianus Froschelius.
Sebastianus Lepusculus.
Sebastianus Meyer.
Sebastianus Munsterus.
Seruetus Hispanus.
Simon Gryneus.
Simon Hessus.
Simon Musæus.
Simon Saltzerus.
Stephanus Doletus.
Svuenkfeldius.

APPENDIX.

Sadaellus Antonius.
Samuel Fischer.
Samuel Hebelus.
Samuel Nevuheuser.
Samuel Radtspinner.

Certorum Auctorum, Libri prohibiti.

Sigiberti Liber, contra Papam Gregorium, & contra Epistolam Paschalis Papæ.
Seraphini Firmani, Apologia, pro Baptista de Crema.
Stephani Vinctoniensis Episcopi, liber de Vera obedientia.

APPENDIX.

Silua Nuptialis, Ioannis Neuizani Astensis, donec repurgata fuerit.
Stephani Lindij Epistola de Magistratu, & Missa.
Suidæ Historia, nuper Basileæ impressa, quamdiu Annotationes marginales, & Indices emendentur.

Incertorum Auctorum, Libri prohibiti.

Scholia in Epistolam Pauli III. Pont. Max.
Scripta quædam Papæ, & Monarcharum, de Concilio Tridentino, &c.
Sententiæ pueriles.

Sermo-

Sermones Conuiuales.
Sermones de Prouidentia Dei.
Similitudinum, & dissimilitudinum.
Simplex, & succinctos orandi modus.
Simplicissima, & breuissima Catechismi Expositio.
Simulacri, Historie, & Figure della Morte.
Somnium, Vaticinium Esdræ, de fatis Monarchiæ Romanæ.
Speculum cæcorum, ad cognitionem Euangelicæ veritatis.
Syuermenica doctrina.
Summa totius Scripturæ.
Summarium Scripturæ.
Summa in Smaragdum, super Euangelia, & Epistolas totius anni, tàm separatim, quàm vnà cum ipso Auctore impressa.
Supplicatio quorundam, apud Helueticos Euangelistarum, ad Episcopum Constantiensem.
Supplice exhortatione, de nouo mandata all'Inuittissimo Cesare, Carlo Quinto.
Supputatio annorum Mundi.
Syncrama Clarissimorum virorum, qui Halæ conuenerunt, super Verbis in Cœna Domini.
Synodus Marpurgensis.

APPENDIX.

SAnctæ Inquisitionis Hispanicæ artes.
Sanctorum Patrum Meditationes, quibus Dominicæ Passionis mysterium explicatur, atque historia de Passione.
Scholæ Christianæ, Libri duo.
Scripta eruditorum virorum, de Cœna Domini.
Scriptorum publicè propositorum, ac Professoribus in Academia Vvitembergensi.

Sen-

AVCTORES PRIMAE CLASSIS.

T

APPENDIX.

Theo-

Theodorus Beza, Vezelius.
Theodorus Neogeorgus.
Theodorus Sneppius.
Theodorus Zvuingerus.
Theophilus Baldanus.
Theophilus Freutelius.
Theophrastus Paracelsus.
Thobias Brunon.
Thomas Beconus.
Thomas Cartvvrgthus.
Thomas Copperus.
Thomas Corbeau.
Thomas Dranta.
Thomas Erastus.
Thomas Gottisfordus.
Thomas Gybsonus.
Thomas Leuerus.
Thomas Paynel.
Thomas Schelbachius, vel Selbachius.
Thomas Svvinerton.
Thomas Thauholtzner.
Thomas Vvistadius.
Thomas Vvilsonus.
Timotheus Kirchnerus.
Tristamus Reuell.

Certorum Auctorum, Libri prohibiti.

APPENDIX.

TArgum, hoc est, Paraphrasis Cornelij Chaldaica, in sacra Biblia, interprete Paulo Fagio.
Theatrum vitæ humanæ, primum à Conrado Licosthene, Rubeaquensi inchoatum, deinde à Theodoro Zvuingero absolutum, cuiuscunque sit impressionis, nisi corrigatur.
Theodorici Nemensis, vel Niemen Historia de schismate.
Thesaurus Linguæ Grecæ Henrici Stephani.
Thesaurus Linguæ Hebraicæ, sanctis Pagnini, auctus opera Ioannis Merceri, & Antonij Daualleríj. Donec expurgétur.
Thomæ Elisij, Clypeus piorum Catholicorum.
Thomæ Phreigij, Opera omnia.

Incertorum Auctorum, Libri prohibiti.

THalmud Hebræorum, eiusq. Glossæ, Annotationes, Interpretationes, & Expositiones omnes, si tamen pro-

APPENDIX.

AV-

AVCTORES PRIMAE CLASSIS.

V.

Vadianus Ioachimus.
Valerius Anselm⁹ Ryd.
Valerius Philareus.
Varemundus Luitholdus.
Velcurio.
Vergerius.
Victor de Bordeaux, vel de Bordeus.
Victorinus Strigelius.
Vincentius Obsopæus.
Viretrus Petrus.
Vitilingius, siue Brentius.
Vitus Theodorus.
Vitus Vvisemius.
Vlricus Studerius.
Vlricus Velenus, Minhoniensis.
Vlricus de Vvitem.
Vrbanus Reghius.
Vvendelinus, ab Helbach.
Vventzelaus Linck.
Vvesellus, siue Basilius Groeningensis.
Vvesphalus Ioachimus.
Vvigrandus Grosher.
Vvilhelmus Hesenus.
Vvilhelmus Redensis.
Vvolphāg⁹ Fabriti⁹, Capito.
Vvolphangus Mater.
Vvolphangus Meusel.
Vvolphangus Musculus.
Vvolphangus Ruez.
Vvolphangus Rupertus.
Vvolphangus Vvaldnerus.
Vvolphangus Vvisséburgius.

APPENDIX.

Valentinus Crythræus.
Valentinus Erocedersius.
Valentinus Gresserus.
Valentinus Heiland.
Valentinus Hesenerus.
Valentinus Merchkel.
Valentinus Chachtius.
Valentinus Shmidelerus.
Valentinus Trocedorstius.
Valentinus Vannius, Malburgensis.
Valentinus Vvischemius.
Valerius Fridlerus.
Verus Gratianus.
Veteranus Pinserus.
Vincentius Grucher.
Viuitor.
Vitus Breschuertibach.
Vitus Mollerus.
Vldaricus Roppinensis.
Vlricus Zvuinglius.
Volradus Comes Mansfeldēs.
Vilhelmus Bidembachius.

Vvilhelmus Clebitius.
Vvilhelmus Nolderus.
Vvilhelmus Sarcerius.
Vvilichius Fischerus.
Vvolphangus Amliug.
Vvolphangus Ammonius.
Vvolphangus Ampelādæus.
Vvolphangus Audingus.
Vvolphangus Bisbachius.
Vvolphangus Camlingus.
Vvolphangus Finckelhaus.
Vvolphangus Maler.
Vvolphangus Martius.
Vvolphangus Ochesius.
Vvolphangus Peristerus.
Vvolphangus Prisbachius,
Vvolphius.

Certorum Auctorum, Libri prohibiti.

Viti Amerbachij, Antiparadoxas.
Item Commentaria in Pythagoræ, & Phocylidis Poemata.
Item Historia de sacerdotio Christi.

APPENDIX.

Valentini Foresterij, de successionibus ab intestato, donec expurgentur.
Verani Modesti Pacimontani, de officio pij viri, tractatus.
Vincentij Ciconiæ Veronensis, Enarrationes in Psal. nisi.
Vldarici, ad Papam Nicolaum Epistola.
Vldarici Zasij, Opera omnia, donec corrigantur.

Incertorum Auctorum, Libri prohibiti.

Valdensium confessio, & Apologia fidei, ad Vladislaum Regem Vngariæ.
Varia Doctorum, piorumq. virorum de corrupto Ecclesiæ statu, Poemata.
Viridarij, omnium, de Potestate Papæ, & Principum secularium.
Visitatio Saxonica.
Vita, & gesta Hildebrandi.
Vitæ Patrum, cum Præfatione Martini Lutheri.

Vitæ Pont. Rom. Vvitembergæ impressæ.

Vn breue modo, qual deue tener ciascun padre.

Vnio dissidentium, Tripartita.

Vniuersitatis Vvitembergensis, seria actio, apud Principem Fridericum.

APPENDIX.

VIta iuuentutis, cum Annotationibus, seu additionibus Philippi Melanchthonis.

Vvitembergica acta Synodalia, à quodam collecta, & Vvitembergicos Theologos prolata, contra Illyricanos.

Vvormatienses Articuli.

Visula Munsterleigensis Ducissæ defensio, quare vitam monasticam deseruerit.

AVCTORES PRIMAE CLASSIS.

X

XYstus Betuleius, Augustanus.

AVCTORES PRIMAE CLASSIS.

Y

APPENDIX.

YOnellus, vel Iuellius, Anglus.

AVCTORES PRIMAE CLASSIS.

Z

ZElius Keyserspergensis.

Zvvinglius.

APPENDIX.

ZAcharias Hofmarius.

Zacharias Prætorius.

Zacharias Schilterus.

Zacharias Vrsinus, Heidelbergensis.

FINIS.

Corrigebat Superiorum assensu præuio Doct. Hupertus Faber, Vbius Agrippinas.

